BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
36 F
14?1

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-22. G. 43

29'. 3. 14.

PETRI DE GREGORIO
SICVLI IVRISCONSVLTI
REGII, AC IMPERIALIS CONSILIARII,

AD BVLLAM APOSTOLICAM NICOLAI QVINTI,
Et Regiam Pragmaticam Alphonſi Regis,

De Cenſibus.

COMMENTARIA

Cum Additionibus non ſolum antiquis, & nouis, verum etiam nouiſſimis Annotationibus numquam antea impreſſis eiuſdem Don Garſiæ Maſtrilli ad eamdem Bullam, & Pragmaticam Regij Conſiliarij Auctoris Pronepotis.

Quibus acceſſerunt Scholia ad eamdem Bullam, & Pragmaticam diuerſorum Doctorum non prius edita, quorum nomina ſequens pagina indicabit.

Cum Summarijs, & Indice locupletiſſimo.

IESV BIBL. SEC. COLL. ROM. S. IHS

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



PANHORMI,
Ex Officina Typographica Franciſci Ciotti M.DCXXII.

SVPERIORVM PERMISSV.

A L P H O N S V S

B V L L A A P O S T O L I C A,

ET SACRA REGIA PRAGMATICA

S A N C T I O

SVPER CENSIBVS AD RATIONEM DE DECEM PRO

Centenario Inuiolabiliter Obſeruanda.

ALPHONSVS, Dei gratia Rex Aragonnm, Siciliæ, &c. Vicerex in dicto Regno Siciliæ, vniuerſis & ſingulis eiuſdem Regni prælatis, officialibus, Baronibus, & perſonis alijs, ad quos ſpectabit, pręſentibus, & futuris, Oratoribus, Cōſiliarijs, & fidelibus Regijs dilectis ſalutem: Cum idem Sereniſſimus dominus noſter Rex prouiderit, & mandauerit ſub hac forma. ALPHONSVS, Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ, citra & vltra Farum, Valentiæ, &c. Vniuerſis, & ſingulis præſentiū ſeriem inſpecturis, tàm præſentibus, quàm futuris. Notum facimus, & teſtamur, quòd heſterno die Sanctiſſimi Domini noſtri NICOLAI Diuina prouidentia Papæ Quinti literas recepimus, eius vera Bulla plumbea in filis ſerici rubei, croceiq. coloris more Romanæ Curiæ Bullatas, non vitiatas, non cancellatas, neque in aliqua ſui parte ſuſpectas; ſed omni prorſus vitio, & ſuſpitione carentes, tenoris, & continentiæ ſubſequentis.

NICOLAVS Epiſcopus, Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam: Solicitudo paſtoralis officij fores noſtræ prouidentiæ pulſare non deſinit, vt indemnitati, ac ſtatuti proſpero fidelis populi Curiæ noſtræ cęlitus commiſsi iuris moderando rigorem per opportunæ prouiſionis remedia, quantum ex alto nobis permittitur, ſalubriter conſulamus, ſanè, ſicut fide dignum relatione didicimus in Regno Siciliæ, ac certis alijs dominijs, & terris cariſſimi in Chriſto filij noſtri ALPHONSI, Aragonum, & vtriuſque Siciliæ Regis, illuſtris auaritiæ cæcitas, & damnandæ ambitionis improbitas quorundam oculos adeo excęcauit, vſurariaq. prauitas illis in partibus in tantum excreuit, quòd incolę & habitatores partium illarum pecunijs indigentes eas vix aliter, quàm fęneratorum opera quaſi inauditum fenus exercentium conſequi poſſent: &, cum eas acceperint, ſi in tempore percepta non reſtituant breui eorum bona inſatiabili vſurarum voragine miſerabiliter conſumuntur: & quod in dominijs, & terris ipſius Regis, vltra montes conſtitutis, videlicet in Regnis Aragonum, Valentiæ, & Maioricarum, ac Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſilionis, & Ceretaniæ, Vniuerſitates, & ſingulares perſonæ, tàm Eccleſiaſticæ, quàm ſęculares, huiuſmodi pecunijs indigentes, vt cum minori incommodo eas habere poſſint, per venditiones annalium cenſualium, quæ mortua nuncupantur, ſuper domibus, poſſeſſionibus, & proprietatibus ſpecialiter, vel etiam generaliter, ſuper omnibus bonis, redditibus, emolumentis, Iuribus, & rebus eorum: mediante tamen inſtrumento gratiæ redimendi onera eorum, ſibi vt plurimum perſpicere, & conſulere conſueuerunt: quod in prædictis eiuſdem Regis partibus, & Regnis, vltra montes conſtitutis non ſolum in longam conſuetudinem, de cuius contrario hominum memoria non exiſtit, more vtentium deductum eſt, ſed etiam per municipalia huiuſmodi Regnorum, & partium iura per Regem ipſum, ſeu eius prædeceſſores, cum conſenſu trium brachiorum, videlicet Eccleſiaſtici, Militaris, & Regalis promulgata ſpecialiter confirmatum: Cum itaque multis incolis, & habitatoribus partium, & dominiorum eiuſdem Regis, citra montes conſtitutorum, indigentibus per huiuſmodi cenſualium venditiones ſubueniri: ipſiq. à fęneratorum vſuris eximi poſſent: ſed, quia in hoc pecunijs abundantes dubitant vſurariam prauitatem committere, & ſic eiſdem indigentibus more præmiſſo ſuccurrere formidāt, in indigentium detrimentum, & fęneratorum eorundem euidens incrementum: pro parte eiuſdem Regis, aſſerentis ex ſubditis Serenitatis ſuæ quamplures grauium vſurarū voraginibus magnis hactenus pecunijs exauſtos exiſtere, alios quoque in dies pecunijs egentes fenore magis atque magis opprimi, vexari: nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eis paterno compatientes affectu in præmiſſis de opportunæ prouiſionis ope ſuccurrere, præfataſq. cenſualium venditiones cum clauſulis, & cautionibus ad earum validitatem inter venditores, & emptores mutuo conſenſu ineundis abſque læſione conſcientiæ, in Regnis Siciliæ, citra, & Farum fieri poſſe debere, decernere, & declarare de benignitate Apoſtolica dignaremur: Nos igitur, pro debito myſterij

NOMINA DOCTORVM OMNIVM

SVPER HAC BVLLA, ET REGIA PRAGmatica ſcribentium, qui huic nouiſsimæ impreſsioni acceſſerunt.

CORRADINI Putei.	112
Gaſparis Riera.	117
Ioannis Philippi de Paternione.	119
Antonij de Ballis Senioris.	127
Henrici de Medicis.	131
Iacobi Chirco.	135
Franciſci Prouenzalis.	139
Ludouici Montalti.	143
Hieronymi Finiæ.	146
Ioannis Aloyſij de Septimo.	148
Nicolai Saccani.	172
Franciſci Pancaldi.	174
Fiderici Campixani.	177
Ferdinandi Bongiorni.	185
Fiderici Leti.	189
Don Raimundi Ramundettæ.	191
Petri Pitroli.	193
Incerti Authoris.	195
Blaſchi Lanceæ.	197
Antonini Lanceæ.	197
Petri Rizzaris.	206

ILLV-

ILLVSTRISS.MO AC REVER.MO
D. D. F. VINCENTIO
BONINCONTRO
Epiſcopo Agrigentino.

FRANCISCVS CIOTTI DEDICO, CONSECROQ.

NAM cui potius hoc quidquid eſt operis conſecrarem, cuius famæ ac nominis potius ſplendore primam hanc veluti abſolutiſsimi ædificij frontem, illuſtrarem quam tuo. Equidem volentem me libentemq. impulere quamplurima. Comitas præſertim in me, ac ne priuata ſit cauſa, in omnes, tua illa incredibilis, qua fit vt cum inter Eccleſiæ proceres atque optimates miris emineas modis, humanitate tamen par infimis eſſe videaris. quæ nihilominus quando in maxima concordia, admirabiliq. omnium laudum, omniſq. gloriæ concentu inuenitur, nihil maieſtati nihil grauitati detrahat tuę. vt mirari nequaquam debeat aliquis quod te priuatum etiam hominem Romanæ curiæ patres adamauerint, coluerint etiam, & purpuram illam glorioſam virtuti tuæ ſubmiſerint, quod in primis facere ſolitus fel.me. Paulus V. in ſacro etiam ſummo diademate. ſed ipſe nimirum non tam his gaudes, quam quod ex infima plebecula homines ad humanitatem tuam facilem à te aditum habeant,

atque ſua referant deſideria, quod ſapiens quilibet regium plene eſſe fatetur. Quid illa? in litteratos omnes munificentia ſingularis, in litteras vero ipſas, ſummus, atque incomparabilis amor? Equidem talem eſſe oportuit quem Epiſcopali dignitati non mala ambitio, ſed publica ſalus animarum gubernaculis admoueret. ſed ego plura miſſa faciam, orationemque ad modeſtiam moderationemq. tuam ſubmittam. habes igitur Illuſtriſsime Præſul conſecrati operis cauſas, cum quo me quoque ipſum in perpetuum ſacro ac dedico. Panhormi. die 18. Nouembris 1621.

PETRI DE GREGORIO SICVLI IVRISCONSVLTI

Regij, ac Imperialis olim Conſiliarij,

AD BVLLAM APOSTOLICAM NICOLAI V. & Regiam Pragmaticam Alphonſi Regis,

DE CENSIBVS INTERPRETATIO.

Cum antiquis, & nouiſsimis Additionibus Don GARSIÆ MASTRILLI Cæſarei, Pontificijque Iuris Doctoris, Regijque in Regno Siciliæ Conſiliarij Authoris Pronepotis.

SVMMARIVM.

1 *Inſigna Doctoratus quæ ſint?*
2 *Cathedra eſt inueſtitura poſſeſſiua Doctoratus.*
3 *Doctor interpretari poteſt dubia illius facultatis, in qua eſt Doctor. Amplia, n. 4.*
5 *Doctorum interpretatio probabilis eſt.*
6 *Doctorum auctboritas ſufficit, vbi lex deficit.*
7 *Iuſtam cauſam litigandi dicitur habere, qui habet Doctorem pro opinione ſua.*
8 *Iudex, qui ſequitur opinionem Magiſtri ſui excuſatur in Syndicatu.*
9 *Diſcipulus tenetur defendere opinionem Magiſtri ſui.*
10 *Petrus de Gregorio fuit Siculus.*

PROHÆMIVM.

QVONIAM inter cætera Doctoratus inſignia, † quæ Scholaribus graduãdis in vtraque cenſura Pontificij Cæſareique Iuris conferuntur, primo loco Cathreda eis aſſignari ſolet, vt declarat *Gloſ. Car. & Imo. in Clem. 2. de Magiſtris,* quia Cathedra † eſt inueſtitura poſſeſſiua Doctoratus, vt dixit formaliter *Bal. in prohæmio decret. in 6. col. verſ. quæro an inſignia Doctoralia per quam datur Doctoribus libera facultas gloſandi, & interpratandi Iura Canonica, & Ciuilia,* vt eſt *text. in l. 1. in verb. interpratandique ſubtilitatem, C. de profeſſ. qui in Vrb. Conſtant. lib. 12.* per quem *text. dixit Panhor. in cap. 1. in 10. col. ver. quarta ſpecies de poſtbu. prælat.*
3 quòd quilibet Doctor † poteſt interpretari dubia illius facultatis in qua eſt Doctor, & non ſolum poteſt interpretari
4 † leges, & beneficia Principium, *l. benignius, ff. de legi. l. fin. de conſtitu. Princi.* ſed etiam eorum reſcripta *cap. cauſam de reſcript. cap. 1. de poſtul. prælat. & leges municipales l. vt gradatim, §. 1. ff. de muner. & honor.* nec non & verba teſtatoris *l. fideicommiſſa, §. hæc verba, & l. ſeruus, & l. ſeruos, ff. de leg. 3. & in l. in teſtamentis, ff. de reg. iur. & ſtipulationes l. ſtipulatio iſta §. in ſtipulationibus, & l. quicunq; ff. de verb. oblig. & pacta contrahentium l. veteribus ff. de pact. l. ſed & Iulianus §. nunc ad Maced.* ac etiam ſententiam, & laudum *l. ab executore §. 1. ff. de appell. cap. cum olim de arbitr. & cap. in his de verb. ſignif.* prout latiùs declarat *Luc. de Pen. in d. l. 1. C. de prof. ff. qui in Vrb. Conſta. lib. 12. in 4. col.* quæ Doctoris interpretatio, licèt non ſit generalis, nec neceſſaria, nec de neceſſitate in ſcriptis publicis
5 redigenda, tamen probabilis † eſt, & illi

ſtandum eſt, quatenus lege, ſeu ratione
probatur, vt dixit *Panbor. in d.cap.1. in
7.col.verſ.quarta ſpecies de poſtul.prælat.*
& voluit *gloſ.& Bart.in l.1.in vlt.col.C.
de leg.* & producere poteſt quamplures
effectus, nam pro deciſione dubij, vbi lex
6 † deficit, ſufficit allegare auctoritatem
maiorum Doctorum ita formaliter *Ang,
in l.ſi idem cũ eodem in princ.ff.de iuriſd.
omn.iudic.* & eſt *tex.in cap.1.cum corcor.*
de quibus per *Felyn. in cap. 1. in penul.
col.verſ. nonò fallit de conſtit.* Itẽ habens
7 quis opinionem † Doctorum tenentem
pro parte, pro qua litigat dicitur habe-
re iuſtam cauſam litigandi, vt non tenea-
tur ad expenſas, ita in ſpecie tenet *Petr.
de Anchar.* poſt alios in *Clem. ne Roma-
ni in princ. de elect.Card.in d.Clem.2.de
Magiſtr.* & idem, ſi quis habeat pro ſe
conſilia aliquorum Doctorum authenti-
corum, quæ ſint ſcripta, & ſigillata, vt
voluit *Bar. in l.bonorum* per illum *tex.ff.
de bonor.poſſeſſ.Bal.& Saly.in l.iuris igno
rantia C. qui admi. Ang. & Imo. in l.ſi
conuenerit, ff. de re iud. cum concord.* de
quibus *Iaſ.in l.properãdum §.ſiue autem
alterutra in quarta colum.verſ.prima eſt,
& verſ.ſequenti C.de iudic.* Præterea Iu-
8 dex, † qui imitatur opinionem Magiſtri
excuſatur in ſindicatu ſecundum *Oldr.in
l.1.§.quæſitum ff. de fund.inſtru. Ang.in
l.terminato C.de fruct.& lit.expen.Pan-
bor.in d.cap.1.in 10.col. de poſtul. prælat.*
9 quia tenetur diſcipulus † defendere opi-
nionem Magiſtri ſui diſtinguẽdo, & eam
approbando, vt voluit *Bar.in l.diem ff.de
arbitr.& Panbor.in cap.omnes Principes
de maior.& obed.cum concord.* de quibus
per *Felyn.in d.cap.1.in vlt.col.verſ.quin-
to nota de conſtit.*

Idcircò ego Petrus Gregorius Siculus
10 Meſſanenſis † inter Vtriuſq; Iuris profeſ-
ſores minimus ab experto cognoſcens
quàm vtilis, & quotidiana ſit in hoc Re-
gno Siciliæ hæc Apoſtolica Bulla, ſeu cõ-
ceſſio Fœlicis recordationis Nicolai Pa-
pæ V. ſuper venditionibus annualium iu-
rium cenſualium ædita, necnon & ædicta-
lis lex, ſeu Pragmatica ſanctio à Bonæ
Memoriæ Rege Alphonſo deſuper ema-
nata, videns etiam quantum ſit vſui re-
cepta, & quotidie frequentetur in hoc
Regno contractus huiuſmodi annualium
iurium cenſualium in maxima ſumma;
quãtumq; etiam eorum executiones ſint
verſatiles in iudicijs, & ſuper his ſepiſſi-
mè diuerſa dubia; & altercationes orian-
tur. Fretus gratia Dei, quæ ſecundùm di-
uiſiones gratiarum, & vt ait Apoſtolus
data eſt nobis interpretatio ſermonum
ſecundũ diuitias gratiæ eius, quæ ſupera-
bundauit in nobis huiuſmodi conceſſio-
nem, ſeu Apoſtolicam Bullam ſic in hoc
Siciliæ Regno vulgariter nuncupatã, nec-
non, & præfatam ædictalẽ legem, & Re-
giam Pragmaticam ſanctionem ad pro-
priam, & communem audientium vtili-
tatem pro viribus interprætari, & decla-
rare conſtitui, quæſtiones, & dubia ſolue-
re, prout ſuccedente caſu in cõtradicto-
rio iudicio vt plurimum decidi, & termi-
nari conſueuerunt ſecundùm conſilium
Iuriſcõſulti in *l.legati ff.de liber.leg.* eaq;
omnia, & ſingula in vnum collecta, velut
in viuarium pro viribus reducere decre-
ui, ne fortè ſecundum temporis varieta-
tem, & labilem hominum memoriam eo-
rum declaratio, & deciſio varietur.

Verùm: quia præcipit idem Apoſto-
lus, vt omne quodcunq; facimus in ver-
bo, aut in opere, omnia in nomine Do-
mini IESV CHRISTI faciamus
agentes gratias Deo, & Patri per Ieſum
Chriſtum Dominum Noſtrũ incipiam in
nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti.
Amen.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex an poſſit diſponere, ſeu diſpen-
ſare ſuper vſuris, & nu.8.*
2 *Papa non poteſt diſpenſare ſuper vſuris,
amplia nu.3.& qua ſit ratio ibidem,&
nu.4. intellige nu.5.*
6 *Eccleſia tolerat meretrices, vt maius ſcan
dalum euitetur.*
7 *Papa poteſt ex cauſa limitare legem Dei.*

ARGVMENTVM.

Vtrũ Pontifex poſſit diſpenſare, ſeu quo-
uiſmodò diſponere ſuper vſuris.

QVÆSTIO I.

QVÆRO igitur pri-
mò pro faciliori intel
ligentia eorum, quæ
inferiùs dicenda ſunt.
A Vtrũ Papa* poſſit diſ-
1 penſare, † ſeu quouis
alio modo diſponere
ſuper vſuris. Hanc quæſtionem latiùs
examinat Dominus Iaſon præceptor
meus

meus in ſtudio *Papienſi in* 1. *rep. l.* 1. *C.*
de Summ. Trinit. & Fid. Catho. in 11.
*col. & ſeq. verſic. prima eſt nu.*54.*& alijs*
ſeqq. & in 2.*rep.d.l.*1. *in* 8.*col.& ſequen.*
*nu.*32.*& pluribus ſeqq. C. eod.tit.* vbi di-
xit, quòd iſta eſt alta, & profunda quæ-
ſtio, in qua mallet diſcere, quàm docere,
& ibi ponit eam in caſu magis dubitabili
ſuper vſuris exercendis per Iudeæos, vbi
2 dicit, quòd nullo modo Papa † diſpenſa-
re poteſt, quòd Chriſtiani mutuare poſ-
ſint aliquo modo ad vſuras, qui ponit ra-
tionem, nam contra prohibitum veteri,
& nouo teſtamento Papa diſpenſare non
3 poteſt, etiam † ſi pro redimenda vita al-
terius talis diſpenſatio concederetur, &
ita *not. Dominus Ant. ibi in* 1.*not.* & etiã
4 ſi propter † bonum publicum impetrare-
tur, vt voluit in *d.l.*1.*in* 3.*col. verſic. ſed*
iuxta hoc quæro, & in auth. ad hæc in 3.
col. C. de vſur. & tandem reaſſumptis ar-
gumentis, & auctoritatibus Doctorum
pro vtraq; parte concludit partem nega
5 tiuam fauore animæ veriorem, † ſed par
tem affirmatiuam æquiorem, vt maius
6 ſcandalum euitetur, ſicut Eccleſia † tol-
lerat meretrices in Ciuitatibus, vt maio-
rã ſcandala euitentur iuxta *gloſ. in cap.*
inter opera charitatis in gloſ. 1. *de ſponſ.*
& quia hæc ratio reſpicit publicam vtili-
tatem, & neceſſitatem, ex quo licèt indi-
ſtinctè Papa facere non poſſit contra le-
gem Dei, vt vſuræ indiſtinctè ſint licitæ,
7 poteſt † tamen ex cauſa limitare legem
Dei, & modificare Ius Diuinũ ſuper vſu-
ris *cap. licet de fer. & cap. à nobis de de-*
cim. & ibi per *Ioan. Andr. & alios, & pro-*
batur in cap. fin. de conſuet. not. Bart. in l.
omnes populi, in 3.*quæſt. princ. ff. de Iuſt.*
& Iur. Gloſ. & Doct. in l. fin. C. ſi contr.
ius, vel vtil. publ. & in cap. quæ in Eccle-
ſiarum de conſt. vbi latè per *Felyn. in* 6.
col. verſic. vltima concluſio. per D. Matth.
de Afflict. in conſt. vſurariorum, in 9.*col.*
verſ. ad quintam q. de vſur. prauit. lib. 1.
& per Laur. de Rodul. in rep. cap. conſul-
uit, in 9.*col. verſic. ad decimum de vſur.*
*& per Alex. conſil.*7. *incip. pro inueſtiga-*
tione prædictorum quaſi per totum in 2.
vol. vnà cum alijs per *Iaſ. ibi alleg.* ſuper
quibus non multum inſiſto, quia de his
hic principaliter non agitur, & ſuper his
ſaniori, & ſecuriori iudicio Sanctæ Ma-
tris Eccleſiæ me remitto.

ADDITIO.

A Pontifex an poſſit diſpenſare † ſuper vſuris? adde *Corrad. de contract. quæſt.*25.*cum trib.*
8 *ſeq. Theſau. deciſ. Pedam.*57.*per totam.* Sed an poſſit diſpenſare tam Pontifex, quã Princeps
9 Iudæis † licitum vſurarũ exercitium erga Chriſtianos, & dicas, quod non *Clem.*1.*de vſur.*
*vbi Card. q.*15.*idem in cap. poſt miſerabilem, & cap. quanto de vſur.* communem dicit *Cur.*
*Iun. in l. eius, qui in Prouinciam nu.*5.*ff. ſi cert. pet. Clar. in §. vſura verſ. hæc autem,* & quod
10 peccent Iudæi † fænerando Chriſtianis dicit eſſe communem opinionem Theologorum, &
11 *Canon. Alex. de Neuo conſ.*100.*nu.*1. adeò, quòd Eccleſia † non debet, neq; poteſt hoc pec-
12 catum permittere, nec tolerare nõ infligendo pœnam, ne; propter † aliquod maius malum
13 vitandum, neq; propter aliquod bonum, † quod exinde ſequi ſperetur, & eſt cõmunis opi-
nio Canoniſtarum, et Theologorum vt dicit idem *Alex. de Neuo d. conſil.*100.*nu.*9.*&*13.
*Oſaſc. deciſ. Pedam.*137.*nu.*18.*&*19.*Couarr. variar. reſolut. lib.*3.*cap.*1.*nu.*8. dicens noſtro-
14 rum Catholicorum † Hiſpaniæ Regum extare conſtitutiones, quæ priuilegia ab alijs Regi-
bus conceſſa Iudæis ad exercendas vſuras penitus reuocant, & hanc opinionẽ ſequitur mul-
ta alia addendo *Lup. in tract. de vſur. comment.*1.*§.*4.*nu.*68.*cum ſeq.* & hæc opinio de iure
eſt receptiſſima, licèt de conſuetudine contrarium ſeruetur: nam vbiq; tolerantur Hebræi
15 † fenerantes etiam in Terris Eccleſiæ, licèt illam conſuetudinem improbet *Alex. de Neuo*
*conſ.*102.*nu.*13. & dicit, quod tanquam nutritiua peccati non valet, quinimò ſi aliquis Iu-
16 dæus † exerceat vſuras in Iudaiſmo (vt ipſi cõmuniter faciunt,) & deinde efficiatur Chri-
ſtianus tenebitur ad reſtitutionem vſurarum, quas ante Baptiſmum extorſit, ita dicit *Clar.*
17 *in d.§. vſura nu.*7.*in fin.* vbi remiſſiuè. Sed tu dicas, quòd Iudæi † hodie exercent artẽ vſu-
rariam ex quadam praua conſuetudine, ſeu tolerantia, & condonatione Principum, atque
Pontificum, quæ quidem condonatio plurimùm differt à diſpenſatione *Sot. lib.*6. *de iuſt. &*
18 *iur. art.*1.*col.*7. imò cogi poterunt Iudæi † ad remitendas vſuras Chriſtianis per Principes,
& Sæculares Poteſtates *cap. poſt miſerabilem vbi Abb. & cap. quanto de vſur. Guid. Pap. in*
19 *tract. de contract. illicit. nu.*30. Vnde merito vigilantiſſimus noſter Prorex † Don Didacus
20 de Cardines Dux Maquedæ hoc anno emanari fecit bannum publicũ cõtra Mauros † com-
morantes hac in Vrbe, ne poſſint ampliùs fœnerari ſub grauiſſimis pœnis.

21 Ex prædictis quæro de notabili quæſtione, an teſtator † in ſuo teſtamēto licitè poſſit inducere vſuras,& ponitur exemplum,veluti ſi cui certam quātitatem legaſſet, etſi infra certum tempus nō ſolueretur, mādaſſet in ſingulos menſes certū aliquid pro fructibus,& vſu-
22 ris ab hærede præſtari,& reſpondeo, quòd aut † teſtator dixit,quòd legatarius ſtatim poſt eius mortem legatum conſequi poſſit,& non ſoluendo,teneatur ad certum quid in ſingulos annos,vel menſes,et eo caſu legatum valet,vſuræ tamen nō ſubſtinentur,et in ſortem computabuntur, cùm ſit in facultate legatarij legatum exigere vt dixit *Bart. in l.3.§.vlt. ff. de ann.leg. & ibi Lancell.Dec.* aſſerens ita fuiſſe deciſum Papiæ, idem *Bart.in l.2. ff.de his, quæ pe.no.q.3.vbi Socin.nu.6. Aret.conſil.152.Iaſ.in l.1.nu.29.& ſeq.C.de Summ.Trinit.Barb. conſil.66.lib.2.Crauett.conſ.89.nu.1.Crot.in l.nemo poteſt col.1. ff.de leg.1.& ibi Gutter.nu. 107.Ioan.Lup.in cap.per veſtras in 6.not.de donat.inter vir.& vxor.Cagn.in l.curabit C.de act.emp.nu.13.vbi etiam Lup.nu.72.*& eſt receptiſſima,et communis opinio,vt per *Couarr. lib.3.variar.reſol.cap.1.num.9.Didac.Peres in Proe.tit.de las vſuras lib.8.ordin.ver.ex quibus deducitur,*& ratio eſt,quia in facultate legatarij ſtat illud legatum petere,atq; exactionem differre cauſa illud retinendi ſub vſuris.

Aut verò legatarius quantitatē ſibi legatam petere non poteſt, niſi poſt certum tempus, puta,quia teſtator reliquerit ſibi ſoluendum poſt certum tempus,et interim voluit certam penſionem ſolui,et eo caſu valet legatum,et vſuræ debentur, ita dixit *tex.in l.3.§.vlt.ff.de ann.leg.Couarr.in loco prææalleg.ver.ſed vbi.Moder.Pariſ.in tract.de vſur.q.73.nu.482.Soc. in d.l.2.n.7.de his, quæ pen.no.Alciat.lib.5.Parad.cap.vlt.Rip.in d.l.nemo poteſt,col.3.Cagn. in l.curabit nu.13.C. de act.empt.* quicquid in contrarium conſuluerint *Franc. de Aret. in conſil.152.incip.viſo themate,* nam vt dixit *Soc.in d.l.2.* hæc quæſtio accidit de facto in Ciuitate Florentiæ, et quòd priùs fuit requiſitus ad conſulendum pro opinione contraria, et illo recuſante cauſa fuit remiſſa ad *D.Franc.de Aret.præceptorem ſuum,*et quod poſtea pro contraria parte requiſitus cōſuluit,vt apparet in *conſil.41.lib.4.* affirmans pro iſta ſua opinione Romæ fuiſſe deciſum,et ratio eſt,quia tunc in legatario non poteſt conſiderari ſuſpicio aliqua vſurariæ prauitatis,cùm impediatur petere,et conſequi legatū; facit etiam, quia iſtud legatum eſt alternatiuum,et optio data eſt hæredi ſoluendi, vel legatum, vel annuam penſionem, de quo per *Bal.in l.vnica q.3.C. de his, quæ pen.no.& alij ſupra relati,* et quia
23 iſta penſio debetur non iure fœnoris,ſed tamquā legatum † annuum à iure permiſſum *Lup. in d.l.curabit,* qui alios allegat *Lug.Mexia in prag.tax.pan.concl.6.n.106. Felici.de cenſib. lib.2.cap.5.nu.3.& 6.in fin.* et ita intelligendus eſt *tex.in l.3.§.vlt.ff.de ann.leg.* Præſupponitur enim ibi moram ex parte hæredis, dum dicitur, et quoad præſtetur, et non ex parte legatarij, et ita procedit *tex.ille.*

† Adde huic proximæ quæſtioni ea quæ latiſſimè tradunt *Gaſpar Roder. de annu. reddit. lib.3.q.6.nu.1.& 6.* et melius *Frider.Martin.in tract. de cenſib.cap.3.num.24.cum ſeq.* vbi refert tres opiniones, *Menoch. conſil.441.vol.5.* Sed quid ſi teſtator in teſtamento fatetur ſe vſuras extorſiſſe,an confeſſio eidem,et hæredibus ſuis præiudicet,et poſſint ex ea conueniri, dicas quod ſic ſi teſtator iurauerit ſecundum *Bart. & alios in l. cum quis decedens, §. condicillis,ff.de leg.3.Auendagn.de exequt.manda.2.par.cap.29.nu.12.Grego.Lopez.l.2.gloſ. verb. de vſura 15.par.6.* quia præſumitur quod ob iuramentum adhibitum non fuerit immemor ſolutis æternæ *Auth. quod obtinet vbi Bal.num.4. C. de probat.Bart.in l.2.nu.1.C. commu.de legat. Menocch.lib.2.præſump.60.nu.8. Roder. in loco prealleg.nu.24.* Sed an debeantur vxori, donec dotes reſtituantur,ſi per teſtatorem fuerit ita diſpoſitum? Vide *Lup. in l.curabit nu.74.C.de act.empt.*

† Adde *Roder.de annu.reddit.lib.3.q.12.nu.1.cum ſeq.*vbi latè pertractat materiam,& *lib. 3.q.7.nu.42.cum ſeq.* vbi ponit ampliationes, et multa ponit in pratica *Peregrin. conſil.98. & conſil.99.lib.3.* Don Garſias Maſtrillus.

SVMMARIVM.

1 *Mutua,quæ fiunt in montibus Florentiæ, Venetiarum, & Ianuæ an ſint licita?*
2 *Sors vbi eſt demortua, interuſuria ſunt licita.*
3 *Sors perpetua non debet eſſe ſterilis.*

ARGVMENTVM.

Præſtationes, ſeu mutua, quæ fiunt in Monte Florentiæ, Venetiarum, & Ianuæ an ſint licita?

QVÆSTIO II.

SECVN-

SECVNDO, & ſucceſſiuè quęro nunquid preſtationes,† ſeu mu-
1 tua,quæ fiunt in monte Florentiæ, & Venetiarum,vel in locis Ianuæ ſint licita,ſeu pecunia, quæ percipitur ex annuo redditu montium prædictorũ licitè percipiatur. Hanc quæſtionem poſuit *D.Laur.de Rodul.in repet.cap.conſuluit in 3.par.princ. in 8.quæſt.princ.in 1.dub.* vbi ponit totã ſeriem facti de monte Florentiæ, et ibi poſt multa cõcludit, quod talis redditus eſt licitus, et ꝙ talis pecunia licitè percipiatur, et mouetur principaliter ex tribus, et primo quia ciuis non ſponte ſoluit pecuniam monti,ſeu Ciuitati,ex qua percipit redditus, ſed inuitus cõpellitur per officiales Ciuitatis ad illam ſoluendam, ſeu mutuandam. Secundò, quia talis coactio, ſeu cõpulſio fit fauore Reip. propter innumeras Guerras ad defenſionem, ſeu cuſtodiã Ciuitatis. Tertiò,quia
2 illa pecunia,ſeu ſors † principalis ab initio ſoluta, ſeu mutuata eſt demortua, et per illum mutuantem, ſeu ſic ſoluentem repeti non poteſt, niſi ad beneplacitum Montis, ſeu officialium eius, cui fuit ab initio ſoluta,ſeu mutuata vt ibi per eum, et has rationes ſenſit *Bal. in l.1.in 4.col. verſ.& ſic videtur* C.de Summ.Trinit.& *Fid.Cathol.*vbi dixit,quòd pręſtatio,quę fit Florentiæ habentibus pecuniã in monte eſt licita, quia eſt inducta fauore communitatis, ne ſoluere cogatur creditoribus ſortẽ, nam illud non propriè eſt mutuum, cum reddi nõ debeat, ſed eſt quædam ſubuentio in communi, et quædam collecta neceſſaria,vt ibi per eum, et hãc eandem rationem, quia non poſſunt creditores petere, quando volunt capitale tenuit *Alex.in l.item quia §.idem iudicio ff.de pact.*vbi dicit poſt *Fulgoſ.* quòd cõmunis opinio eſt, quòd non ſit vſura, et propterea dixit idem *Bald. in l. hac edictali, §. his illud in vlt.col.verſic. ibi pro vſufruct. C. de ſecund.nupt.* loquendo in propoſito de pecunia Montis Florentiæ,
3 et Venetiarum, † quòd ſors perpetua nõ debet eſſe ſterilis, vt ibi per eum, et ideò annuus redditus ex ea percipi poteſt.Hoc idem voluit *Petr. de Anchar. & Panbor. in cap.in Ciuitate in fin.de vſu.*& ibi *Dominus Ant. in verſic.& prædicta faciunt ad illud, & Bald.in cap.1.in vlt col.verſ. extra quæro de iure iur.*& ſuper hoc vide etiam *Bald. in l. rogaſti, §.ſi tibi in pen. col.& fin. ff.ſi cert.pet.* Hanc eandem rationem reſpectu cõpulſionis ſenſit *Paul. de Caſtr. in l.ſi quis, nec cauſam in fin. princ.ff.ſi cert.pet.* & hãc opinionẽ tenuit *Imol.poſt Bal.in l.ſi maritus la 2.in prin. ff.ſol. matr. cum concord.* de quibus per *Alex.in d.l.item quæritur, §.idem Iuliano,* & ibi per *Iaſ.etiã in eius apoſt.* & per *Alex.conſ.103.incip. viſis ſcripturis in 3. col. verſic. & prædicta fortificantur in 2. vol.* & per *Iaſ. in l.1. in 1.lect.in 13.col. in fin. & ſeq.verſic.3.quæro nu.61. & in d.l.1.in 2.lect.in 9.col.verſic.quòd autem nu.40.C.de Summ.Trinit.& Fid.Catho.* ideò ſuper hoc vlteriùs non inſiſto.

SVMMARIVM.

1 *Contractus cenſualis iuxta formã Bullæ, & Regiae Pragmaticae an ſit licitus? & num.32.*
2 *Præſtationes probant cauſam finalem diſpoſitionis.*
3 *Pontifex poteſt diſpenſare contra ius Diuinum in certis caſibus.*
4 *Statutum ſuperioris contra ius Diuinum valet ſi ex eo non cõmittitur peccatum*
5 *Malum permittitur propter bonum,quod ex malo oritur.*
6 *Lex antiqua permiſit Iudaeis accipere vſuras.*
7 *Iudæis fuit permiſſus libellus repudij, ne vxores eorum occiderentur.*
8 *Pontifex cõcedendo contractũ cenſualem minùs malum abſq; peccato permittit.*
9 *Vſura committitur in contractu mutui, & nu.12.*
10 *Vſura eſt lucrum mutui ex pacto debitũ.*
11 *Contractus vſurarius nõ reſultat ex contractu cenſuali.*
12 *Papa poteſt facere, quòd peccatum in aliquibus caſibus non ſit peccatum.*
13 *Papa poteſt ex cauſa expreſſa limitare ius Diuinum.*
14 *Cauſa iuſta praeſumitur in dubio in conceſſione Pontificis, vel Principis.*
15 *Diuini iuris limitatio in Bulla Apoſtolica ex quibus deducatur.*
16 *Sors in contractu iuxta formam Bullae Nicolai V. debet eſſe demortua.*
17 *Pacta, quae faciunt ſortem non repetibilem faciunt contractum licitum.*
18 *Contractus cenſualis iuxta formam Bullae nõ poteſt excedere decimam partem recepti pretij.*
19 *Annuales penſiones in ſortem computari non debent.*

20 *Vſu-*

20 *V ſurae vſurarum non ſunt permiſſae.*
21 *Clauſula (non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus) appoſita in Bulla Apoſtolica quid operatur.*
22 *Deciſio in materia vſurarum ſpectat ad Doctores Canonicos, & quare.*
Quid in interpractatione iuris Diuini, num. 23.
24 *Dubitans in conſcientia non intelligitur facere contra conſcientiã, & ibi limita.*
25 *Actus, qui exiſtimatur licitus non dicitur vſurarius, ratio nu. 26.*
27 *Leges ſeruandae ſunt eteam in foro conſcientiae.*
28 *Bulla Apoſtolica ſeruanda eſt de iure Canonico, & quare ibidem?*
29 *Cenſus de decẽ impoſitus ſuper domo, quæ valebat quinq; facit contractũ illicitũ, & quid operatur ibidem?*
30 *Statutum poteſt dari licentiã depredandi.*
31 *Bulla Apoſtolica Nicolai V. fuit approbata per Regem Alphonſum.*

ARGVMENTVM.

Contractus cenſualis iuxta formam Bullæ an ſit licitus.

QVÆSTIO III.

TERTIO principaliter quæro de notabili, & neceſſaria quæſtione vtrùm contractus
1 † venditionis iurium annualium cẽſualium iuxta formam Bullæ Apoſtolicæ, et Regiæ Pragmaticæ ſanctio
A nis ſit licitus,* et permiſſus non ſolum in foro iudiciali, ſed etiam in foro cõſcientiæ? In hac neceſſaria quæſtione, in qua pendet virtus dictæ Apoſtolicæ Bullæ mihi videtur, ſaluo ſemper iudicio Sanctæ Matris Eccleſiæ, et alterius meliùs ſentientes, quòd dictus cõtractus ſit licitus, et permiſſus non ſolùm in foro iudiciali, ſed etiam in foro conſcientiæ, quod deduco ex pluribus.

Et primo certum eſt, quod præfatio-
2 nes † probant cauſam finalem diſpoſitionis *text. eſt*, per quem ita dixit ibi *Bart. in l. fin. ff. de her. inſtit. cum concord.* de quibus per *Barbat. in conſil. ſuo 1. in 2. col. in 3. vol.* ſed ex præfationibus dictæ conceſſionis, ſeu Apoſtolicæ Bullæ colligitur, quòd auaritiæ cæcitas, et damnandæ ambitionis improbitas, vſurariaque prauitas in Regno Siciliæ in tantum excreuit, quod incolæ, et habitatores dicti Regni pecunijs indigentes vix aliter, quã fæneratorũ opera, quaſi in auditum fænus exercentium cõſequi poſſent, et cum eas acceperint ſi in tẽpore percepta non reſtituant breui eorum bona inexecrabili vſurarum voragine miſerabiliter conſumuntur, ex quibus præfationibus probatur cauſa finalis diſpoſitionis, per quã cupiens Sũmus Pontifex indemnitatibus incolarum vtriuſq; Regni Siciliæ ſubuenire, nec non præfatas cenſualium venditiones cum clauſulis, et cautionibus ad eorum validitatem inter venditores, et emptores mutuo cõſenſu ineundas abſq; læſione conſcientiæ fieri poſſe debere decernere, et declarare ad ſupplicationem eiuſdem Regis Alphonſi tàm eidem Regni, quàm omnibus, et ſingulis incolis, et habitatoribus vtriuſque Regni præſentibus, et futuris huiuſmodi cenſualia ſuper rebus, et proprietatibus ſuis, ac facultatibus, et emolumentis eorundem inſtru-
mento gratiæ pro ſimili pretio illa redi- C
mendi mediãte, dummodò annualis cenſus huiuſmodi cenſualium decimam partem principalis recepti, ſeu pretij eorundem nõ excedat inter ſe cõtrahendi, vendendi, et emendi cum opportuna cõtrahentium ſæcuritate, et alijs quibuſcunq; de quibus inter ementes, et vendẽtes huiuſmodi cenſualia cõuentum, et in pactũ deductum fuerit plenam licentiam, et liberam auctoritate Apoſtolica conceſſit facultatem decernens, et declarans eoſdem incolas, et habitatores, ac locorum, Ciuitatum, et Terrarũ vniuerſitates cenſualia huiuſmodi modo præmiſſo in Regnis ipſis Siciliæ citra, et vltra pharum inter ſe liberè, et licitè contrahere, vendere, emere poſſe, neq; propterea vſurariam prauitatem cõmittere prout in dicta conceſſione, ſeu Apoſtolica Bulla latiùs continetur, et ſic cauſa finalis, et intentio Summi Pontificis taliter diſponentis fuit permittere, ſeu concedere minùs malum abſq; peccato, et læſione cõſcientiæ propter maius malum vſurariæ prauitatis euitandum, ſed hoc Summus Pontifex de iure Canonico facere poteſt, vt inferius dicam, ergo talis contractus eſt licitus, et permiſſus nõ ſolùm in foro iudiciali, ſed etiam in foro conſcientiæ.

Secundò probatur ex alio, quia poteſt
3 Papa † diſpenſare contra ius diuinum in certo caſu, quando ex hoc omninò venit cõmittendum peccatum mortale, vt pro-

batur

batur in *cap. fin. de conſuet. cum ibi not. per Doct.* vbi probatur valere conſuetudinem contra ius Diuinum, ſi nō inducatur ex ea mortale peccatum, ergo pari ratione poteſt Summus Pontifex diſpenſare ſuper vſuris cōtra ius Diuinū, quando ex ea non cōmittitur peccatum mortale, hoc quidē probatur per *tex. in cap. licèt, & in cap. fin. de fer.* vbi ex cauſa Papa certo caſu tollere poteſt ius Diuinum diſponens, quòd ſollennes dies in honorem DEI debeant venerari vt *not. gloſ. 26. quæſt. 1. cap. ſunt quidem.* Idem etiam voluit *Bart. in l. omnes populi in 3. quæſt. princip. ff. de iuſt. & iur. cum concord.* de quibus per *Alex. conſil. 102. incip. pro inueſtigatione prædictorum 2. col. verſic. & quod Papa, & verſic. ſeq. in 2. vol.* vbi voluit poſt alios ibi per eū allegatos, quod
4 Statutum † Superioris contra ius Diuinum valet ſi ex eo non committitur peccatum dummodò tale Statutū fiat ſuper eo, quod ſpectat ad ſuperiorem ſtatuentem; prout in caſu noſtro per Romanū Pontificem ſuper vſuris iuxta ea, quæ habentur in *cap. Eccleſiæ S. Mariæ de Conſt. & in auth. Caſſa. C. de Sacroſ. Eccleſ.* ſed ita eſt in caſu noſtro, prout infra dicam, ergo, &c.

Tertiò probatur hoc etiam ex alio,
5 quia propter bonum, † quòd ex aliquo malè geſto ſequitur ipſum malū permittitur, vt *tex. in cap. necne 13. diſtinct.* et per id, quod notat *gloſ. in cap. inter opera de ſponſ.* vbi dicit, quòd Eccleſia tolerat publicas meretrices, et ſub diſſimulatione pertranſit, vt maius malum euitetur, etiam ſi huiuſmodi tolerantia meretricū publicarum contineat in ſe peccatum.

6 Quartò probatur, quia lex † antiqua permiſit Iudæis accipere vſuras à gentibus, vt euitarent idem maius malum, ſcilicet à DEVM colentibus acciperēt vſuram propter auaritiam, cui deditierant vt dixit *Archi. in cap. ab illo 14. quæſt. 4. poſt Bea. Thom. ibi per eum allegat.* eodem
7 modo fuit permiſſus Iudæis † libellus repudij, ne vxores eorum occiderentur, vt per *gloſ. 14. quæſt. 3. in Summa,* et per *Io. Andr. in cap. conqueſtus poſt glo. de vſur.*

8 Quòd autem Romanus Pontifex † per huiuſmodi conceſſionē, ſeu Bullam Apoſtolicam conceſſerit, et permiſerit nobis huiuſmodi contractū venditionis iurium annualium cenſualium, et ſic minùs malum abſq; peccato, et læſione cōſcientiæ propter ꝙ maius malum vſurariæ prauitatis euitandum deduco ex multis.

9 Et primò dico, quòd vſura † non committitur generaliter, niſi in cōtractu mutui, vt declarat *Luaren. de Rodulph. in repet. cap. conſuluit in 5. col. verſic. tertium principale de vſu.* et patet in eius defini-
10 tione, quia vſura † eſt lucrum mutui ex pacto debito, vel ex actū vt dixit *Panho. in rubr. de vſur.* nō autem dixit, quod eſt lucrum emptionis, et venditionis, et propterea dixit *Panbo. in cap. in Ciuitate in 1. not. de vſur.* quod ex cōtractu emptio-
11 nis, et venditionis non reſultat formalis contractus vſurarius, et hoc ideò quia
12 vſura † committitur regulariter in mutuo tantùm, vt ibi per eum, et idem dixit *Bald. in cap. 1. in vlt. col. verſ. extra quæro de iure iur. in fin.* licèt quò ad intentionem deprauatam poſſit eſſe vſura in contractu emptionis, et venditionis, vt dixit idem *Panbor. in cap. fin. in 1. col. verſ. not. & verſic. ille quoque de vſur.* et propterea tunc talis contractus dici poſſet illicitus de iure poſitiuo tantùm per *tex. in d. cap. in Ciuitate,* et ibi per *Dom. Ant. de vſur.* quo caſu ſuccedit doctrina *Specul. in tit. de legat. §. nunc de ipſorum verſic. ſunt etiam* vbi poſt *Hoſt. dixit,* quod licèt in iſtis, in quibus ſecūdùm legem Diuinam cōmittitur mortale peccatum, vt in furto, et rapina nō poſſit Papa diſpenſare quò minùs agatur pœnitentia, et reſtitutio fiat, tamen in his, in quibus ſecundùm ius poſitiuū mortale peccatū committitur ſolus Papa diſpenſare poteſt, vt ibi per eum, et iſtam doctrinam refert, et ſequitur *Arch. in cap. fin. 14. quæſt. 5. & Alex. in d. conſ. 107. in 1. col. verſic. tamen contrarium poteſt dici in 2. vol.* ſed dicta conceſſio, ſeu Bulla Apoſtolica loquitur de cōtractu emptionis, et vēditionis tantùm, dum dat liberam facultatē vendendi, et emendi dicta iura cenſualia, dùm facit mentionem de pretio, quòd nō niſi in cōtractu emptionis, et venditionis cadere poteſt *§. pretium, & §. item pretium inſt. de empt. & vendit. & §. venditæ inſt. de rer. diuiſ. & in l. fundi partem ff. de con trahen. empt.* dùm etiā loquitur de iſtrumento gratiæ pro cōſimili prætio illa redimendi, quod nō niſi in contractu *empt. & vendi. cadere poteſt l. 2. C. de pact inter empt. & vendit.* et voluit *Paul de Caſtr. in l. ſi cùm venderet, ff. de pigno. act. & Alex. in conſ. 10 in 1. vol.* ergo ſequitur, quòd in dicto cōtractu emptionis, et venditionis, quatenus in eo fortè vſura committeretur, cum illa committatur de iure poſitiuo tātùm, ſolus Papa diſpenſare

poteſt,

poteſt, et per conſequens talis cōtractus virtute dictæ conceſſionis, ſeu Bullæ Apoſtolicæ licitus eſt, et permiſſus non ſolum in foro iudiciali, ſed etiam in foro conſcientiæ maximè quia talis cōtractus potiùs diceretur prohibitus, quia vſurarius de iure poſitiuo, quàm prohibitus, quia vſurarius de iure Diuino iuxta *gloſ. in cap. ex parte lo 1. de off. deleg.*

Secundò deduco ex alio, quia licèt Pa-
12 pa † de peccato vtraq; lege damnato nō poſſit facere nō peccatum, tamen poteſt decernere, et declarare illud in certis caſibus non eſſe peccatum ita in indiuiduo in materia vſurarum determinat *Card. Flor. poſt Gugl de Monte Laud in Clem. 1. §. fin. in 12. quæſt. de vſu.* et ſequitur *Alex. in d. conſ. 107. in 2. col. verſic. 4. in 2. vol.* Sed Summus Pontifex in dicta conceſſione, ſeu Apoſtolica Bulla decernit, et declarat eoſdem incolas, et habitatores, ac locorum, et Ciuitatum, et Terrarum Vniuerſitates cenſualia huiuſmodi modo præmiſſo in Regnis ipſis Siciliæ citra, et vltra pharum inter ſe liberè, et licitè cōtrahere, ac vendere et emere poſſe, neq; propterea vſurariam prauitatem cōmittere, dummodò annualis cenſus huiuſmodi cenſualium decimā partem principalis recepti, ſeu pretij eorumdem non excedat, prout ibi formaliter continetur, ergo in dictis caſibus iuxta formā dictæ conceſſionis, ſeu Bullæ Apoſtolicæ potuit decernere, et declarare recipere aliquid vltra ſortem virtute prędicti contractus emptionis, et venditionis iurium annualium cenſualium non eſſe peccatū, et per conſequens talis contractus eſt licitus, et permiſſus nō ſolum in foro iudiciali, ſed etiam in foro conſcientiæ.

13 Tertiò deduco ſic, Papa † poteſt expreſsè limitare ius Diuinum, probatur hoc efficaciter *cap. ſalubriter de vſur.* vbi ex cauſa dotis limitat prohibionem vſurarum inter Iudęos, quibus dicta fuerunt illa verba, quod Deus coniunxit, Homo non ſeparet, vt in *capit. de Infidelibus de conſag. & affini.* probatur hoc etiam in *cap. Præſul. 2. quæſt. 4.* vbi limitat legem Diuinam cōtentam ſuper tribus teſtibus *cap. in omni negotio de teſtib.* hoc etiam probatur per *gloſ. in cap. à nobis lo 1. de decim.* vbi limitat Papa obligationē decimarum, quę eſt de iure Diuino, ergo poteſt prohibitionem vſurarum firmatam in veteri, et nouo teſtamento iuxta *text. in cap. ſuper eo de vſur.* ex cauſa expreſſa certo modo limitare iuxta formā dictę cōceſſionis, ſeu Bullę Apoſtolicę. Et licèt
14 in dubio prę ſumatur iuſta † cauſa in Papa, et in Principe, vt eſt *gloſ. in l. relegati, ff. de pæn. ponit Felyn. in cap. quæ in Eccleſiarum in 2. col. in veri. quinta cōcluſio de conſtit.* & per *Iaſ. in l. ſi teſtamentum, C. de teſtam. & in rep. ſua l. quò minus in 2. col. ff. de flumin.* tamen in caſu noſtro reperitur cauſa expreſſa in prę fationibus dictæ conceſſionis Apoſtolicæ, de quibus dixi ſupra ea. quæ. 1. argum.

15 Limitatio † autem iuris Diuini in materia vſurarum facta per Romanum Pontificem virtute dictæ cōceſſionis, ſeu Apoſtolicæ Bullæ, per quam reduxit prohibitionem vſurarum inductam de iure diuino in veteri, & nouo teſtamento de peccato vniuerſali in certis caſibus limitatiuè ad non peccatū, conſiſtit in pluribus. Et primò, quia cōceſſit, & permiſit poſſe recipi vltra ſortem nō in contractu mutui, in quo regulariter committitur vſura, ſed in contractu emptionis, & venditionis tantùm, vbi formaliter non committitur vſura, prout ſuperiùs dixi in ea *quæſt. verſ. primò dico.*

16 Secundò voluit, quod ſors † principalis pretij conuenti ſoluta venditori per emptorem annualium iurium cenſualiū ſit demortua, & per ipſum emptorem repeti poſſit, quia voluit huiuſmodi venditiones annualiū poſſe fieri ad inſtar earū, quæ fiebant in Regnis Aragonum, & alijs vltra montes cōſtitutis, quę mortua nuncupantur, quinimò cenſentur venditiones prę fatæ factæ inſtrumēto gratiæ pro ſimili pretio redimendi mediante quandocunque ad libitum venditoris, prout hæc in dicta conceſſione Apoſtolica continētur. Ex quibus infero, quòd talia pa-
17 cta † faciunt cōtractum licitum, & à iure permiſſum, nam videmus quòd præſtationes, ſeu impreſtita, quæ fiunt in monte Florentiæ, & Venetiarum, & in locis Ianuæ licitè percipiuntur hac potiſſima ratione inter alias, quia nō cogitur mons inuitus, ſeu communitas loco montis ſoluere creditoribus ſortē ita *Bald. in l. 2. in 4. col. verſ. & ſic videtur, C. de Summ. Trinit. & Fid. Cath. & Bald. in l. hac edictali, §. his illud in vlt. col. C. de ſecund. nupt.* & vtrobiq; loquitur de monte Florentiæ, & Venetiarū, & idem voluit *Bald. in cap. 1. vlt. col. verſ. extra quæro de iure iur.* & idem *Bal. in l. rogaſti, §. ſi tibi in pen. col. & ſeq. ff. ſi cert. pet.* & idem voluit *Petr. de Anchar. in cap. in Ciuitate in fin. de vſur.* vbi idem etiam dixit *Panbor. in fin.*

ſtn. quòd moderni communiter tenent, quod non cōmittatur vſura, et licitè percipiuntur, quia nō poſſunt ciues, ſeu creditores recipere ſortē, ſeu capitale quando volunt, licèt cōmunitas poſſit ſe exonerare ab illo debito ſoluendo capitale, et ſic cenſetur appoſitum pactum de retrouendendo, vt ibi per eum, et quòd iſta ſit cōmunis opinio refert *Alex. poſt Fulgoſ. in l. item, §. idem Iulianus, ff. de pact.* de quo latiùs dixi ſupra in 2. *quæſt.* et dicam infra latiùs vbi meliùs cadet.

18 Tertiò voluit, quòd annualis cenſus † huiuſmodi cenſualium decimā * partem principalis recepti, ſeu pretij eorundem non excedat prout in dicta conceſſione Apoſtolica formaliter continetur, ſed ſic eſt, quod decima pars totius ſortis principalis eſt ſatis probabilis, quia etiam ſecundùm vſum bonæ mercātiæ tale lucrū affertur, et confertur ſortis honeſtum, et in hoc recurri debet ad conſuetudinem Regionis ita *Bald.* dum loquitur de interuſurijs dotis promiſſæ propter onera matrimonij *iux. cap Salubriter de vſur. in l. fin. §. prætereà in 2. col. C. de iur. dot. per tex. in cap. per veſtra de don. inter vir. & vxor.* per quem *text.* ita dixit etiam *Bart. Alex. in alijs lucris*, quæ honeſtè percipi poſſunt in *l. diuus, ff. ad l. facid.* et ſequitur *Rom. ſing. ſuo 177. incip. iure hodierno*, et idem voluit *Bal. de præſtantia inuendibili*, vbi ſors nunquā rehabetur, ſed datur quidam redditus annuus, putà decem pro centenario *cap. 1. in vlt. colu. verſ. extra quæro de iure iur.* et ad idem adduco id, quod voluit *Bald. in rubr. de conſtit. Princip. in 1. col.* dum loquitur de cambijs, quæ licita ſunt dummodo non nimis excedant modum, ſed ſecundū generalem cōſuetudinem mercatorū fiant, vt ibi per eum cū *concord. de quibus per Iaſ. in repet. l. 1. in 1. lect. in 11. col. nu. 64. verſic. ſexto, & vltimo quæro, & in 2. rep. d. l. 1. in 9. col. verſ. nunquid autem num. 16. C. de Summ. Trinit. & Fid. Cath.* ſed decima pars pretij, ſeu ſortis principalis non nimis excedit ſecundum conſuetudinem regionis in hoc Regno, ergò, &c. de quo latiùs infra dicam vbi meliùs cadet in 5. *quæſt. princ. verſ. quintò requiritur.*

Quartò voluit Papa in dicta conceſſione Apoſtolica, quòd penſiones annales

19 † in ſortem non computentur, et quod pro tali redemptione præter principalē ſummam nil vltra percipiatur ab emptore, vel exhibeatur à venditore, prout ibi formaliter continetur, et ratio huius eſt, quia licèt aliquo ceſu de iure Canonico, vel Ciuili permittatur vſura, prout declarat *Lauren. Redulph. in rep. cap. conſuluit in 1. col. verſ. ad octauum de vſur.* vbi enumerat ſeptem caſus, quibus de iure Canonico permittitur vſura, et plures etiam caſus ponit etiam *Iaſ. in rep. l. 1. in 1. lect. in 11. col. verſ. ſecundò principaliter in n. 50. C. de Summ. Trinit. & Fid. Cath.* tamen nec de iure Ciuili, nec Canonico

20 vſuræ † vſurarum * permittuntur *l. fin. C. de vſur.* ſed ſi tales penſiones annuales computarentur in ſortem, ſequeretur, ꝙ vſuræ vſurarum permitterētur; ideò appoſita fuit clauſula præfata conformis iuri Canonico.

Quintò reperitur in dicta conceſſione

21 Apoſtolica, clauſula † (non obſtantibus conſtitutionibus, et ordinationibus) quæ ęquiparatur clauſulę (de plenitudine Poteſtatis,) quæ operantur poſſe Papam in certis caſibus diſpenſare contra ius diuinum: nam iura prohibent reſcripta concedi, vel valere in certis caſibus, tamen hoc fallit, niſi in reſcripto ſit clauſula (non obſtante) vt per *Cyn. Bald. & alios in fin. C. ſi contr. ius, in l. quoties, & in l. reſcripta, C. de prec. Imp. offer. in cap. nonnulli in princ. de reſcript.* dummodò ceſſet peccatum præiudiciale ſaluti animarum, refert, et ſequitur *Alex. in d. conſil. 107. in 2. col. in fin. verſic. modo reſtat*, ſed ita eſt in propoſito iuxta formam dictæ cōceſſionis Apoſtolicæ virtute dictę clauſulæ (non obſtantibus) igitur, &c.

Ex quibus omnibus ſatis probabiliter Summus Pontifex potuit virtute dictæ conceſſionis, ſeu Bullæ Apoſtolicæ limitare ius diuinum in materia vſurarum vtraq; lege prohibitum, vt in certis caſibus concurrentibus omnibus pręmiſſis, et alijs in ea requiſitis dictus contractus emptionis, et venditionis annualium iurium cenſualium ſit licitus, et permiſſus non ſolùm in foro iudiciali, ſed in foro conſcientiæ.

Secundò principaliter, quòd dictus contractus ſit licitus, et permiſſus deduco ex alio: nam vbi ſunt variæ Doctorū opiniones circa legem pręcepti in eius intellectu, tunc ſeruans vnam opinionē ex illis, nō peccat, licèt appareat ex poſt contrariam opinionem eſſe veriorem ita *Panbor. per illum text. in cap. Capellanus in 3. col. poſt Ioan. Andr. & Dominū Antonium ibi de fer.* et ideò voluit *Panbor. in cap. ne imitaris vlt. not. de conſtit.* vbi infert ad illam opinionem de Beata Vir-

B gine

gine an ſit concepta in peccato originali, et de Salomone an ſit ſaluus, vel damnatus, vt ibi per eum, et ſi in hoc aliqui fortè Sacræ Theologiæ Profeſſores inuenirentur, qui diſcreparent à Doctoribus iuris Canonici, tunc magis ſtandum eſt Doctoribus iuris Canonici, quàm Sacræ Theologiæ Magiſtris, ita egregie concludit *Petr. de Ancharan. iu ſua diſp. incip. aliquis ex modernis temporibus*, vbi tractat an deciſio quorundam emergẽtium in materia vſurarũ ſpectet ad Magiſtros Theologię, an verò ad Doctores iuris Canonici, et Ciuilis, et tandem conclu-
22 dit, quod talium caſuum deciſio † ſpectat principaliter ad Doctores iuris Canonici, quia conſcientia Canonica ſpecialiter ad hoc tendit interpretãdo ius diuinum in caſibus dubijs pertinentibus ad moralem Philoſophiam, vt patet in prohemio
23 decretaliũ, ſcientia verò Theologicã pertinet ad interpretationẽ iuris diuini quò ad opera Domini Noſtri IESV CHRISTI, vt ibi latiùs per eum, quem refert, et ſequitur *Alex. in d. conſil. 107 in 3. col. nu. 80. in 2. vol.* ergo quatenus fortè circa interpretationem, et virtutem huiuſmodi conceſſionis, ſeu Apoſtolicę Bullę inuenientur varię Doctorum opiniones, tuti ſunt cõtrahentes iuxta eius formam in foro cõſcientię tenentes illam opinionem, per quam eiuſdẽ conceſſionis Apoſtolicę diſpoſitio valet, et tenet, nec peccant ſeruantes illam donec contrariam opinionem eſſe veram aliter appareat ꝑ prędicta, in quibus opinionum varietatibus, ſi quę fortè opiniones reperirentur, in quibus Sacrę Theologię Profeſſores diſcreparent à Doctoribus iuris Canonici, magis ſtandum erit Doctoribus iuris Canonici, quam Sacrę Theologię Profeſſoribus per prędicta.

Confirmatur hoc ex alio, quia dubi-
24 tans † in conſcientia non intelligitur facere contra conſcientiam, niſi poſtquam oſtenſa eſt ſibi veritas, ita ſignanter *Bald. in cap. fin. in 3. col. de conſuet. & in cap. bene el 2. in 3. col. de poſtul. Prælat. & in cap. ſi diligenti in 1. colu. poſt gloſ. ibi de præſumpt. cum concord.* de quibus per *Iaſ. in l. quamdiu in 2. col. verſ. ad idem adduco num. 6. C. qui admitt.* quia ſola dubitatio non inducit conſcientiam erroneam vt voluit *Panbor. in cap. breui in fin. de iure iur.* et conſcientia dubia non grauat malam fidem ſecundùm *Bald. in d. cap. ſi diligenti de præſumpt. in 2. col.* et ideò dubitans præſcribit tanquam nõ exiſtens malę fidei, quando iuſte dubitat ex poſt facto, et à principio præſcriptionis fuit bonę fidei; prout declarat *Bald. in d. cap. ſi diligenti in 2. col. verſic. quæro nunquid*, niſi fortè haberet conſcientiam remordentem, quia tunc peccaret mortaliter, ſi conſcientiam non deponeret, quando conſcientia remordens eſſet talis, quę induceret ad peccatum mortale; prout dixit idem *Bald. in cap. fin. in princ. de præſumpt.* Ideò vbi contractus eſt dubius an ſcilicèt contineat peccatũ in ſe, vel non, debemus potiùs abſtinere à tali contractu, quia in dubio debemus capere partem magis cautam fauore animę, vt dixit *Panbor. in cap. in Ciuitate in 3. not.* & ibi *Doct. de vſur.* quia veniens contra conſcientiam etiam ſcrupuloſam ædificat ad gehennam; ideſt cõmittit peccatum mortale. Idem dixit *Panbor. in cap. tuas lo 2. in vlt. not. de Simon.*

25 Cõfirmatur etiã ex alio, † quia actus, qui cõmuniter extimatur licitus, tamen contrarium eſt in veritate, quia ſapit vſurariam prauitatem ex hoc, non aliter dicitur vſurarius ita *Bart. in l. qui ſi fugitiuus, §. apud labeonem, ff. de adil. ædict.* ſequitur *Alex. conſ. 39. in princ. in 3. vol. & Capol. in conſ. 13. in pen. col. & Iaſ. in l. 2. in 4. col. verſ. tertiò multum nota, C. de*
26 *ſer. fugit.* & ratio † eſt quia actus in dubio non debet iudicari vſurarius, vt dixit *Bald. in l. rogaſti, §. ſi tibi in fin. ff. ſi cert. pet.* quem refert, & ſequitur *Alex. conſil. 200. incip. perſpectis in 1. col. verſ. accedit nu. 4. in 6. vol.*

Tertiò principaliter arguo ſic. Ille, quem lex humana excuſat, non peccat,
27 niſi talis lex ſit contraria legi Diuinæ, † quia leges ſeruandæ ſunt etiam in foro conſcientiæ, ita dixit formaliter *Bald. in capit. in omni negotio in princ. de teſt.* & ideò dixit idem *Bald. in l. quidam, §. illo, C. de neceſſ. ſer. hær. inſt.* quod quando lex diſponit ſuper certo, diſponendo ſecundùm aliquam rationem ſatis reputatur iuſta in foro conſcientiæ, & dixit idem *Bald. in cap. qua in Eccleſiarũ de conſtit.* quòd lex Ciuilis, & Canonica ſeruanda eſt in foro conſcientiæ, quando eſt iuſtè facta ab habente poteſtatem, & fundans ſe ſuper certo ſecundùm *gloſ. 1. ibi iure poli cum concord.* de quibus per *Felyn. in cap. 1. in 14. col. verſ. extra prædictos tres caſus de conſtit.* ſed hæc cõceſſio, ſeu Bulla Apoſtolica fuit per Romanũ Pontificẽ facta, qui habuit poteſtatem condendi eam, & erat lex Canonica, & animata in terris,

terris, & habet in ſe rationem contentã, & ſuperiùs expreſſatam in *princ. huius quaeſt.* & non eſt expreſſa contraria legi Diuinæ in caſibus, & qualitatibus in ea contentis, et ſuperiùs expreſſatis.

Item eadem conceſſio Apoſtolica fuit laudata, acceptata, et in vim l. condendæ ampliata per Regem Alphonſum, qui erat lex Ciuilis animata in Regnis ſuis, et habuit poteſtatem eam ampliandi, et continet in ſe rationem in ea expreſſam, ſatis rationabilem, ergo ſequitur, quod ſicut eadem conceſſio Apoſtolica ſeruanda eſt in foro Canonico, et Ciuili, ita eſt ſeruanda etiam in foro conſcientiæ.

Et quod vltra præmiſſa eadem conceſ-
28 ſio † Apoſtolica ſeruanda ſit in foro Canonico, et Ciuili deduco ex multis, at primo ex eo, quod voluit *Bald. in cap. 1. in vlt. col. verſic. extra quæro de iure iur.* vbi dicit, quod licèt iſte quęſtiones ſint periculoſæ maximè quò ad conſcientiam, tamen ibi dicit, quod ſi iſte contractus habet in ſe equitatis recompenſationem, et proportionem licitus eſt, quia cùm non ſit formaliter cõtractus vſurarũ ad ęquitatem naturalem recurrendum eſt, quia æquitas naturalis in omni re debetur, cũ ſit idem, quod ipſa naturalis iuſtitia *l. ſcire oportet, §. & ſi maximè, ff. de excuſ. tut. & facit tex. in cap. nauigãti de vſur.* dum tamen ex iſto contractu, quis exceſſiuè non lucretur, quia exceſſus modi facit fraudem præſumi, vt in *l. per diuerſas in l. ab Anaſtaſio, C. mand.* vt ibi per eum qui loquitur de præſtantia in reddibili, vbi ſors nunquam rehabetur, ſed datur quidam redditus annuus puta decẽ pro centenario, et in qua nõ reperitur conceſſio, nec licẽtia Apoſtolica, prout in caſu noſtro, in quo vltra conceſſionem, et licentiam Apoſtolicam concurrunt illæ aliæ qualitates ibi, quod ſors nunquam rehabetur, et quod datur annuus cenſus ad rationem de decem pro centenario, de qua præſtantia latiùs ſcripſi ſupra in 2. *quaeſt.* ita quod ſi illa licita eſt abſq; conceſſione, et licentia Apoſtolica cõcurrentibus qualitatibus prædictis, multò fortiùs erit licitus, et permiſſus hic contractus venditionis, ſeu annualium iurium cenſualium iuxta formã conceſſionis, ſeu Apoſtolicæ Bullæ, et ſi licitus eſt in foro iudiciali Canonico, et Ciuili, ergo eodẽ modo erit licitus in foro cõſcientiæ per prædicta.

Secundò deduco ex eo, quod determinat *Laur. de Rodul. in rep. cap. conſuluit in 12. quaeſt. prima part. de vſur.* vbi quærit, quis habebat cenſum vnius floreni in domo, et vendidit talem cenſum pro decem florenis adiecto pacto, quod liceret illi redimere pro illis decem florenis, an talis cõtractus ſit licitus, et ibi arguit ad partem, et tandem concludit, quod ſi cõſtituatur cenſus putà vnius vnciç quolibet anno in re putà domo, vel vinea, et ille cenſus vẽdatur alteri pro decem vncijs, tunc contractus talis eſt validus, et licitus, quia hic interuenit ius vendibile ſcilicet ipſum ius cenſus impoſitũ ſuper re, quia ius, et iura venduntur *l. qui tabernas, ff. de contrab. & tot. tit. ff. de hered. vel act. vend.* hic interuenit pretiũ in pecunia numerata, per quam conſtituitur emptio, et venditio *§. pretium, & §. ſeq. inſt. de empt. & vend.* niſi dolus, vel deceptio interueniant vltra dimidium iuſti pretii *l. in cauſæ, ff. de min. & cap. cum dilecti, & cap. cum cauſa de empt. & vend.* vel niſi talis cenſus non poſſit in totum percipi, et haberi ſuper re qua fuit impoſitus, vt quia conſtituo cenſum domui de decem, cum non poſſet conduci, niſi pro quinque, et tunc talis cõtractus cenſetur
29 in fraudem, † vt ibi per eum, et non valebit, niſi pro ea ſumma quæ ratione penſionis ex illa domo percipi poteſt, et in reſiduo talis contractus vitiabitur, prout dixit *Bald. in cap. 1. in vlt. col. in fine de iure iur.* dum dixit, quod idem factũ reſcinditur quatenus modus exceditur, qa quod ſit vltra modum reducitur ad modum, et menſurã, vt ibi per eum, et ideò conſueuit hodie in his contractibus ius cenſus conſtitui ſuper omnibus rebus, et proprietatibus ipſorum venditorum; ita quod tale ius cenſus impoſitũ ſuper illis ſit infra ſummã penſionis, ſeu perceptionis fructuum percipiendorum ex bonis prædictis, ergo, &c.

Tertiò deduco ex eo, ꝙ decidit *Guid. Pap. in tract. ſuo de contract. illicit in 6. col. verſ. quod ſi vendidi*, vbi concludit, quod ſi vendidi tibi domum, vel vineam, vel penſionẽ annuam ſuper certo fundo, vel ſuper omnibus bonis meis, et complecto contractu venditionis ibidem incontinenti, (vt ſolet fieri) emptor dedit mihi gratiam redemptiuam perpetuò, vel ad tempus pro eodẽ pretio pro me, et meis hæredibus, iſte contractus erit validus, et licitus, et quod de hoc eſt *tex. & non alibi in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. nec in l. Moſaica, nec in l. Euangelica* talis contractus reperitur prohibitus, ergo

permiſſus, quia quod nõ eſt prohibitum
cenſetur permiſſum 3. *quæſt.* 4. *cap. poſt
vxorem cum cap.ſeq.* niſi in fraudem vſu-
rarum fit facta talis venditio,et ibi ponit
plures coniecturas,ex quibus talis vendi-
tio in fraudem vſurarum prẹſumi poſſet,
vt ibi per eum, ergo,&c.

Quartò deduco ex eo, ꝙ voluit *Bald.
in l.*1. *in* 7.*col.verſic.& hoc facit ad quæ-
ſtionem, C. de his, quæ pen.no.* vbi quærit
pone emo à Titio nomen ſuum hoc mo-
do, quia emo à Titio redditus pro mille
quinq; pro centenario annuatim, et ad-
ductis aliquibus motiuis pro, et contra,
concludit, quod talis contractus non eſt
adeò ſuſpectus,vt debeat fœneratitius iu-
dicari, ſi talis redditus in Regione com-
muniter frequẽtatur, et inter bonos ſer-
uatur,et apud mercatores: nam quia ve-
riſimile, ideò permiſſus *argum.l.* 3.*§.fin.
cum ſua gloſ.ff.de eo quod cert.loco*,vt ibi,
per eum pro quo facit id, quod voluit
Panbor. in cap.niſi eſſent in 1.*not.de præ-
ben.* ſed idem *Bald.poſteà in cap.*1.*in vlt.
col.verſic.ſed quia dices ſi de feud.Vaſſall.*
ſiue ab aliquo inueſ.vbi dixit,quod appo
ſito pacto,quod illæ mille cõuerterentur
in emptionem Prædiorum iſte cõtractus
iuſtior eſſet, dicit tamen cogita, ne per
iſtas cauillationes ledas cõſcientiam tuã,
quem refert, et ſequitur *Iaſ. in l.*1. *in* 1.
lect.in 14.*col.verſic.*4.*quæro,& in eadem
l.*3.2.*lect.in* 9.*col.verſ.quid nunc de pecu
nia, C.de Summ.Trin.vbi allegat concor.*

Quintò deduco ex eo,quod voluit idẽ
*Bald.in cap.*1.*in* 3.*col.verſic.ſed nunquid
de mil.Vaſſ.qui contum.eſt*, vbi voluit, ꝙ
30 ſtatutum † poteſt dari licentiam depre-
dandi,et illud, quod capitur in præda nõ
debet reſtitui domino,quia iure legitimi
belli factum eſt depredatoris, ſicut dici-
mus in quolibet alio bello iuſto, et hoc
procedit etiam in foro conſcientiæ, quia
auctoritas legis obtinet auctoritatem iu-
diciorum vt ibi per eum per *tex.in auth.
nauigia, C.de furt.* & ſic non peccat,qui
legis auctoritate peccat,et ꝑ conſequens
tutus eſt etiam in foro conſcientiæ, quia
perinde eſt, ac ſi præda conceſſa fuiſſet
virtute ſententiæ, quæ tranſiuit in rem
iudicatam, ergo ita dicendum erit in
propoſito.

Vltimò dico, quòd vltra quod dicta
31 conceſſio, ſeu Apoſtolica Bulla † lauda-
ta,et ampliata fuit per Regiam Pragma-
maticam ſanctionem Regis Alphonſi in
foro iudiciali cũ priuilegijs executionis,
de quibus infra in loco ſuo dicam, fuit
etiam comprobata per eundem Regem
Alphonſum in ſecundis Capitulis Regno
conceſſis in Anno Domini 1451. xiij. In-
dictione ſub tit.de non conueniendo cri-
minaliter debitoribus in quocunq; con-
tractu, vt contrahentes huiuſmodi con-
tractus ſubiugatorios cũ pacto de retro-
uendendo iuxta formam dicti cõtractus
cõceſſionis, ſeu Apoſtolicæ Bullæ tàm ad
inſtãtiam partis, quàm fiſci criminaliter
conueniri non poſſunt, dummodò tales
contractus non fiant in fraudem vſura-
rum, vt ibi latiùs continetur, fuit etiam
comprobata à Rege Ioanne in Capitu-
lis ab eo Regno conceſſis in Anno Do-
mini 1460.

Ex quibus omnibus ſimul iunctis infe-
ro,quod dictus cõtractus venditionis iu-
rium annualium cenſualium iuxta formã
Bullæ Apoſtolicæ, & Regiæ Pragmaticæ
ſanctionis eſt licitus,& permiſſus non ſo-
lùm in foro iudiciali, ſed etiam in foro
conſcientiæ,& ita mihi videtur ſtantibus
præmiſſis ſalua tamen determinatione
Sanctæ Matris Eccleſiæ,& ſaniori iudicio
meliùs ſentientis, cui me ſubmitto.

ADDITIO.

A *Licitus.*) Et quòd ſit licitus voluerunt *Sot.de iuſt.& iur.quæſt.*5.*art.*1.*Mexia ſuper l.To-*
32 *leti* 2.*fundam.par.*2.*nu.*34 qui dicit, quod eſt licitus, † & refert receptiorem ſententiam
iuriſconſultorum, & Theologorum, & veriorem in puncto iuris, & quòd eam ſeruat totus
mundus, & quod ſtantibus declarationibus Papalibus nõ eſt ampliùs diſputandum *Gregor.
Lopez gloſ.*3.*quæſt.*2.*in l.*28.*tit.*8.*par.*5.vbi dicit, quòd hæc eſt res nimium inculcata,& ve-
lut in rem iudicatam tranſacta. *Mathien.in l.*1.*tit.*15.*lib.*5.*Recopil. gloſ.*1.*nu.*3. & hoc ap-
probat in *l.*4.*tit.*15.*lib.*5.*Recopil. infinitos allegat Lup.Gemin. in l.*2. *de pact.inter empt.&
vend.§.*2.*nu.*60.*Sarmien.lib.*7.*ſelect.interpr.cap.*1.*Corrad.de contract.quæſt.*84.*concl.*1.*Fe-
lician.in tract.de cenſ.lib.*1.*cap.*7.*nu.*1.*vſq; ad* 4. vbi dicit, quòd temerariũ eſſet de hoc du-
bitare *Ludou.Mol.de iuſt.& iure diſp.*385.*lib.*2. *Ludou.Lop.in tract. de contr.lib.*1.*cap.*56.
* *Roder.lib.*3.*quæſt.*1.2.*&* 3.*poſt omnes Salas de empt.& vendit.tit. de Cenſib. dub.*2.3.*&*
4.*& allegat Authorem hic.*

Sed

33 Sed quid dicendum in cenſu † cõſtituto ad vitam,et reſponde, quòd ſimiliter licitus erit ob incertitudinem lucri, et damni, de quo in *l. de fideicommiſ. C. de tranſ. & ibi not.DD. Inno & alij in cap. in Ciuitate de vſur.* quorum opinio communis eſt, vt per *Iaſ. in l.1. in 1.lect.num.63.C. de Summ. Trinit.* cum alijs relatis per *Couarr.damnantem ibi opinionem Henrici Gand.* qui talem contractum illicitum cenſet *lib.3.var.reſol.cap.7.nu.3.Mattienz. gloſ.1.num.4.ſuper l.1.tit.15.lib.5.Recopil. Lud.Lop.de contract.lib.1.cap.55.de cenſ.temp.* vbi multa dicit *Dec.conſ.123.nu.1.& ſeq.Lup.de vſur.commen.2.§.2.n.61.& 62. Felician.* * *de cenſib.lib.1.cap.7.nu.19.*vbi latè *Lud. Molin.de iuſt.& iur.diſp.386.& 388.lib.2.* ª *Roder.lib.1.quæſt.5. de annu.reddi. Salas in loco citato dubit.5. vbi poſt infinitos relatos* idem ex pluribus comprobat etiam in terminis Bullæ Pij V.

Tamen quicquid ſit, quia hoc genus contractus eſt redactus hodie ad inſtar pallij, ſeu clypei pro ſubterfugiendis vſuris abſq; labe vix exerceri poſſe dicit *Lup.nu.62. in loco proximè alleg.* quamobrem ab ipſis amicos abſtinendos ſuadent *Tiraq. de retr. lib.1.nu.16.§. 1.gloſ.1.poſt Innoc.in d.cap.in Ciuitate,Couarr.lib.3.var.reſol.cap.8.nu.7.*

Et ideò in Villa Madrid extat pragmatica ædita die 13.Iulij 1583. per Catholicum Regem noſtrum Philippum Secundum circa moderationem cenſuum ad vitam, vbi expreſsè vult,
34 quod non poſſit † conſtitui niſi pro vna vita tantùm, et quòd pretium ſit numeratũ,et non in placta, & alijs rebus: de huiuſmodi pragmatica mentionem facit *D. Regens Valenzola conſ.10.nu.35.*addens quod iuſtum pretiũ d. annui cenſus eſt ad rationẽ vnius pro ſex ſtante diſpoſitione *d.reg.pragm.* quidquid ſit inter Doct. qui in hoc variant, vt refert *Felicia. de cenſib.lib.2.cap.21.circa fin.Valdeſ. in addit.ad Roder.Suarez.in l.quoniam in prioribus nu.93.amplia.3.nu.8.liter.E.C.de inoffi.teſtam.*

35 Aduertendum erit tamen, quod huiuſmodi cenſus † ad vitam non cenſebitur iuxta formam Bullæ, nec eius priuilegia habebit, cùm in eo debeant interuenire multa requiſita, & debeat eſſe perpetuus reſpectu emptoris, de quibus infra ſuo loco diſcutietur,

† Redditus conſtitutus ad vitam, vitalitium dicitur qui ad vitam emptoris, vel alterius rectè conſtituitur,& morte finitur, nec ſors reſtituitur,vt latè dixerunt poſt *Couarr.ſupra relatum, Medina in Inſtructio.Conf.ſſo.lib.1.§.26.pag.2.Surd.in tract.de aliment.tit.9.q.11. nu.2.& 19.Guttier.cap 39.pract.canonicarum nu.64. Conrad.de contract.q.79.& 80.Medina de reſtitut.cap.de cenſu ad tempus determinatum, Nauar.cap.1.14.q.3.nu.78. Garſi. de contract.2.par.cap.5. Felician.lib.1.cap.7.nu.18.* Sed quid ſi adſit leſio vltra dimidiam vide *Roder. de annu. reddit lib.1.q.5.nu.6.vbi nu.7.* remiſſiuè notat Coniecturas quibus redditus ad vitam emptus vſurarius præſumi poſſit de quo vide *Dec.conſ.123.*& Iudicis arbitrio delegandum eſſe tradit *Couarr.lib.3.variar.reſolu.cap.7.nu.3.* & quod ſit iuxtum pretium, *Roder.in loco preallegato num.10.* ait hoc eſſe controuerſum ſecundum *Docto.preallegatos,* licèt in Hiſpania fuerit lege Regia lata à Catholico Philippo Rege ſecundo Madriti anno 1583. taxatum ad rationem vnius in ſeptem *Felicia.lib.2.cap.1.nu.21.* tamen hoc erit Iudicis arbitrio moderandũ ſecundũ *Molin.in tract.de contract.diſp.388.nu.5.& 6.* in tantũ quod ſi à principio apponatur pactũ de retrouendendo cum pretio certo iniuſtus eſſet contractus ſecundũ eum, quia debet moderari ſecundum vitam conſtituentis,vt dictum eſt.

B *Decimam.)* Et an hoc ſtatutum † diſponens decem pro centenario ſit licitũ? Vide *Dec. conſ.123.* vbi latiſſimè, & multa cumulat *Abb.in cap.in Ciuitate poſt omnes de vſur.*

C *Vſurarum.)* Adde multa ad hoc, quæ tradit *Dom. meus Fabius de Anna meritiſſimus in S.R.C.Neapolitano Conſiliarius in ſuo eleganti conſil.48. per totum in materia.*

37 Fallit tamen in tutore, † & adminiſtratore quando in eorum vſus conuertunt bona minoris, quia iſto caſu tenentur ad vſuras vſurarum, quod eſt ſpeciale,vt per *Dec.in cap.cum venerabilis col.5.de except.Caual.de tut.& curat.nu.116.fol.73.*

Don Garſias Maſtrillus.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Papæ Nicolai vtrum ſit vera, & authentica.*

2 *Aſſertio Regis in Pragmatica plenam probationem facit. amplia nu 3.*

4 *Literæ, quæ reperiuntur in Regiſtris Regiæ Curiæ authenticæ dicuntur.*

5 *Verbum (decernimus) quid operetur? & quid de verbo (concedimus) ibidem num.6.*

7 *Pontifex ſolus ſine conſenſu Cardinalium poteſt condere legem.*

8 *Reſcripta Principum ad iuris communis obſeruantiam impetrata perpetua dicuntur.*

9 *Verbum declarationis appoſitum in Bulla Nicolai Quinti quid operetur.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

Bulla Nicolai V. de Cenſibus an ſit vera, & authentica.

QVÆSTIO IIII.

1 QVARTO quæritur nunquid hæ literæ † bonæ memoriæ Nicolai Papæ V. ſint veræ, & authenticæ, & quo nomine nuncupētur? in hac quæſt. quæ baſis eſt, & fundamētum huius materiæ deducā ex pluribus, quod hæ literę Apoſtolicę verę ſunt, & authenticæ. Primò quia ſic atteſtatur Rex Alphon. hac in ſua ædictali lege, ſeu pragmatica ſanctione in princ. dum dicit notum facimus, & teſtamur, quòd heſterno die Sanctiſs. Domini Noſtri Nicolai diuina prouidētia Papæ V. literas recipimus eius vera Bulla plumbea in filis ſericis rubei, croceiq; coloris more Romanæ Curiæ bullatas, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, et ſuſpictione carentes tenoris, et continentiæ ſequentis. Ex quibus verbis infero primo, quod hæc
2 aſſertio † Regis Alphonſi, ſuper qua fundatur eius intentio ad eius edictalem legem condendam, ſeu pragmaticam ſanctionem non ſolùm facit plenam probationem, cui ſtari debet niſi contrarium probetur, quò ad factum alienū Summi Pontificis ita ſcribentis, ſed quò ad factū propriū ipſius Regis dictas literas Apoſtolicas recipientis, ſeu accepiſſe dicentis facit pleniſſimam probationem, quæ perimi non poteſt, vt eſt *tex.* & ibi declarat *gloſ. in verb. feciſſe narramus in Clem. literas,* & ibi per *Doct. de proba. & tex. & ibi Doct. in cap. à nobis de teſt.* per quem *tex. dixit Andr. de Iſern. in cap. 1. in pen. col. verſic hac ratione in tit. qui ſucceſſ. tenea.*
3 quòd tantò fortius creditur Principi, † & ſtatur eius aſſertioni ſi Princeps dicat, et determinat prę habita deliberatione cum ſuo conſilio, quaſi non ipſe ſolus, ſed et ſui Cōſiliarij hoc teſtātur maximè, quando legem condit, quia tunc non teſtificatur ſibi ſoli, ſed Reipublicæ vt ibi per eū, & idem Rex Alphonſus edictalem legem condendo præcedente deliberatione ſui conſilij prę miſſa hæc aſſeruit, et teſtatur, prout in fine dictæ legis edictalis, ſeu pragmaticæ ſanctionis in mandato facto per eum Regio Secretario, in quo dicunt Dominus Rex præcedente eius conſilij deliberatione mandauit mihi, &c. iuncta ſubſcriptione Conſiliariorum ibi poſita, ergo, &c.

Secundò infero, quod nō ſolum idem Rex Alphonſus atteſtatur in dictis literis Apoſtolicis interueniſſe omnia requiſita ad earum ſubſtātiam, et validitatem per illam verba non vitiatas, nec cancellatas quatenus ipſæ fortè haberent, ſeu propria viſione aliquod vitiū viſibile, quod ex ſola Regis inſpectione dictarum literarū Apoſtolicarū perpendi poſſet iuxta eā, quæ habentur per *tex. gloſ. & Doct. maximè Iaſ. in l. fin. in 3. & 4. not. C. de edict. Diui Adr. tollen.* ſed etiam atteſtatur vidiſſe totum tenorem, & continentiam dictarum literarum Apoſtolicarū, dum illas formaliter inſeruit in eadē ſua edictali lege, ſeu pragmatica ſanctione, quam inſertionē dictarum literarū Apoſtolicarum cēſetur idem Rex Alphonſus de toto earum tenore, & continentia habuiſſe plenam, & certam ſcientiam, & cognitionem, vt eſt *text. ſing.* quem ad hoc ibi *not. Panbor. in 1. not. in cap. pen. & ibi Dominus Ant. in vlt. col. de confir. vtil. & inutil.* & faciunt ea, quæ habentur in *cap. præterea de dilat. cum concord.* & ſic eiuſdem Regis aſſertio ſuper præmiſſis tangentibus eius factum, & propriū faciunt pleniſſimam probationē, quæ perimi nō poteſt per prædicta, aliàs ſi dictæ literæ Apoſtolicæ non fuiſſent verę, nec authenticæ idem Rex Alphonſus, nec præmiſſa narraſſet, nec dictas literas Apoſtolicas laudaſſet, & acceptaſſet, nec decretaſſet, & declaraſſet eas tanti roboris, & auctoritatis exiſtere quanti eā, quæ à Suæ Maieſtatis Prouidentia legem condendo decreta, & ſtatuta fuerunt, nec etiam circa executiones vigore contractuum huiuſmodi cenſualium faciendas certū, & determinatū ordinem ſua edictali lege perpetuò valitura dare voluiſſet; prout ex ſerie dictæ pragmaticæ ſanctionis hæc omnia ſeriatim perpendi poſſint.

4 Secundò deduco ex alio, quod dictę literæ † Apoſtolicæ ſint veræ, et authenticæ, quia reperiuntur in Regiſtris Regiæ Curiæ in hoc Regno vnà cum Viceregijs executorijs, videlicet in Regiſtris Regiæ Cancellariæ, et in officio Prothonotarij, et in officio Conſeruatoris huius Regni vnà cum Regijs executorijs, quo caſu plenam

plenam fidem faciunt per ea, quæ voluit *gloſ.1.& DD.in cap.1.de probat.* quo caſu talia verba enunciatiua prolata à Principe plenè diſponunt, et probant dictas literas, ſic ab eadē Romana Curia emanaſſe, prout voluit *Iaſ. in l.ex his verbis in 1.col.C.de teſtam.milit.* maximè, quia talia verba Regis enunciatiua tēdunt ad validitatem,et ſubſtantiam actus,qui geritur ſcilicet edictalis legis, ſeu pragmaticæ ſanctionis, quæ alias ſi dictæ literæ Apoſtolicæ non eſſent veræ, nec authenticæ nihil valerēt per ea, quæ ponit *Iaſ. ibi in 2.col.verſ.7.limita.* et ita etiam dictæ literæ Apoſtolicæ à tēpore datæ ſuæ vſu cōtinuatis temporibus receptæ fuerunt in hoc Regno, tàm in actis iudicialibus, quàm extra iudicialibus abſq; aliqua contradictione,et per conſequens ita pręſumitur reperiri in regiſtris Romanę Curię,quoniā aliàs nec in regiſtris huius Regni reperti fuiſſent, necnon et reperitur inſerta vnà cum inſerto tenore dictę Regiæ Pragmaticæ ſanctionis inter capitula huius Regni quo caſu,cū ad eſſe ſtatutorum requiratur ſituatio in volumine ſtatutorum vt voluit *Bald.in cap.in cauſis de re iud.* & dicta Bulla Apoſtolica vnà cum Regia Pragmatica ſanctione reperiatur ſituata, et incorporata in volumine capitulorum non dicitur extrauagans vt dixit *Bald. in auth. ſacramenta in fin. per illum text. in verb. hanc autem, C.ne filius pro patre,* & per conſequens nō poteſt probabiliter ignorari, nec debet de neceſſitate in iudicio produci, quia cenſetur eſſe ius cōmune huius Regni,& ſententia lata cōtra eum diceretur ipſo iure nulla, vt putà lata cōtra legem inſertam in corpore iuris huius Regni per ea, quæ ponit *Iaſ.poſt Bart.& alios in l.cum prolatis in 2.col.verſ.nota bene nu.5. ff.de re iud.* vnde licèt dicta Apoſtolica Bulla, & Regia Pragmatica ſanctio nunquā fuerit allegata in cauſa,vel producta coram iudice,tamen tenetur iudex ſupplere,et iudicare ſecundùm eam,et eius ignorantia eum non excuſet, cùm non liceat iudici ignorare iura *l.2. ff.quod quiſque iur.ita Bal.in l.1.C.vt quæ deſunt aduo.* & ſi iudicaret contra eam faceret litem ſuam, ſicut ſi iudicaret contra ius cōmune Regni ita *Bald.in auth.iubemus in princ.C. de iud.* quem refert, et ſequitur *Philip. Franc.in cap.ſæpe in 2.col.verſic. ſecundò infertur de appell.* Ex quibus infertur, ꝙ dictæ literæ Apoſtolicæ pręſumi debent veræ,et authenticæ, ſicut pręſumitur verum,et authenticum capitulum,ſeu ſtatutum ſituatum inter alia capitula, ſeu ſtatuta huius Regni,niſi contrariū expreſsè demonſtretur.

Quo autem nomine dictę literę Apoſtolicę nuncupentur ex earū lectura ſatis manifeſtè colligi poteſt,quia in fine dicti reſcripti Apoſtolici dicitur *pagina noſtræ conceſſionis conſtitutionis, & declarationis,* et dicitur *pagina noſtra conceſſionis* reſpectu noui iuris indulti dictorum annualium iurium cenſualiū in hoc Regno,
5 quia nomen conceſſionis † ſignificat dationem nouæ rei,quam non habebat ille, cui fuit facta conceſſio, prout declarat *Gemin. in cap.nerui propè fin.13. diſt.in. per gloſ. ibi in verbo conceſſit,* quam dicit eſſe notabilem pro priuilegijs, in quibus dicitur cōcedimus, vt ibi per eum,et hæc noua conceſſio colligitur ibi *plenam licentiam, & liberam auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus,* vide *concord. quas ſcripſi in tract. meo de conceſſ. feud.in 2.quæſt.5. par.princ.in princ.*
6 ſic etiā et verbum *decernimus* † eſt noui iuris inductiuū, vt voluit *Card. in Clem. 1. in 1.quæſt. de reb. Eccleſ. non alien.& Card.poſt gloſ.in Clem.eos de reg.& Card. in cap. decernimus de iud.* et hoc nouum ius colligitur ibi *decernentes, &c.*

Secundò dicitur *pagina noſtræ conceſſionis,* quia nomen conſtitutionis dicitur nomen communis ſtatutionis, quia Papa ſolus poteſt ardua expedire,et legem cōdere ſine cōſilio Cardinalium, quia ſolus
7 Papa † liberam poteſtatem habet, vt eſt *tex.in Clem.1.vt lit.pend.& cap.2.de præben.lib.6.& etiam cap.ſignificaſtis ad fin. de elect.& in cap. cuncta per mundum in verbo vlla ſynodo 9.quæſt.3.* & ideò dicitur, quòd ſoli Petro datæ ſunt claues per illa verba *quodcumque, &c.* de quibus *14.quæſt.1.cap.quandocunque,* ergo conſilium Cardinalium de neceſſitate requirere non tenetur, ſed de honeſtate tantùm prout declarat *gloſ.1.in cap.ad Apoſtolicæ iuncta ſupraſcriptione text. ibi de re iud. lib.6. cum concord.* de quibus per *Felyn. in rubr. de conſtit. in 1.col.& ſeq.* vbi dicit quòd iſta opinio eſt communis, et ibi ſcripſi concorda. et ideò Summus Pontifex in vim legis, ſeu conſtitutionis condendæ ſcripſit *ad perpetuam rei memoriam,* vt patet in principio dictarum literarum, ſicut aliæ conceſſiones, et reſcripta Apoſtolica ad perpetuam rei memoriam fieri conſueuerunt, vt dixit *gloſ. 1. in d. capit. Apoſtolicæ de re iudic.lib.6.*

ut ſic

8 ſicut etiam, et quælibet reſcripta † Prin-
cipis ad iuris communis obſeruantiã im-
petrata dicuntur eſſe perpetua, vt eſt *tex.*
ibi nota. Bart. & Doct. in l. falſi, C. de di-
uer. reſcrip.
Secundò dicitur pagina noſtræ decla-
9 rationis, quia nomen declarationis † nõ
eſt noui iuris inductiuum, vt voluit *Card.*
in Clem. ſi Romanus in 2. not. de præben.
ſed eſt iuris antiqui, ſeu verbi ambigui,
quod multa ſignificat, expoſitiuũ, vt de-
clarat *Card. in Clem. conſt. §. 1. in 1. quaſt.*
de elect. & Bald. in l. hæredes palam, §. ſed
ſi not. 2, ff. de teſtam. & Card. in Clem. 1. §.
ſi in verſ. 6. quæro de reb. Eccleſ. nõ alien.
& verb. declaramus extenditur ad præ-
terita, vt voluit *Card. in Clem. ſtatutum*
in 2. quaſt. de elect. & Bald. in l. non dubiũ
in princ. C. de legib. & hoc ſatis colligitur
ibi decernentes, & declarantes eoſdem
incolas, & habitatores. Itaque Summus
Pontifex per iſta certa nomina cõceſſio-
nis, cõſtitutionis, & declarationis voluit
legem, ſeu cõſtitutionem ad perpetuam
rei memoriam condere non ſolùm noui
iuris inductiuam, ſed etiam antiqui iuris
expoſitiuã, vt patet ex præmiſſis, & ideò
conceſſio, ſeu conſtitutio, aut declaratio
Apoſtolica poteſt nuncupari; Hodie ta-
men inoleuit in hoc Regno ex communi
vſu loquendi, vt Apoſtolica Bulla nuncu-
petur, & talis communis vſus loquendi
præualet propriæ ſignificationi verborũ,
vt declarat *Bart. in l. librorum, §. quod*
tamen, Caſſius ff. de leg. 3. cum concor. de
quibus per *Alex. in rub. de nou. oper. nun-*
ciat. in 5. col. & ſeq. per Felyn. in Proœm.
ff. in 2. col. verſic. ex quibus vtiliter infe-
runtur, & pluribus ſequent.

SVMMARIVM.

1 *Requiſita contractus cenſualis quæ ſint.*
2 *Cenſus conſtitus debet in bonis, & nu. 50. 53. & 54.*
3 *Cenſus conſtitui debet ſuper rebus, & proprietatibus ſuis.*
4 *Pronomen (ſuum quid operatur & n. 8.*
5 *Genitiuus (eorum) appoſitum in Bulla denotat Dominium.*
6 *Cenſus non poteſt conſtitui ſuper bonis pignoratis.*
Nec ſuper fructibus in quibus tantũ vſusfructus competit nu. 7. & n. 77. in add. & 81. ſed contra num. 84. 89. concorda nu. 92. nec ſuper rebus vinculatis nu. 9.
10 *Exceptio reſolutionis Dominij nõ admittitur, niſi poſt factam ſolutionem, & num. 162.*
11 *Verba illa appoſita in contractu ſubiugatorio, videlicet ſuper omnibus bonis ſuis, &c. quid operentur.*
12 *Tertius poteſt opponere, quod bona non erant in dominio ſubiugantis nu. 163. & 164.*
13 *Cautela in expreſſione bonorum facienda in contractu ſubiugatorio.*
14 *Cenſus debet imponi, vel ſpecialiter ſuper vno corpore, vel generaliter ſuper omnibus bonis venditis, & nu. 165.*
15 *Cenſus ſi eſt impoſitus ſuper vno corpore tantum requiritur, quod producat tot fructus, quot ſufficiant ad ſolutionem cenſus, & quid hodie obſeruatur n. 16. & nu. 168. intellige nu. 169.*
17 *Cenſus debet imponi ſuper rebus, ex quibus fructus renaſcuntur.*
18 *Cenſus an poſſit imponi ſuper iure luendi & nu. 171.*
19 *Pretium debet interuenire in pecunia numerata in conſtitutione cenſus iuxta formam Bullæ.*
20 *Quid ſi incontinenti non interueniat, & num. 212.*
21 *Contractus venditionis cenſus valet ſi pro pecunia dantur res, quæ conſiſtunt in numero, pondere, & menſura, & n. 223.*
22 *Cenſus non poteſt excedere decimam partem recepti pretij, & n. 226. limita nu. 227. remiſſiuè.*
23 *Decima pars eſt iuſtum pretium.*
24 *Decima pars exceditur ſi in cõtractu cenſuali apponatur aliquod pactum in fauorem, & commodum emptoris, limita num. 31.*
25 *Pactum appoſitum in contractu cenſuali, vt emptor percipiat cenſum manu propria excedit decimam partem.*
26 *Vel ſi ſoluatur cenſus de tertio in tertiũ.*
27 *Vel quod ſibi transferatur poſſeſſio rerum ſubiugatarum per precarium, & conſtitutum.*
28 *Vel quod faciat ſibi obligare inquilinos ad ſoluendum cenſum.*
29 *Vel non poſſit venditor locare bona ſubiugata abſque conſenſu emptoris.*
30 *Pacta excedentia decimam partem ſunt illicita, & vſuraria.*
31 *Contractus emphiteoticus diuerſus eſt à contractu ſubiugatorio, & quare ibid.*
33 *Pecunia principalis pretij emptionis redditiuũ debet eſſe demortua, & nu. 247.*
34 *Pecunia demortua facit ceſſare contractũ vſurarium.*
35 *Sors ſi eſt repetibilis, contractus eſt vſurarius*

rius, limita quãdo petatur ad effectum emendi alios redditus, nu.250.
Limita in dote n.36.& n.351. remiſſiuè.
37 *Penſiones, & interuſuria in ſortem computari non debent.*
38 *Vſura vſurarum nunquã permittuntur.*
Cenſus annui non poſſunt conſtitui pro cenſibus decurſis ibidem.
39 *Cenſus debet conſtitui cum pacto de retrouendendo.*
Intellige ſiue fuerit appoſitum, ſiue non quia reducitur ad Bullam, & ibidem num.260.
40 *Pactum de redimendo eſt pars pretij.*
41 *Pactũ de redimendo quãdo præſcribatur.*
Quid in contractu iuxta formam Bullæ num.42.
43 *Pactum de redimendo eſt reale, non perſonale.*
44 *Contractus cenſualis iuxta formã Bullæ debet celebrari in altero Regnorum Siciliæ, citra, & vltra Farũ, & quomodò intelligatur inter incolas ibidem.*
45 *Bulla Apoſtolica, & Regia pragmatica hodie nõ ſeruatur in Regno Neapolitano.*
46 *Contractus cenſualis iuxta formam Bullæ debet celebrari in ſcriptis, & quare? ibidem.*
47 *Inſtrumenti mentio vbi ſit, intelligitur de inſtrumento publico.*
48 *Contractus quando eſt perpetuus debet celebrari in ſcriptis.*
49 *Res iudicata non valet, niſi celebretur in ſcriptis.*

ARGVMENTVM.

Quæ requirantur de ſubſtantia contractus cenſualis iuxta formam Bullæ, ac Regiæ Pragmaticæ.

QVÆSTIO V.

QVINTO principaliter quæro, quæ requi-
1 rantur † de ſubſtantia contractus venditionis annualium iurium cenſualium iuxta formam Apoſtolicæ Bullæ ad hoc vt valeat; Reſpondeo, quod ad eius eſſentiam, & validitatem plura requiruntur.

Nam primò requiritur, quòd conſti-
2 tuatur cenſus † in bonis * & ille cenſus
A in cõtinenti vendatur emptori ad rationem de decẽ, vel circa pro quolibet centenario, & talis cõtractus habita relatione ad bona, ſuper quibus talis cenſus imponitur, erit validus, et licitus, quia tunc in eo interuenit ius vendibile, et interuenit prædium, et talia iura realia licitum eſt vendere *tot.tit. de hæred.vel acti.vendi.& l.qui tabernas, ff.de contrahen.empt. ita declarat Laur.de Rodulph.in ſuo trac. de vſur. in 12.quæſt.2. part.& quæſt. ſeq.* quinimò dici poteſt, quod talis cenſus cũ imponatur ſuper fructibus, ſeu redditibus corporis ſubiugati, et inducat diminutionem fructuum ipſius corporis ſubiugati, ſeu bonorum ſubiugatorum quolibet anno ad rationẽ de decem vel circa pro quolibet centenario, tunc erit quædam ſeruitus perſonalis, quæ debetur à re perſonæ, prout declarat *Bart.in l. pomum, ff.de ſeruit*, & ſequitur *Alex.conſil. 28.incip.attentis in 1.& 2.col.in 5.vol.*

Secundò requiritur, quòd huiuſmodi
3 annualia iura cenſualia † imponãtur ſuper rebus, et proprietatibus ſuis, vt dictant verba Bullæ Apoſtolicę, et ſic ſuper rebus extantibus in dominio venditoris
4 ſubiugãtis, quia illud pronomen † (ſuum) importat dominiũ rerum, ſuper quibus ipſa iura cenſualia imponũtur *l. quintus la 2.§.argento, ff.de aur.& arg.leg.* & ſatis etiam probatur ex illis verbis Bullæ, dum alibi dicit, ſuper rebus eorum, quia
5 ille genitiuus † (eorum) importat dominium, vt declarat *Bart.& Doct. in rubr. ff. de nou.oper.nunc.* Ex quibus infero, quod
6 non poſſet fieri venditio † dictorum annualium iurium cenſualium ſuper rebus
* debitis, vel pignori acceptis, * quia illa non ſunt in dominio creditoris *l. qui ha-*
7 *bebat, ff.de leg.3.* Nec ſuper fructibus † rerum, in quibus venditor dictorũ annualium cenſualium haberet vſumfructum,
B * quia in illis habet naturalẽ poſſeſſionẽ tantum *l. naturaliter in princ. ff. de acquir.poſſ.& §.fructuarius inſtit.de vſu-*
C *fruct.* nec ſuper rebus alienis * per prędicta, licèt vẽditio rei alienę mero iure valeat *l.rem alienam, ff.de contrahen.empt.*

Item requiritur, quod imponatur ſuper rebus, et proprietatibus ſuis de præ-
8 ſenti, quia tale pronomen † (ſuis) impor-
D tat dominium de præſenti * *l.ſi ita*, & ibi declarat *Bart. ff. de aur.& arg.leg.* quod intelligo de præſenti ſcilicet durãte toto tempore vitæ cõtractus ſubiugatorij ab initio cõtractus vſque quo talia iura cenſualia redimantur; Vnde ſi quis imponeret huiuſmodi iura cenſualia ſuper rebus
9 ſuis vinculatis, † ſeu reſtitutioni ſubiectis,

licèt illę res ſint in dominio vēditoris de
præſenti tempore venditionis prædictæ,
quia tamen eo mortuo eſt locus reſtitu-
tioni,et reſoluitur dominium, quod erat
in perſona ſubiugantis, nec illud tranſit
in eius hæredem,ſed in eum,qui vocatus
eſt ex fideicommiſſo facta reſtitutione,
iuxta ea, quæ habentur in *auth. res quæ
C. cōmun. de lega.& in l.marcellus, § rei
quæ, & in l. reſtituta, ff. ad Trebell.* tunc
reſoluto dominio in perſona venditoris
ſubiugantis expirat talis contractus ven-
ditionis iurium cenſualium iuxta formā
Bullæ. Verum eſt quod ad validandū exe
cutionem ſufficit, quod tēpore ſubiuga-
tionis fuerit ab initio in bonis originali-
ter ſubiugatis,et ſi ex poſt facto reſolua-
tur dominium in perſona ſubiugantis nō
10 admittitur exceptio † reſolutionis domi
E nij, * niſi poſt factam ſolutionē ad retra-
ctandam executionem, ſicut dicimus in
alienatione feudi,quæ facta eſt cōtra for
mam priuilegij, vt illa valeat in vita ip-
ſius alienantis, et hæres eius poſt eius
mortem confecto inuentario per ſenten-
tiam,et nō ipſo iure reuocabit eius alie-
nationem, prout voluit *Andr. de Iſer. in
cap.1. an agnatus eum ſimilibus*, ex qui-
bus infero, quod dominus reuocabilis
poteſt facere cōtractum ſubiugatorium,
licèt ex poſt facto deſinat eſſe dominus
rei ſubiugatæ, quia intelligitur dominus
de præſenti, ſcilicet ab initio contractus
originaliter ſubiugantis, et ita intelligi-
tur illud verbū (ſuis) ſcilicet de præſenti
tēpore contractus originaliter ſubiugan-
tis ad verificandum requiſita cōtractus,
licèt ex poſt facto deſinat eſſe dominus
rei ſubiugatæ,vt quia ſit reſtitutioni ſub-
iecta,vel ex poſt facto alienata,et ita ſer-
uatur, ſed poſt factam executionē, et ſo-
lutionem retractabitur talis executio in
cauſa oppoſitoria,vt puta facta ſuper bo
nis alienis de præſenti reſoluto dominio
in perſona originaliter ſubiugantis.

Et ſatis verificari poteſt, quod bona
ſubiugata tempore ſubiugationis fuerūt
11 in bonis ſubiugantis ex illis verbis,† quæ
poni conſueuerunt in contractu ſubiu-
gationis, videlicet, ſuper omnibus bonis
ſuis, ſcilicet de præſenti, et in indiuiduo
ſubiugatis, quia talia verba prolata per
ipſos contrahentes inter eos plenè pro-
bant *l.optimam, C. de contrahen.& com-
mit.ſtipul.* & declarat *Bart.in l.ſciendum
in 1.col.& ibi Doct. de verb.oblig.& Iaſ.
in l. ex his verbis in pen.& vlt.col. C. de
teſtam. milit.* ita quod cauſata executio-
ne contra ſubiugātem, et eius hæredem,
aut fideiuſſorem nō poteſt opponi de nō
F dominio ſubiugantis, * quia non poſſunt
venire partes contra eorum confeſſionē,
& dicuntur fateri omnia contēnta in di-
cto contractu ſubiugatorio, cōtra quem
tam ratione iuramēti iuxta *l. ſi quis ma-
ior, C.de tranſact.* quam ratione confeſ-
ſionis,contra quam non admittitur pro-
batio in cōtrarium iuxta *gloſ.in auth.ſed
iam neceſſe, C. de donat. ante nupt.* & ea,
quę ponit *Felyn.in cap.illud de tranſact.*
12 venire non poſſunt; licèt fortè tertius †
non nominatus in cōtractu,contra quem
ratione poſſeſſionis rei ſpecialiter ſubiu-
gatæ procedi poteſt,illud opponere poſ-
ſet, quia talis tertius, vt puta non nomi-
natus in tali contractu, non dicitur con-
tenta in eo fateri *l. ſtipulatus, §.Griſogo-
nus, ff.de verb.oblig.* & voluit *Bald.in l.ſi
pro te, C. de dot. promiſſ.& Iaſ. in d.l.ex
his verbis in penul.& vlt.col.*& ideò cau-
ti contrahentes ſuper huiuſmodi contra-
ctu ſubiugatorio poſtquàm expreſſerunt
13 plura corpora † per venditorem ſubiu-
gata, conſueuerunt apponere iſta verba
videlicet, quæ corpora, et bona ſpecia-
liter ſubiugata dictus venditor in animo
ſuo vti dominus, et patronus detinet, et
poſſidet, & dictum iuris cenſus impoſitū
ſuper dictis bonis, et rebus ſpecialiter
ſubiugatis abdicans à ſe tranſtulit in ip-
ſum emptorem præſentem, et recipien-
tem, conſtituens ſe præcario nomine te-
nere, et poſſidere, &c. Ex quibus verbis
infertur, quòd cum agatur incidenter de
dominio dictorum corporum,ſeu iurium
dicti cenſus ratione poſſeſſionis, quā ha-
bet venditor,pręſumitur dominus,vt vo-
luit *Bart. in l. ſicuti, §. ſi quæratur, ff. ſi
ſeru. vend.* & ratione poſſeſſionis, quam
tunc dicit venditor ſubiugans in animo
ſuo tenere, cohabere; poteſt conſtituere
ſe præcario nomine poſſidere,quod aliàs
facere non poſſet, vt voluit *Angel. in l.
quiſquis, C. de donat. & Alex. in l.quòd
meo in 1. col. ff. de acquir. poſſ.* licèt tale
conſtitutum, et præcarium iſto caſu non
imponatur ad transferendam poſſeſſionē,
ſed ad transferēdum ius pignoris, et ſpe-
cialis hypothecæ rei ſubiugatæ,quia non
poteſt immutare naturā contractus ſub-
iugatorij, prout latius infra dicetur.

Tertiò requiritur, quòd hæc annualia
14 iura † cenſualia imponantur, vel ſpecia-
liter ſuper vno, aut aliquibus corpori-
G bus, vel generaliter * ſuper omnibus bo-
nis venditoris ſubiugantis, quod patet
ex

ex verbis Apoſtolicæ Bullæ, dicẽtis, ſuper domibus*, poſſeſſionibus, & proprietatibus ſpecialiter, vel etiam generaliter ſuper bonis omnibus, redditibus, emolumentis, iuribus, et rebus eorum. Eſt bene verũ quod ſi fiat ſuper vno corpore ſpecialiter tantùm, requiritur, quod in tali
15 corpore † producantur tot fructus,* ſeu
H redditus à ſolo ſeparati, qui ſufficiant ad totam ſummã annualium iurium cenſualium, impoſitã quolibet anno ſuper dicto corpore ſubiugato, aliàs ſequeretur contractus vſurarius, aut illicitus, quia talis vẽditio excederet decimam partem fructuum, ſeu reddituum prouenientium ex illo corpore ſubiugato, ita dicit *Laur. de Rodul. in d. ſuo tract. de vſur. in 12. quæſt. 1. par. & Guid. Pap. in d. ſuo tract. de contract. illic. in 6. col. & ſeq. verſ. quia ſi ven*
16 *didi*, & ideò cauti contrahentes hodie † concipiunt verba contractus ſubiugationis iurium cenſualium ſuper omnibus bonis ſtabilibus, burgẽſaticis, et feudalibus ſpecialiter, et expreſsè ſuper aliquo, vel aliquibus corporibus melioribus ſuis cõfinibus deſignatis, per quæ verba diffugiunt hanc difficultatem, vnde licèt hoc hodie contingere nõ poſſet reſpectu principalis ſubiugantis, poſſet tamen accidere reſpectu plurium hæredum ipſius, qui poſſidebat diuerſa corpora ſubiugata, vel etiam accidere poteſt reſpectu tertij poſſidẽtis aliquod corpus ſpecialiter ſubiugatum, quod non ſufficeret ad ſoluendum totum ius cenſus ſuper fructibus, & redditibus ex eo prouenientibus quolibet anno, prout infra dicã *in 6. q. princ. in 3. priuilegio verſic. quarto aduertendum eſt*.

Ex quibus infero, quod hæc venditio
17 † iurium cenſualiũ ad hoc vt valeat, fieri debet ſuper rebus, ex quibus fructus, ſeu redditus quolibet anno perpetuo renaſcuntur, aliàs ſi cenſualia iura prædicta imponerẽtur ſuper rebus, de quibus fructus, aut redditus non renaſcerentur minùs illa vendi poſſent, quia nõ entis nullę ſunt qualitates *l. eius, qui in prouincia, ff. ſi cert. pet.* etſi non eſt dare fructus, nõ eſt dare iura cenſualia, quæ ſuper ipſis fructibus renaſcendis imponãtur. Item, quia ſi talia iura cenſualia nõ ex fructibus, ſeu redditibus, ſed ex pretio, ſeu valore corporis ſubiugati deducerentur, ipſum corpus ſubiugatum ſucceſſiuè paulatim multiplicatis reſolutionibus plurium annorum ad nihilum reduceretur, ita quod
I conſumpta * re, ſuper qua talis venditio facta fuiſſet, non eſſet cauſatum emptori talium iurium cenſualium perpetuò durante vita contractus ſubiugatorij, cùm ſit in poteſtate venditoris, et nõ emptoris illa redimendi quandocunque, prout ex forma Bullæ prædictæ, et ſic infertur, quod ſuper bonis mobilibus, ex quibus non renaſcuntur fructus, talis venditio, ſeu ſubiugatio imponi non poteſt, et ex
18 hoc inferri † poſſet ad ius luendi * impo
K ſitum ſuper feudo, ſeu alia re allodiali, vt quia ex eo fructus non renaſcuntur, ſubiugatio imponi non poſſit, licèt omnia, et ſingula bona mobilia obligari poſſint, vt dicitur in eadem Apoſtolica Bulla.
19 Quartò requiritur, quòd interueniat †
L pecunia numerata,* quia Bulla Apoſtoli
M ca loquitur de cõtractu venditionis * iurium cenſualium, et facit mentionem de pretio, quod facit venditionem *§. pretiũ inſt. de empt. & vend.* & conſiſtere debet in pecunia numerata, vt in *§. item pretiũ inſt. eod. tit.* & iſto caſu non ſufficeret ha-
20 bere fidem de pretio, ſi illud fortè † in
N continenti * non interuenit iuxta ea, quę habentur in *§. venditæ inſti. de rer. diuiſ.* quia interim annualia iura cenſualia currerent, et ſors, ſeu capitale nõ reperiretur eſſe ſolutum, et ſic eſſet contra formam Bullæ prædictæ, et talia iura cenſualia non dum ſoluta poſſent retineri, et ſoluta repeti tanquam intereſſe capitalis non dum ſoluti, prout vóluit *gloſ. in l. curabit, C. de act. empt. gloſ. & Doct. in l. 1. C. de Summa Trinit.* & declarat *Paul. de Caſt. in l. iulianus, §. offerri, ff. de act. empt.* & ſi fortè partes paciſcerentur, quòd interim nõ ſoluto pretio iura cenſualia nõ currant, dico, quòd iſta nõ diceretur venditio iurium cenſualiũ iuxta formã Apoſtolicæ Bullæ, ſed eſſet promiſſio de vendendo, vt declarat *gloſ. in d. l. iulianus, §. ſi tibi, ff. de act. empt.* poſſet tamen huiuſmodi venditio valere dummodo maior pars pretij conſiſtat in pecunia numerata, et minor pars conſiſtat in alijs rebus, quia tunc tota dicitur venditio *l. fundi partem*, & ibi per *Bart. & Bald. ff. de contrah. empt.* poſſet etiam huiuſmodi con-
21 tractus † valere, dato, quod non interueniat pecunia numerata loco pretij, ſed
O aliqua res, * quæ conſiſtat pondere, numero, vel menſura, vt ſi darem tibi ſalmas centum frumenti, vel vini, vt dares mihi ſalmas decem frumenti, vel vini ſuper fundis, et bonis tuis quolibet anno iuxta formam Bullæ, quod ſatis colligitur ex verbis dictæ Bullæ, dum nõ ſolùm

facit mentionem de pretio, ſed de principali recepto,dum dicit ibi (decimā partem principalis recepti,ſeu pretij eorundem non excedat inter ſe contrahendi, vendendi, et emendi, &c.) Et alibi dum dicit (decimā partem principalis recepti, ſeu pretij venditionis ipſius non excedat,)et talis contractus valet etiam de iure communi, prout voluit *Laur. in d. tract. de vſur. in 13. q. primæ partis.*

Quintò requiritur,quod annualis cen-
22 ſus † huiuſmodi iurium cenſualium deci-
P mam * partem pretij principalis eorundem non excedat, ita formaliter dictant verba dictæ Bullæ Apoſtolicæ in duabus locis, ita quod ſi decimam partem pretij principalis excedat,contractus erit illicitus, et vſurarius *l. rogaſti, §. ſi tibi,* & ibi per *Doct. ff. ſi cert. pet.* & ratio eſt quia, quando interuenit iuſtum pretium non dicitur cōtractus vſurarius,vt dixit *Guid. Pap. in ſuo tract. de contract. illic. in 6. col. & col. ſeq. verſic. quod ſi vendidi, & verſ. ſeq. & in 3. col. & ſeq. verſic. ſed iuſta bo:,*
23 ſed decima † pars pretij,ſeu recepti principalis eſt iuſtum pretium,vt hic dicitur, maximè ſi concurrat conſuetudo Regionis, vt voluit *Bald. in l. fin. §. præterea in 2. col. C. de dot. promiſſ.* de quo latiùs ſcri-
* pſi ſupra in *3. q. prin. verſ. tertio voluit.**

Poterit autem ille cenſus annualis ex-
24 cedere decimam † partem pretij principalis non ſolùm ſi excedat in pecunia numerata, vt ſi pro pretio vnciarū centum vendideris mihi vncias vndecim, vel duodecim annualis cenſus ſuper bonis tuis quolibet anno, ſed etiam ſi vltra decimam partem pretij ponatur aliquod
Q pactum * in fauorē, ſeu cōmodū empto-
25 ris,vt puta, quod annualē cenſum † quolibet anno ſibi manu propria percipiat, & non manu debitoris, vel ſibi ſoluatur
26 penſio † de tertio in tertium, et non in fine cuiuſlibet anni, vel quod transfera-
* tur* poſſeſſio † corporum ſubiugatorum
27 in ipſum emptorem, et ſuos hæredes, et ſucceſſores per precarium,& conſtitutū, vel quod faciat ſibi ſpecialiter obligare
28 † inquilinos,vel procuratores,vel Secretos, vel alias perſonas ad ſoluendum annualem cenſum quolibet anno, vel non
29 poſſit venditor † locare bona ſubiugata abſque requiſitione, præſentia, vel conſenſu ipſius emptoris, hæredum, vel ſucceſſorum, quia tunc omnia iſta pacta, et alia ſimilia ſapiunt partem pretij principalis *d. l. fundi partem,* & ibi per *DD. ff. de contrah. empt.* & ideò tanquam illicita,
30 † & vſuraria, vt puta excedentia decimā partem pretij principalis cōtra formam Apoſtolicæ Bullæ,& contractus venditionis annualium iurium cenſualium prædictorū reijci debent,vt latiùs infra dicam.
31 Si verò talis venditio fiat pro minori † quantitate, quàm ſit decima pars pretij principalis,illa valet abſque læſione conſciētiæ,quia talia pacta licèt ſapiant partē pretij principalis,tamen infra illā conſiſtere poſſunt, et ſic tota vis huius contractus an ſit licitus, vel illicitus reducitur ad hoc videlicet, nunquid annalis cenſus excedat decimam partem pretij principalis,vel nō excedat, de quo latiùs dicam infra in *7. quæſt.*

Et licèt *gloſ. fin. in auth. perpetua, C. de Sacroſan. Eccleſ.* dicat,et pars totius pretij dicitur iuſtum pretium, tamen illa lo-
32 quitur in contractu emphiteotico, † qui
R diuerſus * eſt ab iſto cōtractu emptionis, & venditionis iurium prædictorum, quia in contractu emphiteotico transfertur plus iuris in emphiteotam,quàm ex venditione dictorū iurium cenſualium traſferatur in emptorem, nam corporis emphiteotici transfertur poſſeſſio in emphiteotam, vt vtile dominium *l. 1. C. de iur. emphi.* ſed in emptorem dictorū iurium cenſualium non transfertur poſſeſſio,nec dominium, ſed quædam obligatio iuris exigendi certam annuā iuris cenſus præſtationem à manu vēditoris quolibet anno, prout declarat *Bart. in l. fundi Trebatiani, ff. de vſufr. leg.* Item in contractu emphiteotico competit directo domino ius laudemij propter canonem non ſolutum,vel propter alienationē factam irrequiſito domino iuxta ea, quæ habentur *in l. 1. 2. & 3. C. de iur. emph.* ſed per Regiam pragmaticā Regis Alphonſi decretum fuit, res,et bona,vel iura ad præſtationem huiuſmodi cenſualiū ſpecialiter obligata propter penſiones eorū ſtatutis terminis nō ſolutas, vel huiuſmodi rerū, iurium,vel bonorum deteriorationē, aut eorum alienationem, vel aliàs, minimè incidere in commiſſum, prout ibi continetur. et plures etiā aliæ differentiæ colligi poſſunt, quas colligere velle potiùs laborioſum eſt, quàm vtile.
33 Sextò requiritur,quod pecunia † prin
S cipalis pretij ſit demortua,* ita quod per emptorem à manibus vēditoris aliquando repeti non poſſit, quia hic contractus originem habuit à venditionibus annualium iurium cenſualiū, quæ in demanijs, & terris Alphonſi Regis vltra montes conſti-

conſtitutis fieri conſueuerant, quæ mor-
tua nuncupabantur, ad quarum vēditio-
num inſtar hæc Apoſtolica Bulla emana-
uit, prout ex ea colligi poteſt,et ideò ſa-
pere debet naturā, et qualitates eius, ad
cuius inſtar emanauit iuxta ea , quæ po-
nit *Bart.& Doct.in l.1. ff. de leg.prim.&*
Panb.& alij in cap.fin.Ne cler.vel mon.&
ideò *Bald.in l.1.in 4.col.verſic. etſi vide-*
tur,C.de Summ.Trinit. dixit, quod præ-
ſtantiæ Venetiarum ideò valent, quia nō
cogitur debitor ſoluere ſortē, et ſic ſors
eſt demortua , et idem voluit *Bald. in l.*
edictali,§.hic illud in vlt.col.C.de ſecun.
nupt.& idem *Bal.in cap.1.in vlt.col.verſ.*
extra quæro,de iure iur.& in l.rogaſti,§.
ſi tibi pecunias in pen.col.& fin.ſi cert.pet.
& idem voluit *Petr. de Anchar. in cap.in*
Ciuitate in fin. de vſur. vbi idem etiam
dixit *Panbor.in fin.* quod moderni com-
muniter tenent , quod non committitur
vſura, licet talia iura percipiuntur, quia
non poteſt venditor , ſeu creditor repe-
tere ſortem, ſeu principale quando vult,
licèt poſſit ſe exonerare emptor , ſeu
debitor ab illo debito ſoluendo capitale,
vt ibi per eum,et quod ita ſit communis
opinio voluit *Alex.in l.item quia,§.idem*
iulianus , ff. de pact. & propterea dixit
Aret. in conſil.152.incip.viſo thema.in 1.
col.poſt Ioa.Andr.ibi per eum alleg. quod
34 † pecunia demortua facit ceſſare contra-
ctum vſurarium , vt ibi per eum, de quo
etiam ſcripſi ſupra *in 3. quæſt. verſic. ſe-*
cundò voluit.

35 Et ſi fortè talis pecunia † pretij * prin-
T cipalis ex pacto peti poſſet,talis contra-
ctus eſſet vſurarius , ex quo non poſſunt
eodem tempore concurrere petitio ſor-
36 tis,et ius cenſus annualis,quia ſpeciale †
V eſt in interuſurijs dotis * promiſſæ , quæ
cōſtante matrimonio pp eius onera per
maritum peti poſſunt illa ſimul cum ipſa
dote promiſſa, et non ſoluta per moram
promittentis ad dotem,et illam non ſol-
uentis peti poſſunt, vt eſt *tex.in cap.ſalu-*
briter,& ibi *not. Ioan. de Annan.in 3.&*
pen. col. de vſur. ergo in contrarium eſt
ius commune *l.ius ſingulare,& l.quòd ve-*
rò contra,ff.de leg. & per conſequens erit
contra formā Apoſtolicæ Bullæ, niſi for-
tè talis cōtractus reducatur ad naturam
alterius contractus, iuxta ea , quæ ponit
Bart. in l. vbi ita donatur , ff. de donat.
cauſ.mor. & voluit *Aret. in l. hæredes pa-*
lam, §. fin. ff. de teſtam. quinimò ſi fortè
fieret cōcurſus omnium bonorum ipſius
venditoris p eius creditores , inter quos
eſſet aliquis creditor, ſeu emptor annua-
lis iuris cenſus impoſiti ſuper bonis ſuis
iuxta formam Bullæ, ordine ſuo concur-
reret vnà cum alijs creditoribus tàm p
cenſibus, quàm p capitale iuxta ea, quæ
habentur per *Bart l.cum vnus, ff.de bon.*
auth.iud.poſſid. eo.n.caſu data ſibi facul-
tate petendi pecunias pretij principalis ,
ceſſat ius petendi debitum annorum ſibi
debitorū virtute venditionis iurium cen-
ſualium iuxta formam Apoſtolicæ Bullæ,
ne ſimul concurrant eodem tempore pe
titio ſortis,& annui cenſus prædicti,quia
tunc concurrerent duo ſpecialia circa
idem , quod fieri non debet, vt p *gloſ.&*
Doct.in l.1.C.de dot.promiſſ. & data facul
tate petendi ſortem talis contractus red-
ditur vſurarius, & illicitus, p ea, quæ ſu-
pra dicta ſunt , ſi verò talis creditor, ſeu
vēditor annui cenſus prædicti nollet vnà
cum alijs creditoribus concurrere ad bo
na venditoris, quia ſciebat ius ſuum du-
rare iuxta textum in *l.ſicut, §. ſi debitor,*
ff.quib.mod.pign.vel hyp.ſol. eo caſu non
data , nec accepta facultate petendi ſor-
tem non ceſſabit ius petendi cenſum an-
nuum ſibi debitum iuxta formam dictæ
Apoſtolicæ Bullæ ſuper bonis venditoris
iurium cenſualium prædictorum ſpecia-
liter oneratis contra quemuis credito-
rem dicti venditoris , penes quem dicta
bona ſpecialiter onerata perueniunt vti
tertium poſſeſſorem dictorum bonorum
ſubiugatorum , quandiu apud eum illo-
rum detēctio fuerit prout in dicta Regia
pragmatica ſanctione continetur.

Septimò requiritur , quòd penſiones,
37 † ſeu annualitates iurium cenſualiū præ-
dictorū in ſortem non cōputentur,prout
in dicta Apoſtolica Bulla cōtinetur, quia
licèt aliàs de iure ciuili aliquando per-
mittuntur vſuræ, tamen vſuræ vſurarum
38 † nunquam permittuntur, vt in *l. fin. C.*
de vſur. ita in propoſito licèt vēditiones
iurium cenſualium prædictorū fieri poſ-
ſint de pecunia pretij principalis,non ta-
men fieri poterunt de pecunia cenſus an-
X nui* prędicti,de quo aliquid ſcripſi ſupra
in 3.quæſt.princ.verſ.quarto voluit,& ra-
tio huius requiſiti eſſe poteſt , quia talis
contractus vēditionis annualium iurium
cenſualiū fieri debet in inſtrumento gra-
tiæ pro conſimili pretio illa redimendi
mediàte : Ita quod pro tali redemptione
* * præter principalem ſummā nihil vltra
percipiatur ab emptore , vel exigatur à
venditore,prout in dicta Apoſtolica Bul-
la formaliter continentur,ſed ſi annuali-
tates

tates prædictæ poſſent in ſortem compu-
tari.talis redemptio non fieret pro con-
ſimili pretio, ſed fieret vltra principalē
ſummam deductam ab initio vēditionis,
& ſic eſſet contra formā Apoſtolicæ Bul-
læ,& per conſequens talis contractus eſ-
ſet vſurarius, & illicitus, quinimò dicta
Bulla Apoſtolica dictant, quod nil vltra
percipiatur ab emptore, vel exigatur à
venditore, ex quo infero nil vltra perci-
pi, vel exigi poſſe etiā ſi illud vltra ſpon-
te percipiatur,vel ſponte exhibeatur, q̃a
loquitur Apoſtolica Bulla negatiuè præ-
cedente propoſitione vniuerſali,quo ca-
ſu tollitur conſenſus partium, vt non va-
leant contrauenire, prout dixit *gloſ. &*
DD.in rubr.C.ne fideiuſ.doci. dentur, &
ponit *Iaſ.in rubr.inſtit.de act.* & cùm lo-
quatur eadem Bulla per verbum ſubiun-
ctiui modi præcedente negatiua vniuer-
ſali, nil vltra percipiatur,vel exhibeatur,
ſeu exigatur, ſequitur, quod contractus
factus erit contra legem, vt non inducat
eſſe naturalem obligationem,vt declarat
*Bart.in l.cum lex,ff.de fideiuſſ.*nec firma-
tur iuramento, vt voluit idem *Bart.in l.*
ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſ. & ad hoc fa-
cit, quod voluit *Lauren.de Rodulph.in d.*
*tract.de vſur.in 84.quæſt.primæ par.*dum
loquitur de vſuris renouatis,& ſuper ad-
ditis in ſortem, vt ibi per eum.

Octauò, requiritur, quod huiuſmodi
39 iura cenſualia † impoſita ſup bonis ven-
ditoris vendantur inſtrumēto gratię pro
Y conſimili pretio illa redimendi* median-
te quandocunque, ita dictant verba Bul-
læ Apoſtolicæ in duobus locis,quod intel
ligo ſiue tale pactum redimendi appona-
tur in contractu venditionis prædictæ,
ſiue non, quia hoc introductum fuit ex
forma dictæ Bullæ,& ideò eſt de ſubſtan-
tia contractus, & reducitur ad formam
Bullæ Apoſtolicæ, & ſi aliter intelligere-
tur, contractus eſſet vſurarius,quia illud
40 pactum † redimendi quādocunque * eſt
Z pars pretij *l.fundi partem,ff.de cōtrahen.*
empt. & facit rem minùs valere, quàm ſi
circumſcripto tali pacto vēderetur iuxta
ea, quæ ponit *Panhor. in cap. illo vos de*
pignorib.& in cap.ad noſtram de empt.&
vend. & ideò fortè Sūmus Pontifex per-
miſit,ſeu conceſſit huiuſmodi annuū cen-
ſum aſcendere poſſe vſque ad decimam
partem pretij principalis propter talem
gratiam redimendi conceſſam venditori
quandocunque, propter quam dicta an-
nua iura cenſualia vendita dicuntur mi-
nori pretio valuiſſe,quod nō permiſiſſet,
ſeu non conceſſiſſet, ſi tale pactum non
apponeretur, vel appoſitum non intelli-
geretur in cōtractu vēditionis prædictæ.
41 Et licèt aliàs pactū † de retrouenden-
do quandocunque appoſitum in contra-
ctu venditionis non excludat legitimam
AA præſcriptionē,* vt concludit *Angel.conſ.*
*55.incip.Iulianus,*quia dictio, quādocun-
que,non excludit pręſcriptionem trigin-
ta annorū,vt voluit *gloſ.in cap.1.de feud.*
dat.in vim.leg.commi.notat.Bald.in l.quod
ſi nolit, §. ſi quis ita, ff. de ædil.edict.cum
*concor.*de quibus per *Dom.Matth.de Af-*
flict. in conſtit. ſancimus, § licèt in 7.col.
verſic.quæro de alia quæſt. tamen ex quo
tale inſtrumentum gratiæ redimendi re-
42 peritur appoſitum ab ipſa Bulla † Apo-
ſtolica, vt putà appoſitum à lege non re-
cipit aliquam perſcriptionem, nec con-
trariam conſuetudinem, nec diſſuetudi-
nem per actum negatiuum, quamuis ca-
ſus non euenerit per mille annos, & ſic
quandiu venditor voluerit vti tali gratia
redimendi, quia lex ſemper loquitur, &
ſemper eſt in uiridi obſeruantia,& ſi per
mille annos ſtaret, quod non naſcatur
aliquis hermofroditus, tamen per hoc
tollitur diſpoſitio *l. quæritur, ff. de ſtat.*
homin. per ea, quæ ponit *Felyn. in cap.*
quæ in Eccleſiarum in tit. de conſt. tantò
fortiùs, quia tale pactum de retrouen-
dendo quandocunque excludit legitimā
præſcriptionem ſecundum magis cōmu-
nem opinionem *Doct. quos refert D.Fa-*
bian.in tract.ſuo de empt.& vendit.in 3.
quæſt.7.quæſt. princ. vbi latè, maximè q̃
43 tale pactum eſt reale,† & non perſonale,
vt voluit *Paul. de Caſtr. in l. ſi cum ven-*
deret,ff.de pignor.act. licèt aliter ſenſerit
Alex. conſil.10. incip. videtur fortaſſe,in
1. volum.

Nonò requiritur,quod hic contractus
44 † venditionis annualium iurium cenſua-
lium celebretur in altero Regnorum Si-
ciliæ citra, & ultra Farum, & inter inco-
las, & habitatores dictorum Regnorum
inter ſe,quia facultas uendendi,et emen-
di huiuſmodi iura cenſualia cōceſſa fuit
tàm per Apoſtolicam Bullam, quàm per
Regiam Pragmaticam ſanctionē omni-
bus, et ſingulis Regnorum Siciliæ citra,
et ultra Farum incolis, et habitatoribus,
ac locorum Ciuitatum, et Terrarū Vni-
uerſitatibus pręſentibus,et futuris in Re-
gnis ipſius Siciliæ citra, et ultra Farum
inter ſe liberè,et licitè, prout elicitur ex
uerbis Apoſtolicæ Bullæ prędictę,ex qui-
bus infero, quod licèt ad hoc, ut contra-

ctus habeat paratam executionem iuxta formam Ritus huius Regni requiratur, ut ſit confectus in hoc Regno, uel extra Regnum,in Regia tamen dictione,prout ibi patet in interpretatione *cap. cum varia*,tamen ad hoc,ut iſte contractus uenditionis iurium cenſualium ualeat,et paratam habeat executionem, requiritur, ut ſit confectus in altero dictorum Regnorum citra, uel ultra Farum, et non ſufficit, quod ſit confectus alibi in Regia dictione.

Secũdò infero, quod hoc priuilegium Apoſtolicæ Bullæ fuit principaliter conceſſum loco, et non perſonis, quia incolis, et habitatoribus utriuſque Regni, et in Regnis ipſius Siciliæ, unde non intelligitur conceſſum Siculo cõtrahenti extra Regnum, et intelligitur conceſſum extero habitanti in Regno tempore contractus,et ita in dubio præſumitur loco fuiſſe conceſſam, ut declarat *Paul. de Caſtr. in l.ſi non ſpeciali, C.de teſtam.& Chriſt. Porcus in §.ſed quod Principi placuit inſtit. de iure nat.*

Tertiò infero, ꝙ ſi incola, uel habita-
BB tor Regni contraheret cum extero, non habitante in Regno, talis cõtractus uenditionis annualium iurium cenſualiũ prædictorum non approbatur à Bulla, quæ permittit tantùm hoc modo contrahere poſſe incolas, & habitatores Regni inter ſe, prout ibi dicitur,ergo non cum exteris à Regno prædicto, ſicut per capitulũ in matrimonijs, quod fuit Regis Iacobi *in tit.de contrah.matr.*cõtrahere poſſunt Siculi matrimonia inter ſe, non autem cùm exteris à Regno abſque licentia Regia,vbi feuda dantur in dotes. Hodie ta-
45 men hæc Apoſtolica Bulla, † & Regia Pragmatica ſeruatur in hoc Regno Siciliæ tantùm citra Farum, & nõ in illo Regno Neapolitano, & ita quotidie reperitur hoc vſu receptum,& ita ſeruamus.

Decimò requiritur, quod hic contra-
46 ctus emptionis annualiũ iurium cenſua-
CC lium celebretur inſcriptis,* & quod fuerit in publicam formam redactus: nam licèt regulariter cõtractus de ſui ſubſtantia non requirat ſcripturam, ſed ad eius faciliorem probationem, vt voluit *gloſ. & Doct. in l. contrahitur, ff. de pign. & gloſ. in cap.1. de cenſib.lib.6. quæ enumerat 28.caſus*,in quibus de ſubſtãtia actus requiritur ſcriptura, tamen ex pluribus conſiderari poteſt, quòd iſte contractus venditionis iurium cenſualium celebrari debet in ſcriptis,ſiue eius ſcriptura ſit de ſollemnitate, ſiue de ſubſtãtia ipſius contractus, aliàs non valebit, quod deduco ex pluribus.

Et primò dicitur in Apoſtolica Bulla, quod talis contractus fieri debeat inſtrumento gratiæ redimendi mediante, quo caſu, quando fit mentio de inſtrumento
47 † intelligitur de inſtrumento publico, & ſic in ſcriptis, ſeu ſcriptura interueniente, prout declarat *Bart. in l.Diuus Traianus,ff.de teſtam.milit.* & propterea cõtractus emphiteoticus leg. celebrari debet in ſcriptis propter illa verba poſita *in l.2.in verſic.emphiteoticis inſtrumẽtis, & in l.3. in verſic.emphiteoticum inſtrumentum,C.de iur.emphit.*& ita ponderat *Iaſ.in l.1.in 14.col.* dum examinat ibi an contractus emphiteoticus celebrari debeat in ſcriptis, *C.de iur.emphit.*

Secundò dicitur inſtrumento gratiæ pro conſimili pretio mediante quandocunque,quo caſu talis contractus dicitur
48 eſſe perpetuus, † & quando contractus eſt perpetuus, tunc debet in ſcriptis celebrari, quia ordinatur ad ipſam, excedens memoriam hominum, ideò in tali contractu lex voluit, quod de neceſſitate requiratur ſcriptura,quæ facilius probat in antiquis *l.cenſus,ff.de probat.* ita declarat *Iaſ.in d.l.1.in 14.col.C.de iur.emphi.*

Tertiò dicitur in dicta Apoſtolica Bulla,quod cõtrahentes poſſint inter ſe vendere,& emere iura cenſualia prædicta cũ opportuna cõtrahentium ſecuritate, tuitione, & indemnitate, ſed talis ſecuritas non poteſt ita cõmodè haberi, niſi contractus celebretur in ſcriptis, vt voluit *gloſ. in d.cap.1. de cenſib.lib.6. in 18.caſ. dum alleg.tex.in l.pen.C.de fideiuſſ.*

Quartò dicitur in Pragmatica ſanctione Regis Alphonſi *verſic. planè* ibi ſancimus huiuſmodi cenſualium contractus, ſeu inſtrumenta tanquàm res iudicatas,
49 ſed res iudicata † non valet niſi feratur in ſcriptis *l.1.C.de ſent.ex bre.reci.* ergo idem erit in hoc contractu. Item quemadmodũ Ritus interpretatione *cap. cum varia in prin.requirit*, quod in his caſibus, in quibus cõtractus habet paratam executionem creditor producat inſtrumentum cõfectum in Regno, quod ſit in publicam formam redactũ, & omni iuris ſollemnitate completum, vel extra Regnum confectum,in Regia tamen dictione in forma publica cum ſuis literis teſtimonialibus approbantibus Notarium illius loci, vbi contractus celebratus eſt, ergo eodem modo hæc Regia Pragmatica

tica ſanctio, quæ dat promptam, & paratam executionem huic cõtractui, ſeu inſtrumẽto venditionis annualium iurium cenſualium, cenſetur illam dediſſe, ſi talis contractus fuerit in publicam formã redactus, & omni iuris ſollemnitate completus iuxta formã Regni, maximè quia Ritus huius Regni ſupplet hanc Regiam Pragmaticam ſanctionẽ in multis, in quibus ipſa Regia Pragmatica ſanctio non diſponit tanquã in caſu omiſſo circa huiuſmodi executionem faciendam, prout eſt in decennio, & alijs, de quibus infra dicam.

Quintò dicitur in dicta Pragmatica ſanctione, quod talis executio procedere poteſt cõtra perſonas, & bona quorumcunq; ſingularium detentorum rerum, iurium, vel bonorum, ſuper quibus cenſualia ipſa fuerint ſpecialiter onerata, ſed non poteſt haberi vera, et perpetua ſcientia rerum, iurium, vel bonorũ, ſuper quibus ipſa fuerint ſpecialiter onerata, niſi talis cõtractus celebretur in ſcriptis, ſeu interueniente ſcriptura, vel de eius ſubſtantia, vel de ſollemnitate iuris, vel ſaltim ad eius probationem per ſcripturam publicam faciendã tàm ratione dominij, quàm poſſeſſionis, et ſpecialis hypothecæ data perpetuitate cõtractus de ſui natura, prout ſuperiùs dixi.

Sextò dicitur in dicta Regia Pragmatica ſanctione ibi, præterquam realis ſolutionis, ſi de illa legitimè conſtiterit authenticis documentis, vel alijs ſcripturis plenam fidem facientibus, tunc ſic, ſicut ſe habet oppoſitũ in oppoſito ita, & oppoſitũ in propoſito *l.fin.§.fin.ff.de leg.3.* quia contrariorum eadem eſt diſciplina, ſed ad probandum executionem ſolutionis realis requiritur ſcriptura, vt in dicta Regia Pragmatica, ergo multò fortiùs requiri debet ſcriptura ad cauſandã executionem virtute contractus prædicti, et ſic ex præmiſſis infero, quod non ſufficeret ſcriptura priuata, nec probatio per teſtes ad inducendum obligationem, et paratam executionem virtute cõtractus prædicti.

A D D I T I O.

A *In bonis)* Et ratio eſt, quia iniquum videtur emptorem nullum habere rei emptæ periculum, ſed ſemper tutum eſſe redditumq; ſaluum fore contra *tex.in l.1.C.de pericul.& commo.rei vendit.§.cum autem inſt.de emptio.& vendit.* vnde ad iuſtitiã iſtius contractus opor-
50 tet, quod redditus conſtituantur ſuper bonis † certis, ita vt peremptis illis perimatur cen-
51 ſus † *Rodoan. poſt alios quos refert in tract.de reb.Eccleſ.non alien.in rub.de conſtit.ann.red. nu.47.vſque ad 49.Alua.Velaſc.in tract.de iur.empbit.quæſt.32.nu.10.Caſſan.in conſuetud. Burgund.tit.de cenſes rubr.11.cap.6. Gregor.Lopez gloſ.3.q.2.limit.1.& in l.28.tit.8.* & ex pluribus firmat *Brun. à Sole in q.legal.q.4.à nu.1.vſque ad* 10. & ita dicit ſeruari in practica in omnibus inſtrumentis cenſualibus, et liuellarijs, nam primo obligantur, et ſubiugantur aliqua bona particulariter deſcripta, et ſuis finibus terminata, et refert practicari in iudicijs *Lup.de vſur.commen.2.cap.2.nu.63.* qui alios allegat, et adducit eandem rationem, quam ſupra retulimus, et dicit ab hac opinione non eſſe recedendum, alioquin induceretur nouum, atque illud malum vſuræ exemplum, et aperiretur via improbis hominibus exercendi vſurariam prauitatem, quamobrem ab huiuſmodi contractu abſtinendum, vt rectè oſtendit *Nauarr.de vſur.nu.90.& ſeq. Ludouic.Lopez de contract.lib.1.cap.54.nu.6.verſic. ommitto autem fol.mihi 342. Surd.conſil.318.num.12.vol.3. Ludou.Molin.de iuſti.& iure diſput.387. litera B.fol 876. & per totam lib.2.* vbi omninò vide *Adde * Federic. Martin. cap.4.num.20.cum ſeq.*

Sed contrarium determinat *Couarr.variar.reſol. lib.3.cap.7.ver. ego ſane dico*, quod an-
52 nuus cenſus, † & pecunia ſoluenda etiam redimibilis, et cum pacto redimendi cõſtitui poteſt etiam ſola obligatione perſonali abſque generali, incerta, ſpetiali, vel certa bonorum, vel rerum aſſignatione, et hypotheca, quam opinionem ſenſit *Corrad. de contract.q.74. 75.& q.83.concl.31. Io. à Medina in tract.de reſtit.q.de cenſ.concl.5.Moder.Pariſie.de contract.q.10.nu.22.Lup.de vſur.commen.2.§.2.nu.63.&c.* Et vide *Sarmient.lib.7.ſelect.interpretat.cap.1.nu.31.cum ſeq.* vbi dicit, quod hæc opinio eſt verior, & contrarijs rationibus reſpondet, *Milan.deciſ.2.nu.109.lib.2.Ludou.Lopez in loco prealleg.ver.Quæritur ergo fol. 336.* vbi multa ponit *Andr.Gail.pract.obſer.lib.2.obſeru.7. à num.11. vſque ad 14. Decian. conſil.2.nu.73.& nu.141.vſque ad 144.* vbi latè * *Roder. de annu.reddi.lib.1.q.4.nu.27.& ſub nu.33.& lib.2.q.19.nu.29.Felicia.de Cenſib.lib.1.cap.8.nu.3.cum ſeq.& nu.7.* vbi hanc

firmat

firmat opinionem etiam ex Bulla Nicolai V. et contrarijs reſpondet,et ſecũdum hanc opinionem fuiſſe deciſum per M.R.C.in fauorem Margaritæ Paternione contra Baronẽ Franciſcontis refert *Milan.in prædicta deciſ.n.*180.*& ſeq.Adde Salas in tract.de empt.& vendit dubit.*3. vbi latè poſt multos, et meminit Authoris hic,et an ſuper re mobili,*dubit.7.nu.*3 *verſic. ſecunda difficultas.* et an res obligata debeat eſſe ſuis finibus deſignata *Molin. de contract.diſput.*389.*Salas in d.dubit.7.nu.9.cum ſeq.*

In hac contrarietate opinionum *Garſia in tract.de contract.par.2.cap.4.fol.*103. nititur eos ad concordiam reducere dicens opinionem affirmatiuam tenere veram in cenſu vitalitio, aliam verò opinionem,et negatiuã habere locum,et tenere verã in cenſu redimibili.

Sed quidquid ſit,ego breuiter diſtinguendum arbitror, quod aut loquimur de iure communi,et eo caſu veriorem puto opinionem Authoris tamquam fulcitam maioribus authoritatibus, et rationibus. Aut verò loquimur in terminis conſtitutionum Summorum Pon-
53 tificum,et ſubdiſtingue, aut ſumus in terminis Bullæ Nicolai V. et ſufficit,quod cenſus † ſit conſtitutus, vel ſpetialiter ſuper vno prædio, vel generaliter ſuper omnibus bonis, et conſtitutus erit licitus, vt apparet ex verbis dictæ Bullæ ibi *(ſuper domibus , poſſeſſionibus , & proprietatibus ſpetialiter, vel etiam generaliter ſuper omnibus bonis, redditibus, emolumentis,iuribus, & rebus eorum,&c.)* & ſequitur Author noſter *in hac eadem quæſt. in 3.requiſi.* vbi alia dicam, *Milan.d.deciſ.2.num.*116.*Rodoan. de reb.Eccl.non alien.rubr.de conſt.ann. reddi.nu.*43.44.*&* 45. *Folle.ſuper Bulla verb. huiuſmodi cenſualia num.*48. & ſic nec opus eſt, quod contractus fuerit celebratus,& cenſus fuerit conſtitutus ſuper aliquo prędio ſpecialiter, nec valet ſi fuerit conſtitutus ſuper perſona tantum, ſed requiritur ſaltim generalis obligatio bonorum, & ita puto fuiſſe caſum determinatum per M.R.C.vt ex verbis traditis per *Milan .apparet.*

Aut verò loquimur in terminis Bullæ Pij V. & neceſſe eſt cenſum conſtitui ſuper aliquo
54 prædio † ſpecialiter ſuis finibus deſignato, aliàs contractus eſt illicitus, & nullus tamquam celebratus contra formam dictæ Bullæ, & in his terminis loquutus fuit *Nauar.in loco præcitato, & tradit Bocac.in tract.de cenſibus par.1.nu.*18.*&* 40. *Viui.deciſ.*369.*nu.*3. *Molin. de iuſt.& iure diſput.*387.*lib.2.Ioan.Batt.Leon.Bar.ſuper gloſ.ad d.Bullam,* & alij ferè omnes prærallegati Doct.* *Surd.conſil.*318.*vol.*3.*Dom.Scipio Rouitus in eruditiſſimis adnotat. ſuper ead. Pragm.nu.*17.

Si verò ſumus in terminis cenſus conſtituti à tempore quo fuit emanata Bulla Gregor. XIII. quæ fuit data Romæ die 7. Ianuarij xj. indict.1574. & executoriata in Regno die 20. Februarij dicti anni,& confirmata Bulla Nicolai V. & eo caſu ex quo expreſsè fuit diſpoſi-
55 tum per dictam Bullam Greg.XIII. addendo Bullæ Nicolai V. quod ſubiugatio † fiat ſuper certo prædio, licèt deinde imponatur etiam cenſus ſuper alijs prædijs generaliter,et incertis, nec ſpetialiter expreſſis,concludimus cenſum,nõ impoſitum ſuper certo prædio in ſpecie, illicitum, et vſurarium eſſe ex prædictis.

Pone quod duo ſubiugauerunt ſuper vnico prædio , quod quidem erat vnius ex contrahentibus, an contractus valeat , videtur quod non, quia vt dictum eſt cenſus debet conſti-
56 tui ſuper prædio in ſpecie , ſed ille qui non habet prædium , ſuper perſona † tantum cenſum impoſuit , ergo contra formam Bullæ , et ita conſuluit *Surd. conſil.*318.*& conſil.*421. *vol.*3. cogita melius ſuper hoc.* Adde quod contrarium fuit iudicatum non obſtante doctrina *Surdi,* vt aliàs dicam in *deciſ.*41.*vol.*2. & faciunt notata per *Roder. de annu. reddit lib.2.quæſt.5.nu.1.&* 3.

Quæro vlterius an creditor cuius pecunia, res hypotecata redditui empta fuit, eo pacto vt pro ſorte mutuata conſtitueretur redditus, an in ea re anterioribus creditoribus ſit prę-ferendus, videbatur dicendum quod non, quia licet de iure verum ſit , quod ille cuius pecunia res comparatur eo pacto quod ei ſit ſpetialiter obligata,omnibus creditoribus anteferri debeat ad *tex.in l.licet, C.qui potio in pigno habeant,* & pro notabili tradit *Cepol.cautel.*124.*& pro ſing. notauit Couarr. variar.reſol.lib.1.cap.7.nu.*2. tamen id locum habet in creditore, qui gratis mutuauit, non autem in creditore mutuante ſub vſuris *arg.tex.in l.ſi ventri, §.in bonis,ff.de priuileg.credit.& tex.in l.ſi hominem, §.fin.ff.depoſi.* vbi probatur quod creditor vſurarius non habet aliquod priuilegium, et per illum *text.ita tenuit Bart. in l.quod quis, ff.de priuileg.credit.* & ſequitur *Ripa in d.l.ſi ventri, §.in bonis nu.9.& in l. 1.nu.7.ff. in quib.cau. pign.contrah.* at creditor reddituali non gratis credidit pecuniam, ſed eam conceſſit pro redditu , ergo non poteſt gaudere priuilegio *d.l.licet,* & ad ſummum quãdo prædicta ceſſarent quoad ſortem, tamen quoad penſiones decurſas nulla poſſet cadere difficultas, vt in ſpecie limitando prædicta iura tradit *Paul.de Caſtr.per text.ibi in l.*

D *ideo*

ideo condemnatus, ff. de compenſat. vbi habetur quod priuilegia conceſſa poſterioribus creditoribus de quibus in tit. de priuig. credit. intelliguntur quoad ſortem, ſecus verò quoad pęnam ſortis non ſolutæ, ſequitur Rip. in d.l.1.ff.in quib.cauſ. pign.taci.contrah.nu.9.verſ. vltimo declaratur Neguſan.de pignor.2.memb.5.par.nu.15.verſic.tertio reſtringe,nec etiam intelliguntur quoad vſuras, vt per Ripa in d.l.ſi ventri, §.diuus nu.4. de priuileg.credit. & maximè ſi eſſemus in dote ad tex.in auth.de equali.dot.§.his conſequens col.7. ex quo videtur probari, quod dotis hypotheca eſt in hoc priuilegiata, vt præferatur etiam cueditori, cuius pecunia maritus rem comparauit eo pacto, vt eſſet pro pretio hypothecata, et per eum tex.tenuerunt gloſ.ibi in verb.agrum, Specul.in tit.de obligat.& ſolut.§.1.nu.45.Bart. Alber.Fulg.& Salic.in l.interdum, ff.qui potio.in pigno.habeant. Paul. de Caſtr.& Iaſ. in l. creditor nu.1.ff.ſi cert.peta. Afflict.deciſ.306.

Contrarium tamen opinionem amplector in caſu propoſito ſi expreſſe pactum eſt,quod res empta ex pecunia creditoris ſit illi pro ea obligata,quia tunc potior erit omnibus alijs creditoribus, vt dixit tex.expreſſus in d.l.licet, C.qui potio.in pigno.habeant. vbi regula illa qui prior eſt tempore potior eſt iure, limitatur in eo cuius pecunia prædium comparatur ſi ſtatim conuenit, quod ei pignori ſpetialiter obligatum eſſet,et per hunc tex.ita determinat Iaſ.in l.qui Romæ, §.Callimachus nu.2.ff.de verb.obligac.Rom.in l.ſi cum dotem,§.traſgrediamur nu.42.ff.ſolut.matrim.Pern.conſil.13.vol.vlt.Socc.Iun.conſil.10.lib.3. Afflict.d. deciſ.306. Rebuff.ad conſtit.Franc.tom.2.tit. de conſtit.reddit.art.1.gloſ.8.nu.25.26.& 27. Neguſant.de pigno.memb.2.5.par.nu.17.Gail.pract.obſeru.12.nu.4.Couarr.variar.reſolut. lib.1.cap.7.num.2. vbi ait concluſionem hanc concordare cum lege regia 30. tit.13.par.5. Roder.in tract.de ann.reddit.lib.2.quæſt.20.Vincen.de Franch.deciſ.369.lib.2. Nec obſtant tex.in d.l.ſi ventri, §.in bonis,& tex.in l.ſi hominem ex aduerſo allegati quatenus probant quod creditor vſurarius non habet priuilegium, quia vt bene aduertit Roder. in loco præallegato nu.10. iura illa intelligenda ſunt de priuilegio perſonali, et inter perſonales actiones, de quo loquuntur, non autem de priuilegio reali hypothecæ expreſſæ quale eſt illius, qui mutuat ad emendā rem cum pacto hypothecæ ſpetialis, vt in d.l.licet, Rurſus iura illa loquuntur in creditore mutuāte ſimpliciter,nō verò in eo qui mutuauit expreſſe ad emendum prædium,vt ſuper eodem prædio maneret redditus reddimibilis conſtitutus pro ſorte mutuata, nam tunc creditor is in prædio ſua pecunia empto pro ſorte,et penſionibus præferendus erit quibuſcumque anterioribus hypothecarijs creditoribus, et ita fuiſſe iudicatum refert Roder.vbi ſupra nu.12.

Prędicta concluſio ampliatur etiam in dote (quidquid ex aduerſo dictum fuit) nam tex. in d.§.his conſequens loquitur in tacita hypotheca, cui dos præfertur, tex.vero in d.l.licet loquitur de expreſſa, creditores autem expreſſam anteriorem hypothecam habentes doti præferuntur ad gloſ.in §. fuerat inſti.de actio.Neguſ.de pign.4.memb.2. par.nu.100.Couar. d.cap.7.num.1.verſic.tertia concluſio, et tamen mutuans pecuniam ad emendam rem, cum pacto quod in ea habeat expreſſam hypothecam præfertur creditoribus habētibus expreſſam d.l.licet. quam opinionem tenuerunt Bald. Nouel.de dot.10. par.nu.3.Cepol.d.cautel. 124.Neguſ.in d.memb.2.par.5.n.17. vbi ait hanc opinionem de iure veriorem eſſe Gregor. Lopez l.30.gloſ.in verb.el poſtrimiero tit.13.par.5. vbi ait videri iuſtum,vt qui credidit pecuniam ad emendam rem cum pacto ſpetialis hypothecæ omnibus creditoribus anterioribus etiam mulieri, et fiſco præferatur, idem Gregor.l.33.eod.tit.& par.gloſ.in verbo entonces, Rebuff.in loco præallegato, reddens rationem, quia creditor hic ſua pecunia rem acquiſiuit, et eius pecunia non fuiſſet quæſita, et ſecundum eam fuiſſe iudicatum teſtatur idem Roder. in loco præallegato.

Sed quid ſi mutuauerit pecuniam pro reficienda domo, et pro ea fuerit conſtitutus annuus redditus, videbatur idem concludendū eſſe per tex.in l.interdum, ff.qui potio.in pign. hab.vbi gloſ.Bart.& Salic. ſed contrarium determinandum eſt ex nota.in d.l.ſi ventri, §.in bonis,& l.ſi hominem, quia creditor nō gratis dat, ſed mutuat ſub vſuris, et ſpe lucri annui redditus, et ideò non habet prælationis priuilegiū Bart.in l.quodquod, ff.de priuileg.credit. et ſequitur ibi Ripa nu,9.& in l.1.nu.7.ff.in quib.cauſ.pign.Roderic.in loco præalleg.nu.13. vbi limitat hoc intelligendum eſſe quo ad penſiones decurſas redditus, in quibus creditor, cuius pecunia fuit res refecta merito non habet priuilegium, quia vſura poſt priuilegia eſt iuribus prædictis, ſecus tamen quo ad ſortem, nam pro ea in creditorum concurſu præferendus erit prioribus creditoribus in re ipſius pecunia refecta, vt in creditore feneratitio poſt Dec.dixit Alciat.in d.l.creditor nu.8. ff.ſi cert.peta.Paul.de Caſtr.in d.l.ideo condemnatus, Rebuff.d.gloſ.8.nu.20.& vide Gail. pract.obſer.lib.2.obſer.12.& obſer.25.nu.7.Miſing.

cent.

cent.1. obſer.60. Decian. conſil.50. lib.3. Marza. conſil.60.

Aduertendum eſt tamen quod ſi pecunia fuerit à principio gratis data pro conſtructio-
ne, & refectione domus, licet ex poſt facto, quia creditor nõ haberet promptas pecunias
ad effectum reſtituendi, pro ea fuerit conſtitutus cenſus, non credo dubitandum eſſe, quin
creditor talis habeat prælationis priuilegium etiam quoad fructus; tunc enim videtur pro-
cedere *tex.in l.interdum*, dum loquitur in liberali creditore,qui gratis mutuauit pecuniam
pro refectione,& quæſtio propoſita procederet in creditore redituali, qui propter lucrum
redditus pecuniam conceſſit, niſi aliunde conſtaret quod inter creditorem, & debitorem à
principio mutui fuiſſet pactitatum de conſtitutione cenſus poſt refectionem domus.

57 Sed quid ſi prædium ſuper quo cenſus eſt conſtitutus perijt, † ſeu deſtruatur, an cenſus
debeatur; *Foller.ſuper Bulla verb.huiuſmodi,verſic.eſt etiam aduertendum*,diſtinguit,vt ibi
per eum; Tu dicas quod perempta re, non perit cenſus, quia cum certum ſit, quod poſſit
conſtitui tàm ſuper perſona, quàm ſuper bonis ex Bulla Nicolai V. & Gregor. XIII. dum-
modo ambo concurrant, clarum eſt quod perempta re, cenſus remanebit ſuper perſona
58 tantùm, & eo caſu valebit, quia ſufficit, quod à principio † fuerit rectè conſtitutus ſuper
prædio, licèt ex poſt facto re perempta cenſus remaneat ſuper perſona tantùm *Milan.
deciſ.3.nu.66.lib.2.* & hanc opinionem tenet *Felicia. de Cenſib.cap.8.lib.1.nu.18.vſque ad
fin.Couar.variar.reſolut.lib.3.cap.7.nu.5.verſic. primum etenim Surd.in tract. de alim.tit.
7.quæſt.33.nu.15.* Rod. de annu.redit.lib.2.quæſt.7.nu.13.& quæſt.10. Gail.lib.2. obſer.7.
nu.13.Fider.Mart.cap.8.de cenſib.nu.179.cum multis ſeq. & cap.4.nu.42.& cap....nu.285.
Petr.Biſſeld.in cap.in ciuitate q.12.conclu.4.& 12.extra de vſur.idem Roder.lib 2.quæſt.9.
nu.75.Milan.deciſ.2.nu.113.par.2.* ſed quid ſi poſtea reedificetur vide infra *nu.134. Leſſi.
de iuſtit.& iur.cap.22.nu.88.& ſequitur Salas de Cenſib. dubit.11. nu.3.& dubit.33. nu.6.
verſic. quartò infertur*, vbi ponit plures caſus quando re perempta, pereat cenſus, relatos
à *Solon.de iuſt.& iur.tit.de Cenſib.art 3.controuer.18.*

59 Prædictam concluſionem limito † non procedere in terminis Bullæ Pij V.vbi diſpoſitum
eſt re in totum, vel pro parte perempta,cenſum ad ratam perire, & ibi *Nauarr. & alij re-
lati per Boecac.de Cenſib. par.1.nu.19.& par.2.nu.25.Ioan.Battiſt.Leon. Bart.ad d.Bullam
gloſ.22.Rdoan. de reb. Eccl.non alien.rub.de conſtit.ann.reddi.nu 47. Corbol.de iur.emphyt.
rub.de cauſ.priuat.ob alienat amplia.49.nu.21. Molina de iuſt.& iure lib.2.diſput.383.lite-
ra D.fol.843.verſic.hinc conſtat,& diſput.391.verſic.octaua clauſula,per totam.*

Sed ex prædictis oritur difficultas, Titius in contractu ſubiugatorio ſe obligauit ad cen-
ſum iuxta formam Bullæ,& Regiæ Pragmaticæ,& non fuit facta aliqua impoſitio ſuper ali-
60 quo prædio, nec in ſpecie, nec in genere, an ex hac relatione ad Bullam † cenſeatur reddi-
tus conſtitutus ſuper bonis abſque aliqua expreſſione, adeò vt talis contractus licitus iudi-
61 cari poſſit,& videbatur dicendum quod ſic, nam clauſula † illa iuxta formam Bullæ impor-
tat relationem cum omnibus qualitatibus, ac ſi omnia eſſent expreſſa, vt in terminis dixit
62 *Decian.reſp.33.ante num.28.verſic.ſi verò,& nu.29.in 1.vol.* dictio † enim illa (ſecundùm)
relationem facit, & refert formam Bullæ *l.penul.C.de inſti.& ſubſti.l.ſi pius,ff.de inoffic.te-
ſtam.l.quidam Hiberus, & l.fiſtulam, ff. de ſerui. vrban. prædio.l.cum quis in teſtamento, ff.
de leg.3.cap.Abbate ſane de verbor.ſignific.* & eſt perindè, ac ſi forma ipſius Bullæ, ad quam
ſe refert, eſſet in ipſo contractu expreſſa *l.ait prætor.§. ſi iudex, ff.de re iudic.* quia relatum
63 † dicitur eſſe in referente *l.ſi ita l.in teſtamento, ff. de condit.& demonſtr.* & cenſetur facta
relatio cum omnibus qualitatibus in Bulla ad quam fit relatio, vt per *Bart.in l.1. ff. de re-
cepta.& l.1.§.vlt.ff.ſi Famil. fur.ſe.dic.& in l.ſi quis ſeruum,§.fin.ff.de leg.2.* & contractus
64 † intelligitur celebratus ſecundum mentem, et voluntatem contrahentium, quæ ſatis col-
ligitur voluiſſe celebrare contractum iuxta formam Bullæ, ac Regiæ Pragmaticæ, dum ad
65 eas ſe retulerunt, et hæc tantò fortiùs procedunt † quando coadiunat cõſuetudo regionis,
66 et de conſuetudine contractus † habet certam formam,vt dicunt *Doct.in l.ſemper in ſtipu-
lationibus, ff.de reg.iur.* & in terminis Bullæ Pij V. dixit *Milan. deciſ.2.nu.85.& 178.lib.2.*
vbi refert hanc opinionem tenere *Surd.conſil.168.nu.7.& ſeq.vol.2. Turrett.conſ.91.nu.4.
Decian.reſp.72.nu.33.& 34.in 2.vol.*

67 His non obſtantibus cõtraria † opinio verior eſt,nam vt ſupra firmaui ſi loquitur in ter-
minis iuris communis cenſus debet imponi ſuper bonis de forma iuxta doctrinam Autho-
ris, et aliorum, ſi verò reſpicimus conſtitutiones Summorum Pontificum, et cũ ex his fue-
rit idem concluſum differendo tantùm in eo, quod in contractibus celebratis à tempore
Nicolai V. vſque ad Bullam Gregor.XIII. ſufficiat ſiue generaliter,ſiue ſpetialiter bona re-
68 periantur obligata, at ex diſpoſitione Bullæ Gregor. XIII. omninò cenſus † conſtitui debet

ſuper certo prædio, cuius verba hæc ſunt, videlicet. *Concedimus, & declaramus,& ſtatuimus illud addentes, vt in cenſuum emptione, & venditione prius vnius prædij, vel plurium rerum certarum ſuper qua, vel quibus cenſus ipſe conſtituatur expreſsè, & deinde ſi voluerit*
69 *omnium bonorum in genere mentio fiat,&c.* Cum igitur hoc de forma † requiratur, certũ eſt quod in ſpecie,et non per æquipollens adimplenda eſt *l.qui Romæ,§.Flauius,ff.de verb.*
70 *obligat.* et ibi communiter *Doct.* et ſi deficiat † in medio actus corruit. *Rolan.conſ.30.nu. 5.lib.3.Rim Iun. Menocch.& alij quos in terminis allegat Turrett. d.conſil.91. Nauarr. in commen.ad Bullam Pij V.quæſt.54.nu.113.*
71 Secundò facit, quia hæc proteſtatio † partium, quod contractus intelligatur factus ad formam Bullæ nihil operatur, quia eſt contraria facto *l.cum in plures, §. locator horrei, ff.*
72 *locat.Surd conſil.143.nu.11.* actus † enim contrarius tollit proteſtationem,vt probatur ex
73 prædictis authoritatibus,vnde cũ forma contractus repugnet Bullæ, ea declaratio, † quod intelligatur factus ſecundùm Bullam, nihil aliud efficit, quàm, quod vult fingere rem aſſumere pro vera, quæ tamen veritati contrariatur, vt definit *Cyn.in l.ſiue poſſidetis,C.de pro-*
74 *bat.in 2.quæſt. Doct. in l. ſi is qui pro emptore, ff. de vſucap.* homo † autem non poteſt ſine legis authoritate fingere, *Bart. in d.l. ſi is qui pro emptore nu.24.* ideò efficere non potuerunt, quod Bullæ conueniat cõtractus, qui diſcordat à Bulla, dum enim partes cenſum non impoſuerunt ſuper aliquo prædio,fecerunt contra formã Bullæ,et ideò cum dixerunt velle, quod intelligatur iuxta formam Bullæ, non potuerunt hoc facere, et ſic ſuccedit vulgatum illud,quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui *l.multum, C.ſi quis alt.vel ſib.* et ita
75 in terminis conſuluit *Surd. conſil.318. num.22. cum ſeq.* vbi ampliat † etiam ſi adeſſet illa clauſula, et non aliter, nec alio modo.

Tertiò ſuadetur hoc ex alio, quia poteſt eſſe quod venditor non haberet prædium,ſuper quo potuiſſet imponere cenſum,et ſi diceremus,quod per illam relationẽ ad Bullam cenſus dicatur conſtitutus ſuper prædio, hoc eſſet falſum, cum venditor prædium non habeat, et
76 hanc opinionem tenet † *Milan.in d decif.2.nu.183.lib.2.* ſi benè aduertatur dum dicit,ſed prædicta conſideratio non procedit ſi tenenda eſt opinio, quòd ſubiugatio debeat imponi ſuper rebus ſpecialiter,vel generaliter; *Adde Anton de Bal.ſuper Prag.Alph.de cenſib.q.13.*
B *Vſumfructum.*) Et quod ſubiugatio nõ ſubſiſtat ſuper vſufructu † ſecundum opinionem
77 Authoris facit *text. in l.1.ff. de vſufru.lega.* vbi dicit vſumfructum non eſſe de bonis, nec extra bona, faciunt notata per *Pinel. de bon.mater.par.3.nu 6.& ſeq.* facit etiam *tex.in l.*
78 *ſeruos autem ſuos, ff. de leg.3. iuncta glo.2.* vbi ſerui † in quibus, quis habet vſumfructum non ſunt ſui, ex quo *tex.ita firmauit Ferdin.Bongior.in cauſa Prothomedici Terræ Alcami;* facit etiam *tex.in l.ſi quis ſeruos, ff.de leg.3.* vbi dicitur, quòd ſi vſusfructus eſt alienus, ap-
79 pellantur ſerui ſui, ergo † proprietarius tantum poteſt dicere rem ſuam, non vſufructuarius, et quia Bulla dicit ſuper proprietatibus ſuis, quod intelligitur de proprietario, non de vſufructuario *l.rectè dicimus, ff.de verbo.oblig.* vbi rectè dicimus eum fundum tantùm noſtrum eſſe, etiam cuius vſusfructus alienus eſt, quia vſusfructus non dominij pars, ſed ſeruitutis ſit, et via et iter.

Secundò facit *tex.in l.ſi vſusfructus vbi gloſ.ff.de iur.dot.& in l.ſi vſusfructus, C.de vſu-*
80 *fruct.§.finitur vbi gloſ.inſt.eo.tit.* vbi habetur quod vſusfructus † alienari non poteſt, et ita voluit *Neguſ.de.pignor.3.membr.2.par.nu.9.Couar.variar reſol.lib 1.cap.8.nu.7. Pinel.vbi*
81 *ſupra num.38.* igitur nec in vſufructu poterit conſtitui ius † pignoris, nec hypothecæ, aut redditus annui, quæ enim vendi ac alienari non poſſunt, nec pignori,vel hypothecæ ſubijci valent *l.1.§.eam rem, ff.quæ res pigno.l.vlt.C. de reb.alien.non alien.*

Tertiò prædicta concluſio probatur: nam quãdo fit mentio de dominio in ſtatutis,intel-
82 ligitur de illo, qui eſt verus dominus,et qui habet verum dominium, cum verba † in ſtatutis debeant capi propriè, et in proprio ſignificatu, et non fictè, ſeu impropriè *l.ſi quis aliquid dari, C.de his qui ven.eta.impet.Caſſan.in Conſuet.Burg.rub.10.§.1.tit.quant.homin. ſer.in tex.ibi,ſeu vectig. in princ.* et ideò ſi de proprio domino intelligitur, vtiq; non venit
83 vſufructuarius; † ſecus ſi impropriè, vt dixit *Bart. & Angel. in l.in venditione, ff. de bon. auth.iud.poſſ.Alex.conſil.129.nu.4.in 2.vol.* et ſecundum hanc opinionem fuiſſe iudicatum refert *Iacob.Chirco,* et aliàs etiam idem inuenio fuiſſe iudicatum in Sancto Officio in anno 3. Indict. 1589. in cauſa V. I. D. Ioſeph Triolo referente D. Vincentio Riſignano eximio Iureconſulto.
84 Sed contrarium † iudicauit *D.Franciſcus Milan.in ſua decif.9.n.36.lib.2.* pro Philippo Ferreri contra Don Mauritium de Bononia in eodem Tribunali Sancti Officij, qui dicit idem fuiſſe deciſum in eadem cauſa in primo iudicio,et mouetur ipſe, quia in Bulla adſunt

illa

illa verba ſuper domibus, poſſeſſionibus,& proprietatibus ſpecialiter,vel etiam generaliter
ſuper omnibus bonis redditibus, emolumentis, iuribus, & rebus eorum,& ibi,ſuper rebus,
& proprietatibus ſuis, facultatibus, emolumentis earundem, per quæ verba non eſt reſtri-
cta ſubiugatio ad bona ſtabilia,& proprietates tantum, ſed etiam ad redditus, emolumen-
ta, iura, & res in principio, & in medio ad res, & proprietates ſuas, ac facultates, & emo-
85 lumenta,& tamen ſi ponderemus verbum (res)ipſius † appellatione veniunt iura,et actio-
nes *gloſ.1.ff.de ſtat.homin.Alex.conſil.99.nu.7.8.in* 4. vbi etiam allegat *l.rei, ff. de verb. ſi-
gnific.Ioan.Petr.Molign.in tract.de appell.verb.vtriuſq; iuris nu.*980.
86 Item dicit ipſe vſuſfructus † eſt dominij pleni pars ſecundum *Bart. in l.4.ff.de vſuſruct.*
87 Item vſuſfructus † inter immobilia bona computatur *ex not.in l.corruptionem, C de vſu-*
88 *fruct.* Item vſuſfructus † dicitur fundi integralis pars, non quotatiua, *Bart.Alex.& Doct.
in l. qui vſufructum, ff. de verb. obligat. in l.rectè dicimus eod.tit.* igitur concludit ipſe ſiue
vſuſfructus dicatur res, ſeu ius, vel emolumentum ſuper quibus poteſt ſubiugatio imponi
prout à Bulla permittitur ex verbis prçcitatis ſemper ſubiugatio ſubſiſtet ſuper vſufructu,
& reſpondet contrarijs ſupra firmatis, licet iudicio meo eius reſponſiones non videntur
benè fundatæ,et ſatis credit eſſe ſatisfactum authoritati *Bongior.& Authoris noſtri hic di-
cendo contrarium tenuiſſe quoſdam Siculos*, quos ipſe refert in quibuſdam allegationibus
contra Marchionem Terranouæ.
89 Tamen prædicta opinio † vltra adducta per *Milan. corroborari poteſt ex tex.in l.arbori-
bus, §.vsusfructuarius l. non vtitur l.cui vsusfructus, ff. de vsufruct. l. in venditione, ff. de
bon.autho.iud.poſſid.l.neceſſario, §.vlt.ff.de pericu.& comm.rei vend. l.vsusfructus, §.ſi ve-
ro, ff.ſolu.matrim.* in quibus probatur vſumfructum vendi, et alienari poſſe, et in *l.fructus
de reg.iur.& in l.vlt.ff.de vſur.l.ſi is qui, §.vsusfructus, ff.de pignor.* vbi habetur vſumfru-
90 ctum † pignori dari poſſe, et ex prædictis iuribus ita affirmarunt in *l.qui Romæ, §.duo fra-
tres nu.*18.*ff.de verbo.obligat.Othom.& Miſingher.in §. finitur inſt.de vsufruct.Pariſien.in
labirintho ſexdecim legum cap.vlt.Pinel.d par.3.nu.38.Emanuel Suare.lib.1 obſeruat.cap.6.
Hugo Donnell.di pignor.tit. an in omnibus rebus, quæ in bonis ſunt pignoris obligatio conſi-
ſtat, Iacob.Cuiat.lib.15.obſeruat.cap.6.Felician.de cenſib.lib.2.cap.4.nu.*1.
91 In hac controuerſia aliqui diſtinguebant † vt ius ipſum vſufructus nequeat cedi, aliena-
ri, diſtrahi, pignorari,vel hypothecæ ſubijci, cōmoditas verò percipiendi poſſit,quæ extin-
guitur morte alienantis, non illius cui eſt commoditas ceſſa,ſicque ſcripſerunt multi relati
per *Pinel.& Couarr.in locis prææallegatis, Anton. Queſada cap.vlt.nu.*19. *Gomez.2.tom.cap.*
15.*nu.*15.*Anton.de Lara in l.ſi quis à liberis, §.partus nu.*60.*ff.de lib.agnoſ. Ioan.Garſias de
expenſ.& melior.cap.*10.*num.*30.31.*&* 33.*Gregor.Lopez per illum tex.in l.*24.*tit.*31.*par.*3.
*gloſ.El derecho,& ſequitur Franc.Baldui.de pign.cap.*12.
92 Ego verò † ita concordandas eſſe iſtas opiniones exiſtimo,vt illa *Milan.*& ſic affirmati-
ua procedat viuente vſufructuario; contraria verò opinio Authoris noſtri procedat mor-
tuo vſufructuario; quo caſu conſolidato vſufructu cum proprietate euaneſcit omnis hypo-
theca *l.lex vectigali, ff.de pignor.* & ita concludit *Felician.de cenſib.lib.2.cap.4.nu.*5. Sed in
prima inſtantia ſtante priuilegio Regiæ Pragmaticæ ante factam ſolutionem hæc exceptio
non eſt admittenda, cum ſit exceptio reſolutionis dominij, quæ non admittitur, vt dicam
* infrà litera F.*,& ſecundum hanc opinionem ego iudicaui, *vt dixi in deciſ.92.vol.*1.
93 Sed an vſurarius † poſſit annuū cenſum conſtituere ſuper vſu, & dic quod non, quia nec
pignori, nec hypothecæ dari poteſt, *vt firmat Hugo. Donnell.in tract. de pignor.tit. an in
omnibus rebus, quæ in bonis ſunt pignoris obligatio conſiſtat, Cuiat. lib.*15. *obſeruat.cap.*6.
*facit tex.in §.*1.*inſti. de vſu, & habitatione* ibi (nec vlli alij ius, quod habet, aut vendere,
aut locare, aut gratis concedere poteſt.)
94 Item quid in habitatione,† an is cui eſſet habitatio relicta poſſit conſtituere cenſum ſu-
per ipſa habitatione, et videtur quod ſic, quia poteſt vendere, donare, locare, aut alteri
concedere *l.cum antiquitas, C.de vsufruct.& ibi gloſ.in verb.donare, Franciſ.Conna.lib.*4.
*comment.*1.*cap.*5.*num.*5.*Ottoman.in §.ſed cui habitatio inſt. de vſu.& habita*, et in Hiſpania
adeſt *lex Regia vlt.tit.*31 *par.*3. tu cogita ſuper hoc.
95 Item an cenſus † poſſit conſtitui ſuper ſeruitutibus vrbanis,vel ruſticis, diſtingue, quod
aut loquimur de ſeruitutibus vrbanis,et in his cenſus conſtitui non poteſt, quia nec pigno-
ri, nec hypothecæ dari poſſunt *l.ſi is qui §.vlt. ff. de pignor.* ibi (iura prædiorum vrbanorū
dari non poſſunt) igitur nec conuenire poſſunt, vt hypothecatæ ſint. Aut verò loquimur
in ſeruitutibus ruſticis, et ſuper illis cenſus conſtitui poteſt *per tex. in l.ſed an viæ, ff.eod.de
pignor.* cuius verba ſun hæc. (Sed an viæ,itineris, aquæductus, pignoris conuentio locum
habet,

habet, videndum eſſe Pomponius ait, vt talis pactio fiat, vt quandiu pecunia ſoluta non ſit his ſeruitutibus creditor vtatur, ſcilicet ſi vicinum fundum habeat, etſi intra diem certum pecunia ſoluta non ſit vendere eas vicino liceat, quæ ſententia propter vtilitatem contrahentium admittenda eſt,) & ibi *gloſ. in verb. vtatur* dat rationem, quia ſeruitutes vrbanæ non poſſunt pignorari, vel hypothecari, ruſticæ verò ſeruitutes ſic, *ſequitur Odofred. Bart. Angel. Salic. & Fulgoſ. in d. l. ſi is qui, §. vlt. idem Bart. in l. 1. ff. de vſufruct. lega. Cepol. de ſeruit. vrban. cap.* 12. *nu.* 4. & hanc opinionem receptam eſſe *dicit Iaſ. in § item ſeruiana num.* 117. *& ibi Gomez. nu.* 51. *inſt. de actio. Neguſan. de pignor.* 3. *memb.* 2. *par. num.* 17. et hanc opinionem tenet *Felician. de Cenſib. lib.* 2. *cap.* 4. *ante num.* 9. & dat ibi rationem differentiæ, quam poſuit *Iacob. Cuiat. lib.* 15. *obſeruat. cap.* 6. quidquid in contrariũ dixerit *Rip. in l. obligatione generali nu.* 6. *de pign. Pariſ. in tract. de indiuid. cap.* 12. *col.* 7. *Gabr. Mudeus de pign. cap. quæ res pign. obliga. poſſ. num.* 12. *Ludouic. Charondas lib.* 1. *veriſimilium cap.* 5. *Franciſc. Duaren. lib.* 2. *vniuerſal. quæſtio cap.* 13. *Hugo. Donnell. de pignor. tit. an in omnibus, quæ in bonis ſunt, pignor. obligat. conſil. Balduin. de pignor. cap.* 12. *qui arbitrarunt*, nec vrbanas, nec ruſticas ſeruitutes pignori, aut hypothecæ dari poſſe ea ratione, quia generale eſt in omnibus ſeruitutibus, vt nec ex tempore, nec ad tempus conſtituantur *l.* 4. *ff. de ſeruit.* ſed perpetuam cauſam ſemper habere debeant *l. foramen. ff. de ſeruit. vrban.* Sed pignoratio omnis ad tempus fit donec pecunia ſoluatur, igitur nulla ſeruitus dari poteſt pignori, vel hypothecæ, nam reſpondetur, quoniam hæc lex ſemper pignori ineſt, vt diſtrahi poſſit in perpetuum, ſaltim debitore trina monitione conuento, *vt dicit Felician. in loco proximè allegato, Auenda. de cenſib. cap.* 72. *&* 73. Et quid ſuper bonis profectitijs *idem cap.* 80.

96 Item an ſuperficiarius † ſuper ſuperficie poſſit annuum cenſum conſtituere, ſuperficies enim dicitur quidquid eſt ſupra faciem terræ, vnde parietes, et tecta in vrbanis, in ruſticis arbores, vites, hærbæ ſuperficies dicuntur *ad text. in l. certo generi, ff. de ſeruit. ruſtic. l. cum qui, ff. de vſucap.* ita declarat *Vacon. à Vacona lib.* 2. *declarat iuris declarat.* 43. *nu.* 26. *Menocch. de retinend. poſſeſſ. remed.* 5. *in princ. & in lib.* 2. *de arbitrar. caſu* 31. Superficiarius

97 † autem in ſuperficie habet vtile dominium *l.* 3. *§.* 1. *ff. de oper. nou. nuntia. l. ſuperficiariæ, ff. de rei vendic. gloſ. magna. in l.* 3. *de ſeruit.* et ibi *Corraſ. nu.* 3. *Bart. Angel. & omnes in l.* 1. *ff. ſi ager vectig. communem dicit Pariſ. conſil.* 60. *nu.* 21. *vol.* 1. *Menocch. d. remed. nu.* 5. *Aluar.*

98 *Valaſc. de iur. emphyt. quæſt.* 33. *nu.* 2. Quare ſuperficiarius † in ſuperficie poteſt ſeruitutem imponere *l.* 3. *ff. de ſeruit. Bart. in l.* 1. *§. vlt. ff. de ſuperficie. Bald. in l.* 3. *C. de ſeruit. & aqu. Pinel. in l.* 1. *C. de bon. mater.* 2. *par. nu.* 71. *Valaſc. d. q.* 33. *nu.* 2. *Menocch. vbi proximè nu.* 31.

99 Poteſt quoque pignori, † vel hypothecæ dare ſuperficiem *l. grege, §. in ſuperficiarijs, ff. de pignor. l. etiam ſuperficies, ff. qui pot. in pignor. habeant. l. tutor, §. vlt. de pignor. actio. Balduin.*

100 *in tract. de pignor. cap.* 1 et ideò annuum cenſum † conſtitui poſſe ſtatuit, *Felician. de cenſib. lib.* 2. *cap.* 4. *nu.* 13. *in medio*, vbi alia dicit. *Auendan. de cenſib. cap.* 69. *vbi etiam ponit de vſufructuario cap.* 70. *&* 71.

101 Prædicta omnia intelligo † procedere abſq; difficultate in terminis Bullæ Nicolai V. per quam conceſſum eſt, quod cenſus conſtitui poſſit ſuper iuribus, prout ſunt ius vſuſfructus, vſucapionis, ſeruitutis, et ſimilium. *Adde Salas in tract. de cenſib. dubit.* 7. *nu.* 1. *verſic. ex his patet, Molin. de iuſtit. & iur. diſput.* 389.

102 Limito tamen ſi cenſus † fuiſſet conſtitutus ſolum ſuper aliquo ex iſtis, quia cum appellatione immobilium non veniant, nec fructus faciant, talis cenſus eſſet contra formã Bullæ, quæ et ſuper re immobili, et de ſui natura fructifera imponi debet, vt alibi dicemus.

C *Alienis.*] *L.* 2. *& l. aliena res, ff. de pignor. actio. l.* 2. *C. ſi alien. res pignor. det. Fan. de pignor.* 5. *memb.* 6. *par. nu.* 26. *&* 2. *par. memb.* 3. *num.* 52. *Milan. deciſ.* 9. *nu.* 20. et ratio ponitur per *gloſ. in l. rem alienam* de qua meminit hic Author, quia in pignore oportet, quod conſtituam ei ius in re, id eſt obligationẽ quandam, quod facere nõ poſſum ſi res eſt aliena, ſed in venditione non teneor, niſi quandam poſſeſſionem aſininam tradere, & me pro euictione obligare, & ita eſt ius in perſona, quod poſſum etiam in re aliena, *l. exempto, §.* 1. *ff. de action. empt.*

103 Sed quid conſentiente domino, † dic quod ſic per *text. in d. l. rem alienam, ff. de contrah. empt.* ibi (rem alienam diſtrahere quem poſſe) quia emptio, & vẽditio eſt, ſed emptori poteſt res auferri, ideò ne poſſit auferri, conſenſus, vel ratificatio domini requiritur, & ſine domini ratificatione expreſſa non poteſt conſtitui, & hanc opinionem tenuit *Nauarr. de vſur. num.* 131. *verſic. quintum*, vbi quod ſi dominus conſenſit dictæ impoſitioni non poteſt cõtrauenire *cap. quod ſemel de reg. iur. lib.* 6. *l. qui poteſt, ff. de reg. iur. vbi Dec. Boccac. in tract. de cenſib. par.* 2. *nu.* 69. *Beninſegn. in ſimil. tract. de cenſib. condit.* 1. *nu.* 9. licet ipſe cogitandum relin-

relinquat, *Molin. de iuſt.& iure lib.2. diſput.394. in 7. dubio fol.935.* qui dicit conſuetum eſſe in Hiſpanijs ita imponi reales cenſus *Surd. conſil.318. nu.2.vol.3.* quia paria ſunt cenſum imponere, & imponenti conſentire *d.l.qui poteſt, ff. de reg. iur.* licet in terminis Bullæ Pij V. *Surd. in loco alleg.* videatur tenere contrarium, quæ quidem rationes in terminis no-
104 ſtræ Bullæ Nicolai V. non contradicunt, imò ibi expreſsè conceditur † per ipſam poſſe ſuper rebus alienis fieri ſubiugationem, dum dicitur ibi (ac omnia, & ſingula immobilia bona obligandi, & obligari faciendi.) *Sala.in tract. de empt. & vendit. tit. de cenſib. dub.21. Auenda.de cenſib.cap.61.*

* Sed quid in rebus pignori acceptis vide *Roder.lib.2.q.11.nu.17.& per totum.*

Item an tutor poſſit ſubingare abſque decreto, dic quod non *ad tex.in l.magis puto, §.ſi paſſim, ff.de reb.eor. Felician. de cenſib.cap.2.& 3.lib.2. Roder.lib.1.q.14.nu.1.cum ſeq.* niſi cenſus fuerit conſtitutus pro cauſa legitima afficiente bona pupilli *Gram.conſil.16.per totum Paleot. de fund.dotal. priuileg.78.& 79.Bongior.in rub.C.quan.decret.op.* & ſecundum hanc opinionem fuit iudicatum pro Don Cæſare de Albamonte contra Lauream de Oddo de Anno 1598.

Item quid in minore an poſſit conſtituere cenſum abſque decreto, & an hæc exceptio admittatur in Bulla vide *Anton. de Ball.super pragm. Alphon.quæſt.30. Roder.de annu.reddi. lib.1.quæſt.14.* vbi latiſſimè *Felician.lib.2.cap.3.*

Item quid in procuratore, & quæ debeat eſſe eius poteſtas *Anton.de Ball.quæſt.23..*

Item quid in Religioſo *Felician.lib.2.cap.2.nu.22.*

Item quid in muliere *Felician.d.cap.2.nu.23.*

Item quid in vniuerſitate *Felician.lib.2. dicto nu.23.*

105 Quæro vlterius, & ſecundo an maritus † poſſit imponere cenſum ſuper fundo dotali, diſtingue, aut res dotalis data eſt marito extimata, & in ea liberè poterit maritus cenſum im-
106 ponere, nam cum extimatio † faciat emptionem *l.ſi inter, C.de iur.dot.* ea res pleno iure ſpectat ad maritum, illamque poteſt diſtrahere, & liberè alienare *l.quoties, C. de iur.dot.l. plerumque, ff.eod.tit.l.extimata, & l.extimatis, ff. de ſolut. matrim. Campeg.de dot. par.1.q. 40.nu.2.Conarr.pract.quæſt.cap.28.Gomez.in l.50.Tauri num.42. Guttier. de iuram.confir. par.1.cap.1.nu.8.Cepoll.de ſeruit.vrban.prædio.cap.14.nu.10.* vbi dixit in fundo dotali exti-
107 mato poſſe maritum † ſeruitutem conſtituere, refert, & ſequitur *Anton. Padilla in l.& in prouintiali nu.28.C.de ſeruit.& aqua,* & hoc caſu non obſtabit dicere, quod bona nō erant in dominio ſubiugantis pleno iure, & ideò mulieri in caſu reſtitutionis dotis competet tan-
108 tùm hypotheca † anterior pro ipſa dote *l.in rebus, C.de iur.dot.* quæ in prima inſtātia non admittitur, vt alibi dicam loco ſuo.

Aut verò bona dotalia non erant extimata, et eo caſu facta reſtitutione dotis euaneſcet
109 ſubiugatio ſuper dictis bonis, quia maritus † rem dotalem obligare non poteſt *l.1.& l.dotale prædium, & l.iulianus, ff.de fund.dotal.* et ideò durabit tantum eo viuo, *vt dixit Salic. & Padilla in d.l.in prouintiali nu.18.C.de ſeruit.& aqu. Foller.ſuper Bulla in verb. huiuſmodi nu.22. Felician.de cenſib.lib.2.cap.3.nu.12.* licèt ipſe in hoc ſecundo caſu teneat ſubiugationem etiam conſtante matrimonio inutilem eſſe, et maritum poſſe impugnare talem conſtitutionem *per d.l.iulianus,* tamen eius opinio in hoc meo iudicio nō procedit, ſed ille *tex.debet intelligi eo mortuo,* vt benè intelligunt *Salic.& Padill. in locis præallegatis,* quidquid dixit *Bocac.de cenſib.par.2.nu.77.*

110 Hanc concluſionem limita nō procedere conſentiente † vxore quia eo caſu valebit ſubiugatio, etiam eo mortuo *cap.cum contingat de iur.iuran.& cap.licèt mulieres eod.tit.lib.6. Rolan.Auall.conſil.70.nu.20.& 21.lib.2.Auenda.de cenſib.cap.75.& 79.* Et an poſſit conſtitui ſuper rebus Prælatorum *idem cap.76.& 77.* Et quid in Confraternitate *idem cap.78.* Et an ſuper rebus pupillorum per tutores *idem cap.81.cum duob.ſeq.*

111 Secundò quæro cenſus † ſi eſt impoſitus per ſocium ſuper re cōmuni, an ſubſiſtat ſuper parte ſocij, qui non ſubiugauit, et videbatur dicendum quod non, quia ſuper alienis imponi non poteſt, vt dictum eſt ſupra *in 1.quæſt.huius verbi.* Secundo facit *tex.in l.2.ff.de ſeruit.*
112 vbi dicitur, quod vnus ex dominis communium rerum ſeruitutem † imponere non poteſt igitur ſi in re communi ius ſeruitutis cadere non poteſt, quemadmodum etiam probat *tex. in l.per fundum, & in l.vnus, ff.de ſeruit.ruſti.prædio.l.vlt.ff.commun.prædio.* ergo ſequitur
113 dicendum nō poſſe conſtitui cenſus annui redditus, quoniam hoc ius † ſe habet ad modum ſeruitutis realis, *vt dixit Sarmie.lib.7.ſelecta.interpret.cap.1.nu.4.Padill.in l.prædia nu.11. C.de fideicomm.Anton.Gamma deciſ.Luſitan.145.Perald.rerum quotidia.cap.3.nu.52.53.& 54.* & hanc opinionem tenet *Petr.Salazar in tract.de vſu.& conſuetud.cap.11.nu.6.& 12.*

Hieron.

*Hieron. Portal. in tract. de conſortib. & fideicomm. leg. cap.*10. vbi latiſſimè de hac *quæſt. Auenda.de denſib.cap.*74.

Tamen etſi prædicta vera ſint,negari non poterit, quòd ſi cauſata fuerit executio vigo-
114 re cõtractus cenſualis iuxta formam Bullæ, omninò procedet † etiam ſuper illa parte poſ-
ſeſſa pet ſocium, nam in illa obligatione erit dimidia cuiuſlibet dimidiæ pro indiuiſo,et ſic
ſuper quolibet ceſpite creditor habebit partem obligatam, adeò quod ſuper illa parte ſub-
iugatio ſubſiſtet, et poterit exequi contra illum tertium poſſidentē dictam partem,ita ele-
ganter tradit *Neguſ.de pignor.par.*2.*memb.*3.*num.*3.*per tex.& ibi Bart.quem allegat in l.ſi
cõſenſit,§ fin.ff.quib.mod.pign.vel hypoth. ſolu.& tex.in l.*3.*§.fin ff.qui pot.in pigno.habean.
Bald.& Salic.in l.*1.*ſi commu.res pigno.dat.ſit Paul.de Caſtr.in l.iulianus,§.idem celſus nu.*
8.*verſic.nota,ff.de actio.empt.*quem omninò vide *Baldui.de pignor.cap.*12.*col.*4.et hanc opi-
nionem tenet *Felician. de cenſib.lib.*2.*cap.*3 *nu.*21. mouetur ipſe, quia conſtituere cenſum
115 annuum † non eſt imponere ſeruitutem, et ſic ius in re,iuxta tradita per *Paul. de Caſtr. in
d. §. idem celſus*, quem ipſe refert, et ex Noſtratibus ita voluerunt *Bongior. & Prouinza.
ſuper Bulla per doctrin. Sal. & Caſtr. in dictis locis*, et ſecundum hanc opinionem ſemper
fuit iudicatum, et præſertim in cauſa illorum de Ligno virdi, et nouiſſimè per M. R. C. in
anno 1598. contra Don Blaſcum, et Donnam Flaminiam la Voglia, et ſepius in alijs Tri-
* bunalibus* *Adde Anton.de Ball.super pragm.Alph.quaeſt.*11.

116 Quartò querò an cenſus † poſſit cõſtitui ſuper cenſu, et reſponde, quod ſic,vt in termi-
nis concludit *Foller.super Bulla in verb.huiuſmodi nu.*49. *Nauarr. in commen.de vſur.nu.*
87.*super extrauag.Pij V.& quaeſt.*12.*nu.*112.*Felician.de cenſib.lib.*2.*cap.*3.*nu.*32.*verſ.nono
videndum*, et ſecundum hanc opinionem fuiſſe deciſum refert *Milan. deciſ.*10. *lib.*2. idem
dicit *Bongiorn.super Bulla in verb.vendere*, dum præſupponendo, quod poſſit cõſtitui cen-
ſus ſuper annuo cenſu,ſeu annuis redditibus iuxta formam Bullæ,dicit, ſi ſubiugat ſubiuga-
tarius, ſecundus ſubiugatarius aget vtili contra primum ſubiugantem, de quo dicto dicam
infra *Rodoan.de reb.Eccleſ.non alien.rub. de conſtit annu.cenſ.nu.*55. & poſſem multa dice-
re, quæ remitto, cum hodie indiſtinctè fiant ſubiugationes, & impoſitiones ſuper annuis
redditibus in omnibus contractibus cenſualibus. *Adde Fider.Martin.de cenſib.cap.*4.*n.*79.
vbi ampliat,& limitat hanc concluſionem *Anton.de Ball.super pragm.Alph.quaeſt.*28. *Adde
D.Muta deciſ.*47. & vide multos relatos per *Salas in tract.de empt.& vendit.tit.de cenſib.
dubit.*7.*nu.*1. *Auenda. de cenſib. cap.*54. & an redempto priori cenſu, contractus ſecundus
annulletur tamquam deficiens re ſubiugata *Rebell.de obliga.iuſti.par.*2.*lib.*10.*quaeſt.*6.*nu.*4.
vbi limitat, & pariter *Leſſ.de iuſti.& iur.cap.*22.*diſti.*12.*cum ſimil. relatis per Salas in loco
citato, & iterum nu.*17.

117 Quintò quæro de notabili quæſtione an poſſeſſor cenſus † ſubrogati loco alterius cen-
ſus, vel rei ſpetialiter ſubiugatæ,poſſit conueniri via exequutiua huius Regiæ Pragmaticæ,
118 videbatur dicendum, quod ſic, quia cum iſte cenſus, ſeu res † fuerit empta de pretio alte-
rius cenſus, ſeu rei, illis extinctis ſuccedunt nouæ res loco antiquorum redditnum, ſiue re-
rum,eſt *gloſ.in l.*1.*in verb.poſſeſſores,ff.de diſtract.pignor.Angel.in l.ſi rem,poſt medium verſ.
unde dico, ff.de petitio.hæredit.Fan.de pignor.*4.*memb.*2.*par.in* 8.*ampliat.sub nu.*60.*& me-
lius in* 1.*memb.*5.*par.nu.*48.*Alex.Raud.in terminis conſ.*9.*nu.*77.*lib.*2.

119 Secundò facit,quia redditus † eſt quid vniuerſale,vt latè comprobat *Alexan.Raud.in d.
120 conſil* 9.*num.*40.62.*&* 63.*cum seq.* ſed in vniuerſalibus pretium † ſuccedit loco rei, et vna
res empta ex pretio alterius rei dicitur ſuccedere loco ipſius rei *l. cum fundus in fin. ff. de
leg.*2.*Socc.in l.*1. *ff.de reb.dub.Tiraq.de tractat.lingnag.§.*32.*nu.*21.*&* 22.*Molin.de primog.
Hiſpan.lib.*4.*cap.*4.*n.*37.*Alex.Raud.d.conſ.*9.*n.*63.*cum seq.& nu.*39.*vſq; ad nu.*43.*lib.*2.

121 Contrariam verò ſententiam † veriorem arbitror, nam licet quandoq; pretium ſucce-
122 cedat loco rei, tamen res † empta ex pretio numquam ſuccedit loco pretij, ſiue ſimus in
vniuerſalibus, ſiue in particularibus iudicijs ita tradunt *Bero.conſil.*86.*num.*1.*vol.*2. *Tiraq.
de retract.lignag.gloſ.vnica,§.*32.*nu.*15.*&* 20.*Menocch.conſ.*213.*nu.*1.*&* 24.*vol.*3.*& conſ.*
80.*nu.*1.*vol.*1.*& conſil.*131.*nu.*23.*&* 32.*vol.*2.*Anguiſcio.conſil.*143.*nu.*7.*& conſil.*116.*nu.*
1.*Socc.Iun.conſil.*24.*nu.*3.*vol.*1.*Milan.deciſ.*9.*nu.*112.*lib.*2.

Tanto fortius quod in caſu propoſito cõcurrerent duæ fictiones circa ſub in materia ſta-
123 tutaria, prima quòd pretiũ ſuccedat loco rei,& exinde res loco pretij, quæ fictiones † non
poſſunt de iure admitti *Bart.in l.ſi is qui pro emptore nu.*69.*&* 71. *ff.de vſucap.*

Secundò facit, quia eo ipſo quod cenſus,ſiue res fuit redacta in pretium,ſubiugatio quo
ad iſtum cenſum, ſiue rem fuit extincta, cũ res deueniat ad eum caſum,à quo incipere non
poteſt, videlicet, quod cenſus, ſeu prædium fuit redactum in pecuniã, quæ eſt res mobilis,

ſuper

124 ſuper qua ſubiugatio † non poteſt ſubſiſtere, vt ſupradictum eſt in *princip. huius apoſtillæ,* ſicut nec ſuper nomine debitoris *Salas de cenſib. dubit. 7. n. 2. verſic. tertio patet*; imò ex quo nō dat fructus anno quolibet, ſuper quibus fieri poſſit annualis ſolutio de ſubiugatione ipſa *vt dicit Author noſter infra in 3. requiſito*, vbi & nos alia adnotabimus, conſequenter dato, quod res ſuccederet loco pretij, cum vna res ſemel ꝙ fuit radacta in pretiū, ſubiugatio fuit extincta, nec poteſt amplius reuiuiſcere, & quemadmodū ſuper pecunia, & pretio non ſubſiſtebat ſubiugatio, ita nec ſuper redditibus, ſeu prædijs de pecunia emptis, cum ſint eiuſdem naturæ, cuius pecunia, de qua empti fuerunt per ea quæ tradit *Crot. conſil. 79. nu. 13. & conſil. 124. nu. 12. Paſcet. conſil. 19. nu. 2. Rebell. de oblig. iuſti. par. 2. lib. 10. q. 6. num. 4.* vbi limitat, & *Leſius de iuſti. & iur. cap. 22. dub. 12. cum ſimil. Salas d. dubit. 7. nu. 17.* imò ſtante ſtatuto, quod ſubiugatio poſſit fieri ſuper ſtabilibus, dum illa res fuit redacta in pretium, pretium illud ſemper conſideratur ſuper re immobili virtutæ noſtræ Bullæ, ita in ſimilibus terminis tradit *Alber. in l. ea demum, C. de coll. Bertach. in tract. de Epiſc. 4. par. quæſt. 44. nu. 141. & ſeq. Gabr. in tit. de præſum. concl. 12. nu. 24.*

125 Tertiò prædicta cōfirmantur, quia iſta actio † exequutiua, quæ datur à pragmatica contra tertium poſſeſſorem, eſt data, & ſubrogata in locum actionis hypothecariæ, et ſapit eius naturam, *vt dixit Author noſter infra in 6. quæſt. principa. nu. 21. verſic. ſucceſſiuè quæro*, & conſequenter ſumus in iudicio particulari, et non vniuerſali, dum quæritur, an res ſubrogata ſit affecta prædicta hypotheca, ſeu ſubiugatione, vt in puncto dixit *Gabr. conſil 37. nu.*
126 *7. & 9. vol. 1.* loquens in illa concluſione an pretium † in hypothecaria ſuccedat loco rei, quo fit vt pretium in particularibus non poteſt dici ſucceſſiuè loco ipſius rei hypothecatę, & ſubiugatæ, nec dici ſubiugatum prout erat res ipſa ſubiugata, et hypothecata per *tex. in l. 1. ff. de diſtract. pigno. vbi Bart. Bald. Salic. & Fulgoſ. in l. fin. §. etſi præfatam, ff. de iur. deliber. Alex. conſil. 122. vol. 4. Roma. ſingul. 109. & tradunt omnes in l. ſi rem, ff. de peti. hæredit. vbi præſertim Angel. & in l. mater, C. de rei vendic. latè Gabr. d. conſil. 37. nu. 2. lib. 1. Turzan. reg. 18. in reg. diuerſorum*, & conſiderando pragm. noſtram requirentem dominium in per-
127 ſona ſubiugantis, dico, quod licet ſubiugans fuerit dominus † cenſus, ſeu rei ſubiugatæ, nō tamen dici poteſt dominus pretij exinde peruenti ex dicto cēſu, ſeu re, per *tex. in l. qui vas, §. fin. ff. de furt. l. quemadmodum, §. fin. ff. de noxal.* ita in terminis *Roder. alleg. 28. nu. 24.* in tantum quod reſpectu pretij ſemper deficit dominium tempore ſubiugationis, et nō poteſt dici, quod pretium ſucceſſerit loco rei in hoc iudicio particulari, ſcilicet hypothecario.
128 Item deficit qualitas ſtatuti, et ſubrogatio, cum pretium † rei ſubiugatæ, et hypothecatæ non poſſit dici ſubiugatum, nec hypothecatum *Caual. deciſ. 44. num. 130. Tiraq. de retract. lignag. gloſ. vnica, §. 32. nu. 22.*

Quartò prędicta fortiùs procedunt in terminis noſtræ pragm. dantis exequutionem paratam contra detentores bonorum ſubiugatorum, quo caſu quando agitur cōtra tertium poſſeſſorem rei emptæ ex pretio rei ſubiugatæ poſt ſubiugationem; etiam, quod eſſemus in
129 iudicijs vniuerſalibus, et vbi aliàs † pretium ſuccedit loco rei, in materia ſtatutaria nō ſuccederet, ita in terminis tradit *Capic. deciſ. 194. nu. 18. vſque ad fin.* qui ita refert fuiſſe iudi-
130 catum, quod ſtatutum † loquens de poſſeſſore bonorū, vel de bonis ipſis, non habet locum in pretio bonorum, *Tiraq de retract lignag. in præalleg. loco, Tobi. Non. conſil. 102. nu. 8.* qui
131 pulchrè loquitur, et ratio eſt, quia pretium † ſuccedit loco rei fictè, et nō propriè dicitur res ipſa, *vt dicit Bald. in l. cogi col. vlt. ff. de petit. hæredi.* quem ſequitur *Iaſ. in l. ſi eum ſeruum, ff. ſi cert pet. Tiraq. d. num. 22.* ideoq; loquens ſtatutum in caſu verò, et in re verè ſubiugata, non habet locum in caſu ficto, debetque propriè interpretari, vt dicunt prædicti *Doct. præalleg.*

132 Hinc eſt quod ſtante ſtatuto, † quod poſſeſſor rei teneatur, qui habet pretium pènes ſe, non tenetur; imò interrogatus cum iuramento ſi rem habet, quamuis eius pretium habeat, dicere poteſt, quod non, et dicitur in eo caſu dixiſſe veritatem *Bald. in d. l. cogi.* et ſequitur *apoſtill. ad Bart. in l. ſi rem, & pretiū, ff. de petitio. hæred. Paul. Fuſc. ſingu. 64. Caualc. d. deciſ.*
133 *44. nu. 130.* qui inquit, quod creditor † non habet priuilegium ſuper rei hypothecatæ pretio, quod ſuper re habebat, quia non dicitur hypothecatum, ſicut erat ipſa res, tanto fortiùs in re empta ex pretio, quæ non dicitur eſſe in dominio ſubiugantis tempore ſubiugationis, *vt dixit Milan. in deciſ 1. nu. 102. lib. 2.* vbi tradit quod non intelligitur res ſubro-
134 gata † ſubiugata vt in terminis molendini deſtructi, et ex eadem aqua reedificari aliud, voluit *Nauar. in tract. de vſur. poſt gloſ Pij V. quæſt. 25 num. 118. Molin. de iuſt & iur. lib. 2. diſput. 394. litera A, fol 932. quidquid dixerit Ioan. Anto. Lanar. in conſil. 2. nu 9. & ſeq. vol. 1. Bocacc. de cenſib. par. 2. nu. 42.* qui tenent cōtrarium, ſed meo iudicio nihil ad propoſitum.

* *Adde * Anton.de Ball.ſuper Pragm.Alph quæſt.16.Roder lib.2.q.21 nu.3.de annu.reddit.*

Quæ quidem concluſio tanto fortius procedit, quando hoc prætenditur in præiuditium
135 tertij † poſſeſſoris, quo in caſu nullifariã dici poteſt pretium loco rei ſuccedere, etiã quod
contrahentes expreſsè declarauerint rem nouiter emptam ex pretio alterius rei eius locũ
habere, nam hoc poteſt fieri inſpecto præiudicio ipſorum contrahentium, et ſuorum hære-
dum, *vt dicit tex.in l.res quæ vbi gloſ.& Doct.ff.de iur.dot.Molin.de primog Hiſpan.lib.4.
cap.4.nu.28 & 32.Surd.deciſ.306.num.12.* Sed non in præiuditium tertij, qui exinde emit
illam rem nouiter emptam, ita *Tiraq. de retract.d.nu.23.31.& 42.* & ibi inquit, quod non
ſolum à contrahentibus hoc fieri non poteſt, aut à teſtatore, verum neque ab ipſo Princi-
136 pe, † idem tradit eleganter *Bertrand.conſil.1.nu.98.& ſeq.lib.1* et ita omnes tenere inquit
Tiraq.vbi ſupra, ratio eſt in terminis noſtræ Pragm. quia ex illa ſubrogatione oritur factũ
perſonale, quod non poteſt habere viam exequutiuam contra tertium *per tex.in l fin.§.fin.
ff.de contrahen empt.Rip.in l.1.§. ſi hæres num.2.ff.ad Trebell.cum alijs relatis per Milan.d.
deciſ.1.nu 2.& deciſ.8.nu.1.lib.2.* & ſecundum hanc concluſionẽ fuit alias bis deciſum per
M.R.C. et primo loco ſub Sede D. Octauij Corſetti, et Petri Andreæ de Grimaldis doctiſ-
ſimorum virorum, et ſecundo loco erant etiam Iudices eximij in cauſa Donnæ Aleonoræ
Aiutamichriſto contra Gerardum Agliata; Et cum contigiſſet dubitari de hoc articulo co-
ram me vti Iudice Reg. Cur. Præt. in cauſa Donnæ Iſabellæ Valguarnera contra Pompiliũ
Contiſſa nulla fuit apud nos habita difficultas aliqua de hac concluſione per prædicta, et
ſecundùm eam iudicatum extitiſſet, niſi fideiuſſio præſtita per D.Donnam Iſabellam fuiſſet
de detinendo pecunias depoſitas loco depoſiti, et de reſtituendo ad omne Curiæ mandatũ,
adeò quod agebatur tantummodo de quodam iure prælationis, cui debebant tradi pecu-
niæ cenſuum decurſorum depoſitatæ ad nomen D.Thomæ Valguarnera citato illo de Con-
137 tiſſa, quæ quidem fideiuſſio † facit pecunias ipſas extare *l.qui procuratoris, §.fin.ff.de trib.
actio.Vinc.de Franch.deciſ.75.nu.9.& deciſ.200.nu.4.*

Rurſus in cauſa illius de Valguarnera agebatur cum ipſo contrahente, qui voluit, quod
redditus ſubrogati ſint, & eſſe debeant hypothecati, & obligati prout erant illi redditus
redempti, & verè ſubiugati, vnde non videbantur obſtare ſuprafirmata, dum agebatur
contra tertium.

Nec obſtabat dicere, quod per illum pactum non fuerat acquiſita aliqua ſtipulatio ha-
bentibus ſubiugationes, & hypothecas ſuper dictis redditibus, quia erant abſentes, & non
138 acquirebatur actio † ſine ceſſione, vel ſtipulatione Notarij: nam reſpondebatur, quod con-
trahentes cum iuramento promiſerunt obſeruare contenta in contractu, ita vt ſtante iſto
139 iuramento nõ requirebatur præſentia partis, nec ſtipulatio Notarij, quia iuramentũ † ſup-
plet partis præſentiam, & eſt tantæ potentiæ, quod facit, vt acquiratur alteri abſenti, abſq;
eo quòd aliquis recipiat pro ipſo abſente promiſſionem *Alex.conſ.31.vol.6.& conſil.185.
col.fin.eod.lib.Rom.conſil.76.* vbi dicit iuramẽtum operari translationem actionis ſine ceſ-
ſione, quia iuramentum habet vim iudicij *l.nam,& poſtea,§.ſi is qui pro temporali,ff.de iur.
iur.Rolan.conſil.19.nu.30.31.& 32.lib.1.Burſat.conſil.118.nu.15.& 16.lib.1.Rimin.Iun.
140 conſil.242.nu.155.cum ſeq.lib.3.* & quod abſenti acquiratur vtilis actio † ſine ceſſione dixit
Milan.deciſ.4.nu.65.lib.2. & ideò iudicauimus, quod oppoſitiones reijcerentur die vltimo
Martij xij. Indict. 1599.

Non obſtant ea quæ ex aduerſo in principio fuerunt adducta: nam in contrarium eſt ve-
ritas, & nihilominus ſunt regulæ vulgatæ, quæ patiuntur infinitas limitationes, quas ex Do-
ctrinis relatis poteris videre.

141 Quintò principaliter quærò, certum eſt, quod facta redemptione † cenſus, ipſo iure re-
ſoluuntur omnes hypothecæ, & ſeruitutes impoſitæ *vulg l.lex vectigali fundo, ff.de pignor.*
& ita per iſtum *tex.determinat ibi Salic. & alios allegat Pedam. deciſ.155. alibi 156. incip.
142 Emphiteuta ſiue Vaſſallus. Milan.deciſ.9.n.4.lib.2.* ſed quid ſi in actu redemptionis † fuerit
dictum, quòd Titius reemit, & emit animo faciendi fructus ſuos; an eo caſu dicantur reſo-
lutæ hypothecæ. Videbatur dicendum, quod ſic ex prædictis, & reſeruatio animo faciendi
fructus ſuos, & iſta emptio de nouo operantur ſuum effectum, nempè conſeruant priorem
hypothecam, & anteriorem reſpectu ſubiugantium, quæ alias eſſet extincta, et nouata ſe-
cundùm terminos quos tradit *Bart.in l.ſi quis aliã, ff.de ſolut.tradit Fan.de pign.3.memb.
6.par.princip.* vbi latiſſimè ponit in principio per plures numeros.

Vlterius adaptari poterat diſtinctio, quam ego poſui in *Addit. ad Authorem noſtrum in
alio tract.de conceſſ.feud.quæſt.6.2.par.* vbi dicebam, quod aut ſubiugantibus facta eſt inti-
matio per creditores hypothecarios ſuper cenſu in caſu redemptionis reddituũ, vel appo-

ſitum

ſitum pactum, quod in caſu reluitionis emantur *alij redditus*, aut non fuit facta intimatio,
143 nec iſtud pactum appoſitum, in primo caſu eſſet vna quæſtio, quia ſi adeſſet intimatio, † & pactum, non potuiſſet fieri redemptio in præiuditium creditoris habentis cenſum ſubiugatum, et hypothecatũ, et redditus eſſet perpetuus,et ſtante intimatione debitor ſubiugans, cui fuerat facta dicta intimatio eſſet debitor ſubiugatarij *ex not.in conſil.Soccin. ſen.37.lib.* 4.et pactum operaretur,quod redditus eſſet perpetuus vt dictum eſt; Aut verò non fuit facta intimatio, nec adeſſet pactum, et eo caſu ſtatim atque fuit facta redemptio,fuit extincta hypotheca, et ſeruitus impoſita, *vt dixi in princ.*

144 In contrarium eſt veritas, † vt tali caſu, quando eſt facta redemptio,et venditio,animo faciendi fructus ſuos, hypotheca remaneat, adeò quod poſſit procedi contra detentorem iſtius cenſus ita redempti vigore *noſtra pragm.* apparet enim ex actu redemptionis, quod illa non eſt redemptio, ſed venditio, quia cùm habemus effectum, qui correſpondet venditioni,non debemus ſtare verbis, ſed effectui, et ad iudicandum qualitatem contractus, non
145 ſonus verborum, ſed effectus rei conſideratur,quia potius verba † deſeruiunt naturæ contractus, quam natura verbis *l.ſed et ſi poſſeſſori,§.item ſi,ff.de iur.iuran.* at in caſu propoſito effectus eſt venditionis, non reuenditionis, ergo illud verbum (reuendidit) non debet haberi in conſideratione *Pariſ.conſil.20.num.61.vol.1.& conſil.78.nu.10.* Et quando contrahentes dicunt agere contractum reuenditionis, et effectus eſt venditionis, ſtandum eſt ei, quod verè dicunt agere,*ita Tiraq.de retract.lignag.cap.30.gloſ.1.nu.11.poſt alios Rol.conſil. 69.nu.40.cum ſeq.vol.3.* vbi multa ponit.

Vnde cum contrahentes apponant in contractu reuenditionis verbum (vendidit)et verba illa (animo faciendi fructus ſuos) eo caſu nulla eſt apud me difficultas, quin iſta ſit venditio, quia ſi eſſet reuenditio, impoſſibile eſſet, quod poſſet facere fructus,et quod contractus pro effectu prædicto ſtaret, quia aliud eſt vendere, aliud reuendere, nec ſimul poſſunt
146 ſtare, quia contrarij: nam contractus † reuenditionis denotat extinctionem redditũ, contractus verò venditionis conſeruationem *ita Bald. conſil.495.lib.1. Rol.d.conſil.69.num.5. lib.3.* et cum ſint incompatibiles poſito vno remouetur et alius, et impoſſibile eſt, quod eodem tempore cõtractus quoad vnum ſubſiſtat, et faciat fructus, et quòd ad alium ſit extinctus, ſi partes hoc non dixerunt,quia ſi perſiſtit,et facit fructus,non eſt extinctus,et non dicitur facta reuenditio; ſi verò dicatur,quod eſt facta reuenditio,nõ poteſt facere fructus, quia non entis nullæ ſunt qualitates *l. eius qui in prouinciam, ff. ſi cer. peta.* et quando ſit reemptio,reducitur in priſtinum ſtatum in quo erat ante emptionẽ,& redditus non poſſunt
146 facere fructus,et reſoluuntur,nec dicũtur ampliùs redditus † *Vinc.de Franch.deciſ.39.Milan.deciſ.5.nu.43.per tex.in l.voluntate, ff. quib.mod. pignus, vel hypo.ſolu.* & erat neceſſe, quod formaretur de nouo contractus ſubiugatorius ſi primus fuiſſet verè extinctus, aliàs non poteſt ſubſiſtere, & ſecundum hanc opinionem iudicaui pro Portia Xàggio contra D. Vincentiam Xibecca, & ita aliàs in eadem cauſa fuerat deciſum, quæ interloquutoriæ fuerunt confirmatæ per M.R.C. in menſe Februarij 1599. * Sed an hoc caſu debeatur gabella *vide Felician.de cenſib.cap.6.nu.4.lib.1.& lib.2.cap.vlt.nu.9.*

Non obſtant ea, quæ adducebantur de intimatione, et pacto, quia ſi rectè cõſideramus, benè procedunt in terminis ſuis ad hoc vt cenſus duret perpetuus,quoad ſubiugatarium et ſubiugantẽ, ſed non per hoc infertur ſi non adeſſet intimatio,neq; pactum,ergò fuit extincta hypotheca etiam in caſu in quo fiat venditio in aliam perſonam ex ſupra deductis.

147 Sextò quærò an cenſus † poſſit conſtitui ſuper officio,et eius emolumentis,et concludo, quod ſic ex verbis noſtræ Bullæ ibi (emolumentis) & ita firmat *Foller.ſuper Bulla in verb. huiuſmodi nu.42.& 43.* vbi licèt ipſe dicat ex quadam conſuetudine ſeruari, tamen *in fin. ex verbis tex.Bulla* ita concludit, ſequitur *Felician.de cenſib.lib.2.cap.3.num.23.& 32.* vbi ampliat etiã in annonis publicis, Tributis, Vectigalibus, Gabellis, Talijs, Angarijs, Perangarij, et alijs huiuſmodi iuribus piſcationum, venationum, et aquarum, vt ibi per eum *& nu.36.& 37.* et in Regno ſeruatur,et ego vidi plures contractus factos per Magiſtrum Notarium M.R.C. vbi in ſpecie fit ſubiugatio ſuper emolumentis dicti officij * *Adde Anton.de Ball.q.27.ſuper prag.Alphon.& nouiſſimè Salas de cenſib.dubit.7.nu.1.verſic.ſecundo patet,* vbi ampliat in officio adminiſtrationẽ iuſtitiæ habente,et optimè *Auenda.de cenſib.cap.55.*

148 Septimò quero an facta ſubiugatione ſuper redditibus † in genere; ſubiugatio cenſeatur impoſita ſuper officijs,ex quibus redditus renaſcuntur; et reſpondeo, quod ſic,nam qui totum dicit nihil excludit, et cũ officium,et eius redditus poſſint ſubiugari ex prædictis, ideò in obligatione redditũum comprehenduntur omninò redditus dicti officij in ſpecie, adeò quod contra poſſeſſorem officij procedi poteſt priuilegio Reg. pragm. tamquam ſi ſpecia-

Ii 2 liter

liter officium eſſet obligatum, et hoc deduco ex duobus, primo, quia obligatio eſt triplex,
prima generalis, vt obligatio omnium bonorum, ſecunda ſpecialis, vt obligatio ſtabilium,
vel mobilium, tertia indiuidualis, et ſingularis, vt obligatio talis domus vel vineæ, de qui-
bus Author noſter *infra quæſt.6.nu.39.* vbi autem lex, vel ſtatutum requirit obligationem
ſpecialem, prima omnium bonorum non ſufficit. Tertia ſingularis, vel indiuidualis non re-
149 quiritur, verificatur ergo in ſecunda obligatione ſtabilium, † quia obligatio ſtabilium, vel
mobilium dicitur obligatio in ſpecie, vt ex noſtro Authore ſupradiximus *d.nu.39.*& volue-
runt *Petr.Rizari.Blaſc.Lancea ſuper Bulla,* vbi latiſſimè *per tex.in l.Titius, ff.de lib.& poſt-
hum. Campixan. ſuper eadem Bulla in verb.vtrum Bulla ſiue Regia pragm. Milan. deciſ.1.
nu.55.cum ſeq.lib.2.* vbi dicit, quod ita vtitur M.R.C. et per eam fuit iudicatũ ex quadam
apoſtilla incerti Authoris, quam ipſe refert *num.83.* et ideò ſi ſunt obligata bona ſtabilia,
licèt non fuerint ſingulariter expreſſa, tamen contra detentorem alicuius rei de dictis ſta-
bilibus, vt ſupra obligatis, exequutio procedit, quia vbi aliquid ſpecialiter requiritur ſuf-
ficit, quod exprimatur ſecundum ſuam ſpeciem, non autem ſecũdum ſuam ſingularitatem
Bald.in l.1.in fin.ſi quis in ius voca, Campixan.& cæteri relati, ita et in hoc caſu reddituum
obligatio non eſt generalis, ſed ſpecialis, licèt redditus officij ſingulariter non ſint obliga-
ti, tamen ſufficit, quod comprehendantur ſub dicta obligatione reddituum ſpeciali, vt con-
tra poſſeſſorem dicti officij agi poſſit.

Secundò deduco *ex not. per gloſ.in cap.generali in fin.in verb.redditus de electio.& elect.
poteſt.in 6.gloſ.in cap. grandi verb.redditibus de ſupple.neglig.prel.lib.6.Didac.Spino in ſpe-
cul.teſtam.gloſ.12.princip.de lega.vſufr.nu.76.& 77.fol.mihi 224.* vbi dicit nota, quod om-
nis fructus conſiſtit in reddita, ſed non conuertitur, quia partus ancillæ eſt in redditu, ſed
non in fructu, quinimò non ſolùm appellatione reddituũ veniunt omnes fructus, ſed etiam
omnes prouẽtus *ita Cardin.Zabarel.in Clem.vnica de exceſ. prælat.* Si ergo appellatio red-
150 dituum † comprehendit omnem fructum, omnemq; prouentum, ergo officium, quia iuriſ-
151 dictio officij † eſt in fructu vt per multa concludit *Guglielm. de Benedict.in cap.Raynutius
in verb.cætera bona nu.37.& 38.de teſtam.* & potuit obligari etiam ad vendendum.

152 Octauò quæro quid ſi ſubiugatio † fuerit impoſita ſuper cenſu debito ſuper aliquo præ-
dio in ſpecie, an poſſit agi contra detentorem prædij ſpecialiter obligati cenſui obligato, &
ſubiugato, *Milan.deciſ.10.num.14.& 15.lib.2.* tenet, quod non, ſed nihil allegat, tu adde
Authorem noſtrum *in tract.de conceſſio.feud.par.6.quæſt.2.nu.19.* vbi dicit, quod ſubiuga-
tarius non habet dominium, niſi in ſua ſubiugatione, & cenſu, non autem ſuper bonis ſibi
ſubiugatis, quia ſuper illis bonis nõ habet niſi ſolam meram actionem perſonalẽ tantùm.

153 In contrarium eſt veritas, † quod vtique ſubiugatarius ſuper redditibus poteſt exequu-
tionem exercere ſuper prædio ſubiugato cenſui ſibi obligato *ex verbis pragm.* ibi, *ſingula-
rium detentorum rerum, iurium, vel bonorum, &c.* & ita fuit deciſum per M. R. C. contra
D.Blaſcum Corbino Baronem Baidæ debitorem reddituũ pro quibuſdã de Torres, qui plu-
ribus redditibus ipſos ſubiugauerunt, & pluries tàm in M.R.C. quàm in Sancto Officio pro
Antonina de Coſſitelli contra Ioſeph de Hugo, vti detentorem prædij ſubiugati in cõtractu
vntiarum centum quolibet anno debitarum Don Guglielmo de Marinis, qui dictas vncias
centum pluribus ſubiugauerat, & præſertim iſti de Coſſitella, & nouiſſimè iudicatum fuit in
eadem cauſa die 23. Octobris xiiij. Ind. 1600. in Sancto Officio referentibus D. Franciſco
Cannella eiuſdem Tribunali fiſci patrono, & Don Petro Corſetto cauſarum patrono pri-
mario, nunc M. R. C. Iudice Regioque Conſiliario conſultoribus in cauſa, & ad hoc facit
notab.deciſio Bongior. Summi *Doct.inter Noſtrates ſuper Bulla,* vbi dicit, quod talis ſubiu-
gatarius agit vtilibus actionibus, & allegat *Aret.in conſil.124.& 125.* & rectè meo iudicio
dixit, quia cum redditus conſtitutus ſuper prædio ſit ſpecialiter ſubiugatus, et hypotheca-
tus, videtur facta ceſſio particularis *iuxta tex.in l.nomen, cum alijs allegatis per Surd.conſil.
4.nu.23.& 38.* vbi allegat inter alios *Aret.in d.conſil.124.* tantò magis propter clauſulam
(cedens,) quæ ſolet apponi in contractibus de ſtilo Notariorum, ideò talis ſubiugatarius
ceſſionarius rectà via agit contra detentorem, non ſolùm redditus ſubiugati principaliter,
ſed etiam contra detentorem prædij ſecundario, et ſubornatim, vel primitus ſubiugati, ad
dictum redditum ſubiugatũ vtili actione prout generale eſt in quolibet ceſſionario particu-
lari. Nec obſtat quod *Bongior.* nõ dicit poſſe agi cõtra tertios poſſeſſores bonorũ primitus
ſubiugatorum: nam ſatis eſt quod *Bongiorn.* intelligat poſſe vtilibus actionibus moleſtari
primum ſubiugantem, pari enim ratione ipſe *Bongiorn.* intelligit, quod poſſint moleſtari
bona ipſius primi ſubiugantis, etiam ſi eſſent penes tertios, vtilibus actionibus, quaſi dicat,
quod ſecundus ſubiugatarius eſt ceſſionarius contra primum ſubiugãtem, et quod poſſit vti

primo

primo contractu ſubiugatorio,repreſentando perſonam primi ſubiugatarij ſimul ſecundo loco ſubiugantis, et debemus legum, et *Doct.* potiùs attendere mentem, quam verba, et ſecundum *Doct.* quos allegat *Bart. in l. non ſolum, §.liberationis verba, ff.de libera.lega.* et cum de prædictis fuerit dubitatum in Reg.Cur.Præt.me Indice in cauſa Donnæ Angelæ del Pozzo,omnes domini inclinabant in hanc ſecundam opinionem; licèt non fuerit deuentum ad deciſionem, ex quo partes ſe concordarunt * Adde quod poſtea ita iudicaui pro Petro, et Franciſco lo Vechio contra Mattheum Pitroſino de menſe Nouembris 1605.

Non obſtant in contrarium allegata, quia vltra quòd *Milan.* nihil allegat, Author noſter non loquitur in terminis, et nihilominus hæc ſecunda opinio verior eſt ſecundum quam vt dixi fuit pluries iudicatum.

154 Multa alia dici poſſent hic de Feudatario, † Emphiteuta, Prælato, et alijs, quando ſuper eorum bonis poſſint cenſum imponere, quæ quidem concluſiones cum omnes tendant ad illud, quod ipſis mortuis extinguatur cenſus, amplius verba non effundere arbitratus ſum, ſed de his te remitto ad *Boller.in tract.de cenſib.verb.huiuſmodi cenſualia. Felicia.in ſimili tract.lib.2.cap.4.Corbol.de cauſ.priua.ob alienat.ampliat.49.Boccac.de cenſib.par.2.& 3.Rodoan.de reb.Eccleſ.non alien.quæſt.17.n.7.& ſeq.* vbi omnia ad ſaturitatẽ * *Fideric.Martin. de cenſib.cap.4.nu.85.cum ſeq.* & in feudo ex pacto, et prouidentia *Anton.de Ball.quæſt.26. Auenda.de cenſib.cap.76.cum ſeq.*

Sed an cenſus conſtitutus à principio ſuper feudo ſit nullus *Milan. deciſ.17.nu.16.lib.2. Auenda. de cenſib.cap.62.63.& melius 66.*

Et quid ſi ſit conſtitutus ſuper fructibus feudi à ſolo ſeparatis,et dic quod valet ſubiugatio, ac ſi impoſitus ſuper ipſo feudo vt tenet *Lauren.de Reduſſ. in cap.conſuluit num.12.de vſur.Auenda.de cenſib.cap.56.Io.Aloyſ. de Sept. de cenſib.nu.12.* et ita communiter practicatur, et adde nouiſſimè *D.Mut.deciſ.67.nu.16.cum ſeq.* et quid ſi ſit conſtitutus ſuper rebus reſtitutioni ſubiectis *Molin.de iuſti.& iur.diſput.394.* vbi diſtinguit, et eam approbãt *Leſin.lib.2.cap.22.dubi.12.& Salas de cenſib.dubi.17.*vbi vide omnino. Et an ſuper emphiteuti, *Auenda.cap.67.* Et an ſuper bonis vniuerſitatum, *idem cap.68.*

Item quid ſi emphiteutæ ſit remiſſa caducitas *Anton. de Ball.q.8.q.9.& q.10.*

D *De præſenti.*] Sed quid ſi de præſenti habeo ius in re, putà ius ſucceſſionis, vel ius luendi, et fuerit facta ſubiugatio ſuper illo iure in ſpecie, an facta eius recuperatione, ſubiuga-
155 tio † dicatur facta ſuper re recuperata, et vigore illius iuris acquiſita, ac ſi tempore celebrati contractus fuiſſet in dominio ſubiugantis, et videbatur dicendum quod ſic *per tex.in l.1.§.1.ff.de pignor.* vbi habetur, quod ad hoc, vt valeat obligatio ſpecialiter de aliqua re, et contra poſſeſſorem agi poſſit directa actione hypothecaria, requiritur quod ſit in dominio debitoris tempore obligationis,nec ſufficit ſi ex inde acquireretur *vt per gloſ.& Doct.*
156 ibi, *tamen fallit vt dicit ibi tex. Bart.& Paul. de Caſtr.* niſi illa res † eſſet debita ipſi debitori, vt quia haberet ius in re, vel ad rem, cuius iuris vigore acquiſiuit poſtea dominium, et valet obligatio, ac ſi fuiſſet in dominio debitoris tempore obligationis *ita Bart. in d. l. 1.§.in ſpecie qui eſt primus Paul.de Caſtr.in l.rem alienam nu.4. ff. de pignor.act.Menocch. conſil.77.num.1.vol.1.* & iſto caſu confirmatur hypotheca per acquiſitionem etiam,quoad directam hypothecariam, quæ non datur, niſi res ſit in dominio tempore obligationis *vt dixit tex.in d.l.1.in princip.& facit tex.in l.3.§.cum ex cauſa,ff.qui pot.in pign.habea.Paul. de Caſtr.vbi ſupra verſic.nunc iſtum paſſum Neguſ.de pign.in 3.memb.8.par.nu.14.*

157 In contrarium eſt veritas † in terminis noſtræ *pragm.* dantis exequutionem contra tertium detentorem, vt tali caſu non poſſit procedi contra detentorem rei recuperatæ vigore priuilegij noſtræ pragm.vt in terminis decidit *Montal.* Doctor antiquus,et magnæ authoritatis *in quadam apoſtilla ad Bullam ſuper verb.rebus,& proprietatibus ſuis*,vbi dicit,quod ratio *Bart.in d.l.1.de pignor.& in l.cunctis,C.ſi res alien.pignor. data ſit*, dùm ait, ꝙ confirmantur pignora,quando quis habeat ius in re, vel actionẽ, et ratio eſt,quia res etiã in bonis noſtris ſunt,ſi actiones habemus,*l.qui actionem, ff.de reg.iur.* Sed illud eſt per fictionem vt declarat *Dec.in d.l.qui actionem,& l.quod euincitur, ff.eod.* illud autem nõ habet locũ in ſtatuto,ſeu in Bulla cũ verificatur in caſu vero, non ficto, ſed debet probari, quod res tunc erat verè in dominio ſubiugantis, nõ poſtea, et fuit, quia qualitas adiuncta verbo maximè in ſtatutis intelligitur ſecundùm tempus verbi *Cuman.conſil.146.col.2.*

Secundò facit deciſio *Salic.in l.licèt, C. qui pot.in pigno.habean.* dùm dicit, quod ſuper-
158 uenientia † dominij non retrotrahitur.

Tertiò faciunt *not.per Io.Aloyſ.de Sept.in annotationibus ſuis in verb.in generali*, vbi dicit, quod in obligatione generali veniunt poſtea quandocunque quæſita, ſed an in illis de

nouo

nouo acquiſitis habeat locũ pragm. et dicitur, quod non,quia pragm. requirit,ꝙ bona ſint
ſpecialiter ſubiugata, & ad hoc vt res dicatur ſpecialiter obligata,opus eſt, quod ſit in bo-
nis debitoris tempore contractus *tex.eſt,& ibi not.Angel.in l.1.§.cum prædium,ff.de pign.*
tex.& ibi Angel.in l,quæſitum,§.dicitur,ff.eod.& poſt eum voluit Milan.deciſ.1.nu.98.cum
ſeq.lib.2. vbi dicit, quod hæc eſt communis opinio ab omnibus recepta, & de ea nunquam
contingit dubitari ; & ſecundùm concluſionem per me firmatam , quod obligans ius in re
facta eius recuperatione,nõ poſſit procedi contra detentorem rei recuperatæ,fuit deciſum
in cauſa Octauij Caualeri cùm quodam de Galiſi per M R.C.& Conſiſtorium;& M.C.ſedis
criminalis in tertio iudicio.
Non obſtant in contrarium allegata,quia ex *deciſ. Montal.* eſt reſponſum,& tamẽ poſ-
159 ſunt procedere, † quoad debitorem hypothecantem,quia tunc ſi efficitur dominus confir-
mantur pignora cõtra eum, vt dicit idem *Montal.* cuius verba inuenies impreſſa *in deciſ.*
2.Milan.nu.100.lib.2.& in fin.huius commen.
160 Prædictam concluſionem limito † non procedere,quando in cõtractu ſubiugatorio ſub-
iugans impoſuiſſet cenſum ſuper certa domo ſibi aliquo modo debita,cũ ſua fuerit ex nunc
pro tunc facta dicta recuperatione, ſeu acquiſitione ; quia eo caſu puto, quod contra ter-
tium detentorem iſtius domus ita ſubiugatæ,& obligatæ,facta dicta acquiſitione rectè pro-
cedi poterit vigore Reg.pragm.*vt eſt tex.notab.in l.ſi fundus,§.aliena res,ff.de pignor.Bart.*
in l.2.§.in ſpeciem circa medium eod.tit.Bart.Bald.& Salic.in l.cum res,C.ſi aliena.res pign.
Neguſ.de pignor.3.memb.8.par.nu.15. vbi dicit, quod licèt à principio obligatio nõ value-
rit, ſed fuerit in ſuſpenſo,tamen purificata poſtea conditione, quia res effecta ſit debitoris,
valebit obligatio vſque à principio, etiam quò ad directam hypothecariam ; nam debitor
verbis expreſſis voluit obligare adueniente cõditione ; nec obſtat dicere quod Regia prag.
dat exequutionem contra tertium poſſeſſorem rei ſpecialiter obligatæ, & quæ ſit in domi-
nio ſubiugantis: nam quo ad ſpecialitatem iam eam habemus, cum dictum fuerit in ſpecie
ſuper tali domo,vel aliquo alio prædio; quò verò ad id quod dicitur de dominio ſubiugan-
tis tempore ſubiugationis, iam habemus iura, *& Doct.* quæ contentantur,quod in ſpeciali
hypotheca in qua requiritur dominium de præſenti, vt agi poſſit directa actione hypothe-
caria, ſufficiat vt debitor tempore obligationis habeat ius ad rem, tantò fortiùs ſi dictum
fuerit ſi ſua erit, quo caſu nullũ eſſe dubium dicit *Bart.in d.§.in ſpeciem*, & ſtatuta loquen-
tia in materia iuris recipiunt ab eodem iure ampliationes, reſtrictiones , & declarationes,
ideò ſufficit quo ad probandum extremum dominij , quod probetur eo modo , quo lex in
ſimili caſu , vbi expreſſe requiritur contenta eſt ; & ideò aliàs cùm fuiſſet impoſitus cenſus
ſuper Baronia Caſtellutij ſtatim atque ſua erit, fuit deciſum per M. R. C. quod ſubiugatio
ſubſiſteret,& ſic reijecit oppoſitiones in anno 1583. in fauorem Pauli de Cannizario: & ra-
tiò differentiæ huius quæſtionis à præcedenti eſt, quia ibi prædium nõ erat ſpecialiter obli-
gatum, ſed ſimpliciter ſubiugatio facta fuit ſuper iure ad rem, in præſenti verò cõcluſione
adeſt ſpecialis hypotheca, *vide in mea deciſ.150.lib.2.*
161 Intellige verò ſupra firmata dummodò quod cenſus † fuerit impoſitus ſuper alijs rebus,
& prædijs: nam ſi tantummodò fuerit conſtituta ſubiugatio ſuper prædio,quando ſuũ erit,
talis contractus non erit iuxta formam Bullæ , quia à principio debet celebrari ſuper præ-
dio in ſpecie vt dictũ eſt, & de ſui natura fructifero vt infra dicam, nec poteſt ſtare in pen-
denti, vt valeat ex tractu temporis purificata conditione, quia à principio non interuene-
runt ſubſtantialia ipſis Bullæ , & de hoc dicto in ſimili vide quæ ponam *infra in verb. pecu-*
nia numerata .
E *Reſolutionis dominij.]* Et hæc opinio † ab omnibus eſt amplexa in Regno , & in praxi
162 ſeruatur vt refert *Milan.deciſ.1.nu.153.cum ſeq.* vbi tranſcribit totam quæſtionem Autho-
ris, *& deciſ.17.nu.21.lib.2.* & ego ſecundùm eam pluries iudicaui.
F *Subiugantis.]* Exceptio, quod res ſubiugata non erat in dominio ſubiugantis † admit-
163 titur in Bulla,& hodie in Regno opinio hæc Authoris eſt communiter recepta per M.R.C.
vt refert *Ioan. Aloyſ. de Sept.in quadam apoſtilla ſuper hac Bulla, Milan.deciſ.1.num.103.*
lib.2. et eſt ratio, quia pragm. hoc inducens in contractu Bullæ diſponit , quia vult , quod
cenſus imponatur ſuper rebus, et proprietatibus ſuis , ergo eſt fundamentum, ex quo in-
fertur, quod non ſolum ego poſſum excipere,et debeo audiri,quod iſta res non erat in do-
minio ſubiugantis, ſed ille agens debet hoc probare, cùm ille, qui tentat beneficiũ alicuius
conſtitutionis , debet ipſe probare qualitates requiſitas in conſtitutione *Bart. in l.1.§.ait*
prætor, ff.ne quid in flum.publ.cap.1.de electio.in 6.Iaſ.in l.non ſolum,§.ſciendum, ff.de nou.
oper.nuntia.verſic.2.col.penul.ſecundum Ioan.Andr.vbi refert,& ſequitur Bald.in l.hi qui
ad

ad ciuilia,C.de appell.& l.ſi quis non dicam rapere,C.de Epiſ.& Cler. & pro hoc,quod licèt
quis noo debeat audiri circa hoc, quod caſus ſuus non eſt talis,vt comprehendatur ſub illa
diſpoſitione dixit Franc.in cap.cupientes, §.quod ſi per viginti num.3. in gloſ. ibi in verſic.
comparere de electio.in 6.& quod not.Bar.& alij relati per Felyn.in cap.ex parte in 2.Falle.
de offic.deleg.Ancharan.conſil.270.in 1.dubio, ex quibus cõcludo, quod hæc exceptio,quod
bona non erant in dominio ſubiugantis admittitur in Bulla, & ita voluerunt Blaſc. Lanc.
Io.Aloyſ.de Sept.& cæteri addentes ſuper Bulla, & ita vtitur M.R.C. vt refert Milan.deciſ.
1.nu.59.lib.2.& deciſ.15.nu.2.& per totam eod.lib.

Sed quid ſi pater donauerat bona ſua filio abſenti cũ ſtipulatione notarij,& poſtea ſuper
164 dictis bonis ſubiugauit, an valeat ſubiugatio,& talis exceptio † admittatur ante acceptio-
nem rerum donatarum, et dic quod ſic ſecundum Paul.de Caſtr.conſ.171.& conſ.197.Dec.
cõnſ.598.Bello.conſ.76.in fin.Milan.deciſ.5.nu.45.lib.2.

G Generaliter.] Et ita tenet † Couar.variar.reſol.lib.3.cap.7.nu.5. Sot.de iuſti.& iur. art.
165 1.quæſt.5.concl.4.Corol.1.Grego.Lopez gloſ.3.quæſt.2.limit.2.in fin.Mattienz.in l.1.tit.15.
lib.5.de los cenſos gloſ.1.nu.5. Sarmie.lib.7.ſelecta. interpret.cap.1.nu.25.Felician.de cenſib.
lib.1.cap.8.nu.10.verſic.ſecunda conditio eſt,& Doct.omnes Regnicolæ ſuper hac Bulla, quos
refert Milan.deciſ.1.nu.55.vſque ad nu.91.lib.2.vbi refert dicta hic per Authorem, quibus
addo Molin. de iuſti.& iur. diſput.389.& Salas de cenſib.dub.7.num.9.cum ſeq.& dub.39.
Auenda.de cenſib.cap.57. tamen de hoc dixi latius ſupra litera A. et hodie vt ibi dixi habe-
mus Bullam Gregor. XIII. quæ confirmauit Bullam Nicolai hoc excepto: nam expreſsè
diſpoſuit, quod imponatur ſuper aliquo prædio in ſpecie,et deinde ſi voluerint contrahen-
tes poterunt addere obligationem generalem ſuper omnibus bonis, adeò quod opinio Au-
thoris non poteſt hodie procedere à tempore Bullæ Gregor. XIII. nec illorum, qui con-
tenti tantùm tranſcribendi Authorem vt aſſolent in omnibus eorum Collectaneis,mentio-
* nem non fecerunt de prædicta Bulla Gregor.XIII. quæ fuit emanata in anno 1574. *Adde
quod licet ſummus Pontifex ſtatuerit quod cenſus imponatur ſuper prædio, non tamen in-
tendit excludere pluralitatem prædiorum Nauar. de vſur.nu.113. quæſt.15. de huiuſmodi
Bullis meminit Salas de cenſib.dub.13.verſic.hinc infertur.

Sed quæro an ſubiugatarius habens bona ſpecialiter,et generaliter obligata poſſit ſe di-
rigere contra detentorem bonorum ſpecialiter, et indiuidualiter obligatorũ, non excuſſis
166 † bonis generaliter obligatis; et videbatur dicendum quod non per tex.in l.2.C.de pignor.
vbi gloſ.& Doct.notant, tu vide Surd.deciſ.44. vbi latiſſimè tenet contrarium,et reſpondet
167 ad prædictum text. In Regno ſolet in omnibus cõtractibus apponi clauſula † de ſtilo No-
tariorum; ita quod ſpecialitas generalitati nõ deroget, et è contra; quo caſu videtur ceſſa-
* re propoſita difficultas * Adde Anto. de Ball.quæſt.19. ſuper pragm.Alphon. qui ponit limi-
tationes Gabr.conſil.47.vol.2.Caſar.Barz.latè deciſ.56.nu.29.cum ſeq.

H Fructus.] Et ita voluit † Sarmient.lib.7.ſelecta.interpret.cap.1.nu.28.verſic.fructiferam,
168 et ratiò eſt vltra adducta hic per Authorem, quia fructus rei ſuper qua conſtitutus eſt cen-
ſus emi dicitur, ſen eius extimatio, vt tradunt Ioan. de Lignan. & alij quos allegat Gregor.
Lopez gloſ.3.quæſt.2.lim.2.& in l.28.tit.8.par.5.Auenda.reſp.17.nu.3.col.3.verſic.ex ſupra-
dictis patet, Sarmient.in præalleg.loco num.19. Rodoan. de reb.Eccleſ. non alienan.in rub.de
conſtit.ann.cenſ.nu.39.& ſeq.vſque ad nu.55.Viui.deciſ.369.nu.2.Molin.de iuſti.& iur.lib.
2.diſput.389.fol.893.verſic.quatenus verò,Cannet.ſuper cap.volentes verb.ſed præſtat nu.61.
* fol.196.& verb. ſucceſſiuè ſubnectitur nu.11.fol.164.* Roder.lib.2.quæſt.7.de ann.reddi.nu.
13.Fider.Martin. de cenſib. capit.4.num.7. vbi poſuit varias illationes. Doctiſſimus Andr.
Fachin.lib.2.controue.iur.44.Iacob.Chirc.Blaſc.& alij,quos refert Milan.deciſ.3.nu.61.&
deciſ.1.nu.76.& 115.lib.2. vbi etiam more ſuo refert dicta hic per Authorẽ, imò oportet,
quod fructus rei ſuper qua conſtituitur cenſus equet portionẽ ipſius cenſus, alioquin con-
tractus velut fraudolentus, et qui eſt ſine ſubiecto,et materia,erit nullius momenti,vt dixit
Author noſter hic, et ita voluit Nauar.de vſur.nu.73.& 74.& 86.Lupus in tract.de vſur.
com.2.§.2.nu.81.Menocch.conſil.445.nu.12.& 13.qui dicit hanc opinionem et rationi, et
equitati conſonam eſſe Boccac.in tract.de cenſib.par.1.n.39. Ludouic.Lopez in tract.de con-
tract.lib.1 cap.60.verſic.deinde iam tandem fol.402.et ita eſt diſpoſitum per ſtatutum Gua-
dalupe.cond.3. et ibi multa ponit eius Gloſator Pizarro verb.de les tales heredades, vbi hoc
probat multis rationibus,et authoritatibus ibi videndis, & in verb.& mucio mas,& verb.
notabile,& in condit.6.verb.neceſſarias verſic.ſimiliter ſi tertia.Felician.de cenſib.lib.1.cap.
4.nu.7. vbi alios refert Milan.d.deciſ.1.num.70.lib.2. quidquid dixerit Honded. in conſil.
58. num. 99. vol.1. quodſi cenſus eſt impoſitus ſuper prædio cuius medietas eſt apta illum
ſoppor-

ſopportare, cenſetur impoſitus ſuper illa medietate, quia neminem allegat, et nihilominus
in contrarium eſt veritas ex prædictis. Eman. Sa. de cenſib. condit. 2. in princ. ſed vide diſtin-
ctionem traditam per Salas tit. de cenſib. dub. 7. num. 5. & ſeq. vbi alios allegat Auenda. de
cenſib. cap. 53.

169 Quam concluſionem intelligo † dummodò quod res ſubiugata faciat tot fructus tempo-
re ſubiugationis impoſitæ, ſecus ſi ex poſt facto res fuerit effecta infructuoſa, vel ſterilis in
parte, ex qua tot fructus ſufficientes ad cenſus impoſiti ſatisfactionem percipi non poſſent,
quia contractus erit eo caſu validus, & ſatisfactio fiet ſuper alijs bonis debitoris, ita dixit
Milan. deciſ. 3. nu. 66. qui allegat Surd. conſil. 162. nu. 15. vol. 2. vbi dat rationem: nam ſicuti
cenſus non augeretur auctis redditibus, ita non minuitur illis diminutis ſecundum Abb. poſt
gloſ. in cap. prohibemus nu. 3. & ſeq. de cenſib. Beltran. conſil. 238. nu. 4. vol. 2. & in nu. 20. vbi
allegat ad hoc in terminis Guid. Pap. deciſ. 8. & alios vt ibi per eum, vſque ad nu. 25. Foller.
ſuper Bulla in verb. tanquam nu. 61.

I Conſumpta.] Dixi ſupra † in litera A. verſic. ſed quid ſi perijt, tu adde hic Mattienz. in
170 gloſ. 1. tit. 15. lib. 5. recopill. num. 5. Couar. variar. reſol. lib. 3. cap. 7. num. 5. verſic. primum
itaque, & omninò Pizarr. ſuper extrauag. 2. de empt. & vendit. verſic. pecuniam ipſam. Salas
de cenſib. dub. 33. & Auenda. de cenſib. cap. 60.

K 171 Ius luendi.] Et ita fuiſſe deciſum † in M.R.C. refert Milan. deciſ. 9. nu. 4. lib. 2.

L Pecunia numerata.] Sed pone, quod ego debeam † tibi centum ex vna cauſa, & non
172 habeam pecuniam præ manibus prontam, an pro illis tentum poſſim conſtituere cenſum
annuum, nõ obſtante, quod nõ interueniat pecunia, & reſponde quod ſic, ex vulgato conſil.
173 Pariſ. 75. vol. 4. quia debitum † ex vna cauſa poteſt conuerti in debitum Bullæ ex fictione
l. ſingularia, ff. ſi cert. pet. dummodò quod debitum ſit verum, & realiter conſtet, ex Pariſ. d.
conſil. 75. nu. 32. & ſeq. Surd conſil. 162. nu. 38. & ſeq. Caſſan. conſil. 63. nu. 19. & 20. Campi-
xan. ſuper Bulla, aliàs enim poteſt opponi exceptio pretij non ſoluti Milan. deciſ. 6. nu. 21.
& ſeq. lib. 2. Quæ quidẽ concluſio abſq; dubio procedit in terminis Bulla noſtra Nicolai V.
174 ibi, pretij, vel recepti, & ideò Bulla † verificatur in ſpecie redacta ad pretium l. liberam in
gloſ. & ibi Bart. C. de ſenten. & interloq. l. ſi quis aliam, ff. de ſolut. l. ſi prædium, C. de euictio.
cum ſimil. quia verba Bullæ cõſentiunt, dum dicunt, recepti, ſeu pretij, maximè, quia datur
ſecundùm voluntatem contrahentium, ad quod Bart. in l. ſi talis ſcriptura in princip. ff. de
175 leg. 1. dicit, quod vnus contractus † venditionis ſpecificè poteſt tranſire ad alium, ſcilicet
priuilegiatum Angel. in l. ſingularia cum ſimil. ff. ſi cer. pet. & ita tenent Blaſc. Lanc. Petr. Pi-
tril. Aloyſ. de Sept. Montal. Campixan. & cæteri. Adden. ſuper hac Bulla, ſequitur Surd. d.
conſil. 162. nu. 38. cum ſeq. vol. 2. & ita determinat Milan. deciſ. 2. n. 45. lib. 2. vbi dicit, quod
dicta per Surd. rectè procedunt in terminis noſtra Bulla Nicolai V. & in deciſ. 9. num. 69.
vbi alios cumulat poſt Rodoan. de reb. Eccleſ. non alien. rub. de conſtit. ann. red. nu. 61. Lupus,
qui de communi teſtatur in tract. de vſur. commen. 2. §. 2. num. 60. idem voluit Foller. ſuper
Bulla in verb. huiuſmodi nu. 95. vbi dicit, quod ſi quis mutuauerit pecuniã Titio, & Titius
non habens pecuniam pro eadem vendit annuum cenſum ſuper eius bonis, valet iſte con-
tractus, vt in facto conſuluiſſe refert Beltrand. conſil. 91. incip. ex propoſitis nu. 7. lib. 3. Tiraq.
in tract. de retract. in fin. nu. 135. & ratiò eſt vt ſupra dixi, quia breui manu fingitur pecu-
nia ſoluta creditori, & per creditorem ſubiugantem traditam d. l. ſingularia, & melior tex.
in l. ſi prædium, C. de euict. Andr. de Iſer. in conſtit. in aliquibus col. 8. Nauar. conſil. 1. nu. 2. &
conſil. 7. num. 5. de empt. & vendit. & in tract. de vſur. num. 88. verſic. eſt tamen, vbi ampliat
176 † prædictam concluſionẽ procedere etiam ſtante Bulla Pij V. quod quando pecunia antea
ſoluta fuit, emptor cenſus ſit tutus in foro conſcientiæ, cum Pius V. era ratione ſtatuerit
integrum pretium in pecunia numerata ſolui debere tempore impoſitionis cenſus, vt frau-
des euitarentur, quæ ratio ceſſat, quando conſtat pecuniam verè fuiſſe ſolutam antea, & ſe-
cundùm hanc opinionem fuiſſe deciſum non obſtante diſpoſitione d. Bulla Pij V. per Re-
galem Cancellariam refert Ioan. Guttier. pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 176. ſub nu. 2. vbi alios al-
legat Honde. conſil. 35. lib. 2. Ludou. Molin. de iuſt. & iure diſput. 390. lib. 2. licèt contrarium
teneat Felician. de cenſib. lib. 1. cap. 8. nu. 13. verſic. Rurſus, & lib. 2. cap. 5. num. 17. Auenda. de
cenſib. capit. 43. vbi alios cumulat. Tamen quidquid ſit in terminis Bulla noſtra Nicolai V.
abſq; dubio procedit propoſita concluſio, cui addo Viui. deciſ. 369. n. 5. Hond. conſ. 17. n. 22.
* lib. 2. * Anton. de Ball q. 5. ſupra prag. Alphon. Roder. de ann. reddi. lib. 1. q. 11. nu. 3. verſic. in ſe-
cundo caſu, Surd. conſil. 160. n. 38. & conſil. 511. n. 6. Fabi. Turett. conſ. 36. vol. 3. & nouiſſimè
Salas de cenſib. dub. 8. nu. 5. verſ. quoad ſecundam vero partem verſ. contrarium tamen. Anto.
Gomez. de cenſib. n. 12. Eman. Sa. verb. cenſus, n. 3. Leſi. de iuſt. & iur. cap. 22. dub. 12. n. 80.

Quid

Quid ſi debitor promittat creditori ſe certo tempore ſoluturum, & ſi nõ ſoluerit pro ea ex tunc ſuper prædijs conſtituit cenſum, an talis contractus ſit validus? in hac quæſtione *Felicia. de cenſib. lib. 1. cap. 8. nu. 15. in fin. verſic.* Hincque illicitum arbitror, tenet hanc formam conuentionis illicitam eſſe, motus quia tempore quo incipiet redditus currere, pecunia præſens non eſt; Sed contrarium eſt verius vt tenent *Couar. variar. reſolut. lib. 3. cap. 4. nu. 6. & 8. Gomez de cenſib. in 4. condit. Roder. de annu. reddit. lib. 1. quæſt. 13. nu. 4. verſic. ſecundo infertur, & lib. 2. quæſt. 15.* & fatetur idem *Felician. loco præalleg. in fin.* dum ſubdit pactionem hanc ſepenumero vidiſſe approbatam regio diplomate.

177 Sed quid ſi daretur nomen debitoris, † quòd debetur ab extraneo, et idem dicendum eſt per ſupradicta in præcedenti quæſtione; verùm quia vel reſpectu extimationis debiti, vel propter litis impenſam, vel propter ſalaria exactorum minùs conſequi poteſt venditor, vel cùm effectu conſequitur ex traditis per *Corn. conſil. 37. nu. 3. verſic. nec tantùm in 2. vol.* vbi in terminis hoc ponit, faciunt *not. per Alex. de Neuo conſil. 95. nu. 3. & 6. Maſcard. de probat. conclu. 661.* et dictum nomen debiti his deductis non aſcenderet ad vncias nonaginta octo in circa, ſi cenſus fuiſſet impoſitus ad decem pro centenario, videtur quod nõ ſit pretium condecens vnciarum decem annualium, et cum Bulla ſe fundet ſuper quantitate certa, contractus alio modo celebratus reſcinditur, et nullus eſt vt dixit *Bald. in l. 2. quæſt. 12. C. de reſcin. vendit. Blaſc. Lanc. & Io. Philip. de Paternione ſuper Bulla.* Ideò arbitror, quòd

178 niſi cenſus † ſit conſtitutus ad minus de decem pro centenario talis cõtractus ſaperet vſuram; niſi dicas cum *Milan. in deciſ. 2. lib. 2.* quòd cõtractus ſit validus quoad ſummam exactam, et ita fuiſſe deciſum refert per Tribunal Regij Patrimonij, et in cauſa appellationis coram Præſidibus Regni in anno 1588. de quo dicam alibi loco ſuo **Adde Roder. de annu. reddit. lib. 1. cap. 13. nu. 35.*

179 Sed videndum eſt cui incumbat onus probandi pretium † cenſus fuiſſe ſolutum, et quod ad emptorem pertineat tenet *Bongior. ſuper Bulla in verb. pretij*, vbi ait ꝙ de hac ſolutione pretij debet conſtare, aliàs poteſt opponi exceptio pretij non ſoluti, et videtur ſufficere negare, etiam ſi in inſtrumento confiteatur ſibi ſolutum ita videtur tenere *Caſſan. conſil. 63. num. 19. & 20. in 2. dubio, Parij. conſil. 75. lib. 4. Dec. conſil. 421. num. 12. & 13.* et ſequitur *Pancald. ſuper eadem Bulla.*

180 Tu dicas, quod aut in inſtrumento venditor confitetur pretium † habuiſſe per Bancum, vel per alium inſtrumentum, et tunc procedunt *deciſ. præallegatæ* ſecundùm quas ego iudicaui pro Barone Careni contra Donnam Angelam del Boſco in anno 1598. quia de relato debet conſtare, et ideò ex quo pretium ibi erat confeſſatum per Bancum, et non conſtabat de ſolutione facta in Banco iudicaui, quod oppoſitiones ſtarent **vide Anto. de Ball. quæſt. 18. ſuper pragm. Alphon. Anenda. de cenſib. cap. 44.* vbi omninò vide, *& cap. 45.*

181 Si verò interuenit confeſſio pretij † iurata in contractu cum renuntiatione exceptionis

182 non numeratæ pecuniæ, tunc nõ requiritur alia probatio, quia confeſſio † de recepto probat verã numerationẽ pecuniæ *l. pecuniæ* vbi *Bald. C. de ſolut.* et hoc iure vtimur in Regno vt dicit *Milan. deciſ. 6. nu. 21. 22. & 23. lib. 2. Burſat. conſil. 214. nu. 1. verſic. quarto lib. 2.*

183 Amplia dicta in *num. 179.* in tertio poſſeſſore, † quia ipſe tenetur oſtendere ſolutionem non factam, et ipſi incumbit onus probandi vt dicit *Ramondect. ſuper Bulla in verb. recepti, Maſcard. conclu. 1324. nu. 45.* ſecundùm vltimam impreſſionem *Milan. d. deciſ. 6. nu. 24.* et ita fuit probatum in cauſa Luciani Corſu in fauorem cuius fuit iudicatum in menſe Octobris 1606. per Iudices Reg. Cur. Præt.* et ego iudicaui pro Agata lo Blanco contra Ioannem Caſtella de anno 1605. et quia hæc concluſio non ſemel fuit coram me diſcuſſa in his Tribunalibus, ideò arbitratus ſum eam infraſcriptis argumẽtis corroborare, et primo quia in materia hac prohibita, et ſuſpecta, pactis ac conuentionibus partium ſtandum non eſt *ad tex. in l. per diuerſas, C. manda. Alex. conſil. 36. lib. 2. Crauett. conſil. 145. num. 7.* niſi aliter veritas probetur *l. qui teſtamentum, ff. de probat. gloſ. in l. ſi donatione, C. de collat.* quam opinionem communem dixit *Dec. conſil. 132. nu. 2. Pariſ. conſil. 75. nu. 32. lib. 4. Felicia. de cenſib. lib. 1. cap. 8. nu. 15.* et ita fuiſſe iudicatum refert *Roder. lib. 1. q. 13. nu. 4. verſic. ex quo etiam infertur.* Item quia ad ſubſtantiam redditus requiritur pretium, et non ſufficit confeſſio de recepto, vbi requiritur actualis, et vera ſolutio *Anchar. conſil. 338. nu. 2. & in cap. 1. de reb. Eccleſ. non aliena. in 6. verſic. tertio nota* vbi dicit non eſſe curandum de confeſſione partis vbi non poteſt libere renuntiare.

Ampliatur hæc concluſio etiam ſi pars confiteatur aliquam partem pecuniarũ recepiſſe *ad tex. in l. 2. C. de nonnume. pecun. Roder. in ſupra proxi. loco allega.* vbi limitat prædicta ſi debitor longo tempore redditum ſic conſtitutum ſponte creditori perſoluiſſet, et aliæ frau-

dis coniecturæ non extarent, quia tunc præſumeretur ſors redditus debitori ſoluta à principio, ex traditis *per Crauett. de antiquita.tempo.3.par.§.vidimus in genere nu.26. Burgoſ. de Paz conſil.15.num.28.*

M *Venditionis.*] Dicitur hic quòd Bulla loquitur de contractu venditionis, quæro an cen-
184 ſus † poſſit cõſtitui alio titulo, quàm emptionis, et vẽditionis, et quod ſic, dixerunt *Crauett. conſil.217.nu.4.Foller.super Bulla verb.huiuſmodi nu.66.* vbi dicitur, quod poteſt conſtitui titulo legati, donationis, tranſactionis, dationis inſolutum, et ſimilium, ſequitur *Menocch. de præſumpt.lib.3.præſumpt.107.nu.7.cum seq.lib.1.Bon. in tract. de cenſib.art.25.Don Iacob.de Graff.deciſ.caſu.conſcien.tit.de cenſib.cap.118.nu.15.* * *Adde Anton.de Ball.super prag. Alphon.quæſt.12.* et multos alios caſus vide per *Fider. Martin.cap.3.nu.3.cũ seq.& nu.24.* Sed quia iſti *Doct.* generaliter loquuti ſunt, ideò ſigillatim, et de vnoquoque titulo aliqua breuiter magis in ſpecie adnotanda eſſe putaui.

185 Poteſt igitur primo cõſtitui cenſus titulo legati, † puta ſi teſtator legaret vncias tot annui redditus ſuper tali fundo, eo enim caſu valebit legatũ *l.3.§.vlt.ff.de annu.legat.* et erit talis fundus hypothecatus, et obligatus *vt dixit Io.Garſias in tract. de expenſ.& meliorat. cap.4.nu.30.Petr.de Salazar in tract.de vſur.& conſuetud.cap.11.nu.34.Felician.de cenſib. lib.2.cap.5.nu.7.Foller.vbi supra num.67.* vbi dicit quod poteſt procedi contra quemlibet eius poſſeſſorem, ad quem peruenerit fundus obligatus *secundũ Caſſan. in conſuet.Burgun. in tit.des cenſes.Specul.& alios per eum relatos* * quod intellige etiam in cenſu vitalitio, quia poterit conſtitui titulo legati, ſiue donationis *Molina de contract.diſput.388.nu.2.*

186 Quam cõcluſionem amplia † procedere ſiue legatum fuerit factum ſine pretio, ſiue pro aliquo pretio debito, dummodo, quod decem pro centenario non excedat iuxta formam noſtræ Bullæ, & facit *tex.not.in d.l.3.§.vlt.ff.de annu.lega.* vbi dicitur, ſi cui certa quantitas legetur, & quoad præſtetur in ſingulos annos certum aliquid velut vſuras iuſſerit teſtator præſtari, legatum valet, ſed in vſuris hactenus debet valere, quatenus modum probabilem vſurarum non excedit, & ratio eſt quia vbi teſtator expreſſit ſe legare ius cenſus, quia cum cenſum eſſe voluerit, non potuit vltra modum legitimum legare *arg.tex.l.nemo poteſt, ff.de leg.1.* * quibus adde *Roder.de annu.reddit.lib.3.quæſt.6.nu.3.verſic.poteſt, Fider.Martin.de cenſib.cap.3.nu.3.& nu.7.* vbi ampliat in donatione cauſa mortis *Nauar.in cap.ſi feneraueris, & quæſt.3. nu.98.* & an legato cenſu teſtatori debito penſiones decurſæ pertineant ad hæredem, vel legatarium, *dixi in deciſ.115.lib.2.*

187 Poterit ſecundò loco cenſus † conſtitui *tit. donationis* vt dicunt *Foller. Menocch. & alij supra relati*, & ratio eſt, quia licet alicui ſe obligare *tit.donationis* ad præſtandam in ſingulos annos certam quantitatem, vel ad tempus, vel in perpetuum vt dicit *tex.& ibi Doct.in l.vlt.C.de rer.permut.Roma.conſil.302.nu.1.*

188 Poterit tertiò loco cenſus † cõſtitui titulo tranſactionis, puta ſi prætendens tu à me centum, tranſigimus ad effugiendas litium expenſas, vt pro illis conſtituam vncias decem annuales, & rendales iuxta formam Bullæ, & valebit contractus ex verbo, recepti, appoſito in Bulla vt ſupra reſolutum eſt in *verb.pecunia numerata, litera L.Auenda.latè in tract.de cenſib.cap.42.vbi hanc sequitur opinionem D.Mut.deciſ.73.nu.7.*

189 Poterit & quartò cenſus † conſtitui datione inſolutum; quæ aliud non eſt † niſi quando
190 aliquid datur pro debito vt dixit *Bart.in l.eleganter, ff.de pignor.actio.& ibi Bald.& Caſtr.* & in iſtis duobus vltimis caſibus nulla eſt difficultas, quin cenſus ſit iuxta formã Bullæ, tan-
191 tò magis, quia datio inſolutum † ſpecies venditionis eſt *l.naturalis, §.1.ff.de præſcript.verb. l.vlt.ff.quib.cauſ.in poſſ.ſſ.eat.* ibi, item is, qui rem in ſolutum accepit *Alcia.conſil.109.nu.3. vol.1.Tiraq.de retract.lignag §.1.gloſ.10.nu.1.*

* Item poteſt conſtitui iure feudi vt dixit idem Author in *tract.de conceſſ.feud.par.2.q.6.* cum ibi per me additis, & dicitur feudum de camera *Scrad. par.2.cap.3.nu.82.Sonsb.par.8. nu.24.Hannet.lib.1.cap.4.de feud.Martin.de cenſib.cap.3.nu.4.* & appellatione immobilium continetur *Cæſ.Bart.deciſ.109.*

Item conſtitui iure dotis in contractu dotali *Sot. de iuſtit.& iur. lib.6.q.5. art. primo in corpore, Nauar.in cap.ſi feneraueris 14.q.3.num.99. Couarr.variar.reſol.lib.3.cap.1.nu.3. verſic.octauo*, vbi teſtatur in Hiſpania parentes dotem præmiſſam nõ ſoluentes alternatiue condemnari, aut dotem promiſſam, aut generi ſuper patrimonio dotem conſtituant *Fider. Martin.cap.3.nu.8. Roder.de annu.redd.lib.2.q.14.nu.19.* vbi ponit à quo die currat cenſus, ſi fuerit conſtitutus ex nunc pro tunc non ſoluta dote, & cõcludit quod à die cõtractus *Felician.lib.2.cap.5.nu.18.* & multa diximus *in deciſ.103.lib.2.Auenda.de cenſib.cap.10.*

Item conſtitui poteſt in teſtamento *Fideric.Martin.cap.3.num.24.cum ſeq.* & nouiſſimè

plura

plura adducit *Auenda.de cenſib.cap.3.& 4.* Sed an poſſit cenſus dici conſtitutus ex tempo-
ris curſu ſoluendi cenſum, & negatiuè concludit *Auenda.d.tract.cap.5.*

Sed illud fuit valde controuerſum, an cenſus conſtitutus titulo legati, vel donationis, &
ſic duobus primis caſibus à me poſitis,dicatur iuxta formã Bullæ, & habeat priuilegia Re-
192 giæ Pragmaticæ, † adeò vt contra tertiũ poſſit procedi via exequutiua,& videbatur dicen-
dum quod ſic per *deciſ. Foller. in d.verb.huiuſmodi nu.68.* quia dicit ipſe,teſtator fingitur
cogitare idem, quod ius ſecundũ *Bald.in l. pracibus 14.col.de impub.& alijs ſubſtit.& in l.
eum patrem in fin.C.de condit inſer.* & præſumitur ſuam diſpoſitionem velle intelligere, &
modificare ſecundùm iuris municipalis diſpoſitionem *Alex. conſil.14.vol.4. Imol.in l. fin.
ff. de condit.& demonſtr.* Item præſumitur velle, quod leges habeant locum in teſtamento
ſuo, niſi conſtet de contraria voluntate *Bald.in l.quadam in fin.col.verſic.ſi autem non di-
xit, C.de iur.delib.* & ſecundùm hanc opinionem fuit deciſum in M.R.C.in cauſa cuiuſdam
de Crapanzano.

193 Contrariam opinionem † veriorem eſſe arbritror,& primò, quia Bulla loquitur tantùm
de contractu emptionis, et venditionis ibi (pro venditione annualium) et ibi (per huiuſ-
modi cenſualium venditiones ſubueniri) et ibi (inter venditores, et emptores) et ibi (per
venditiones prædictarum cenſualium) et ibi (vendendi, et emendi) et ibi (de quibus inter
ementes, et vendentes) ſed Regia Pragmatica priuilegiat contractũ celebratum iuxta for-
mam Bullæ Nicolai, quæ vt dictum eſt loquitur tantùm de emptione, et venditione, ergo
in eo tantùm locum habet eius diſpoſitio.

Secundò in terminis ita decidit *Felician.de cenſib.lib.2.cap.5.nu.8.verſic. Ex qua reſolu-
tione infero,* vbi dicit non eſſe neceſſarium, vt redditus in teſtamento relictus conſtituatur
ad rationem vnius pro quatuordecim (hoc enim in Hiſpanijs dicitur iuſtum pretium vt ibi
per eum) quoniã lex Regia diffiniens pretiũ cenſus redimibilis de cenſu loquitur,et reddi-
194 tus in teſtamento † relictus cenſus nõ eſt,ideoq; eius legis pręfinitione non cõprehenditur.

Tertiò, et vltimò idem affirmauit *Boccacc.de cenſib.par.1.nu.86.& par.2.num.64.& 65.*
195 dum dixit cenſus conſtitutos in legato, et donatione, et ſimilibus non comprehendi † ſub
diſpoſitione Pij V. quæ loquitur ſolùm de cõtractibus cenſuum pecunia ſub titulo emptio-
nis,et venditionis quæſitis allegat *Nauar.de vſur.nu.98.gloſ.17.ſequitur Ludouic Molina
de iuſt.& iure lib.2.diſp.391.clauſula duodecima fol.920.verſ. Non verò eſſe in illa,* Et ideò
dicit ipſe *Boccac.* apponi poteſt quodcumque pactum.

Et ſecundùm hanc concluſionem fuit deciſum in Sancto Officio pro Ioanne Vellanona
contra Don Vincentium de Gregorio me patrocinante de anno 1593. idem fuit deciſum
per M. R. C. de anno 1597. contra Antonium lo Iudice in fauorem Franciſci Paternò, et
alibi pluries.

Quam concluſionem amplio etiam ſi in legato, vel donatione prædicta adeſſent illa ver-
196 ba (iuxta formam Bullæ, † nam *vt infra reſolutum inuenies litera Y.verſic.quaro tertiò, &
è conuerſo nu.260.* iſta relatio ad Bullam non poterit operari, quin ſubſtantialia ipſius Bul-
læ interueniſſe dicantur.

197 Intelligo † tamen pręd icta procedere niſi in legato ipſo,vel donatione interueniſſet pre-
tium, ſeu taxatum inueniatur : nam ſatis videtur adeſſe, ſi legatum,vel donatio facta fuerit
propter benemerita, ſeruitia,vel elemoſinam ex verbo,recepti,in Bulla appoſito, cùm non
ſit neceſſaria pecunia numerata;& ſimiliter ſi fuiſſet appoſitum pactum de retrouendendo,
& cenſus ſit conſtitutus ſuper prædio in ſpecie, nam in caſu prædicto concludo talem cen-
ſum ita conſtitutum eſſe iuxta formam Bullæ, et habere priuilegia Reg.Pragm.et ita credo
intelligendam eſſe doctrinam *Foller.* et ſecundùm hanc concluſionem ego iudicaui contra
Ludouicum Rodano de anno 1598. vbi agebatur cõtra tertium poſſeſſorem cuiuſdam loci
ſpecialiter obligati in legato facto pro maritãdis puellis in vntijs viginti pro qualibet, pro
pretio vnciarum ducentarum gratia redimendi mediante,quibus ſtãtibus reieci oppoſitio-
nes tertij poſſeſſoris, et ita fuit exequutum. Idemque procederet ſi cenſus ita legatus cum
requiſitis ſit ad vitam conſtitutus, vt fuit iudicatum in Sancto Officio contra Ill. Duciſſam
Bisbonæ. * Prædicta pariter procedent ſi teſtator in teſtamento mandauerit quod legatum
ſoluatur ex fructibus talis fundi, vel de tali fundo, tunc enim dicitur res in ſpecie obligata,
& cenſui obnoxia,ex quo Bulla non facit fundamentum in dictione, ſuper, ſed quod res ſit
certa, et cenſui obligata, vt dixit *Laurent.Rodulf.in capit.conſuluit quaſt.12.verſic. ſoluit.
Bongior. de cenſib.art.25.nu.52.* vbi habetur quod ſiue res ſit deſignata, ſiue dictum ſit ex
agro,inducitur hypotheca ſpecialis,et cenſus de fructibus illius rei debetur,ad idem *Foller.
de cenſib.verſic.huiuſmodi nu.113.& nu.114.Fabr.in §.item ſeruiana num.34.verſic.& vt*

melius inſt.de actio, vbi alios refert *Caſſan.in Conſuet.Burguñ.tit.des cenſes rubr.*11.*§.4.in verſic.ſup.ſol.*1414.*Milan.deciſ.*2.*nu.*115.*in principio lib.*2.et ſolum attenditur legati exequutio, ſeu demoſtractio vnde ſit ſoluendum *Gaſp.Rod. de annu.reddi.lib.*3.*quæſt.*6.*nu.*25. et poſſeſſor illius rei tenetur ad illam præſtationem poſt *Aret. & alios Crauett.conſil.*217.*nu.*5.*Molin.de contract.diſput.*383.*nu.*10. et ita fuit iudicatum die 6.Iunij 1607. pro Don Scipione de Grimaldis contra Don Marcum Antonium de Grimaldis.

Item quæro an legatarius fundi obligati annuo redditui poſſit cogere hæredem, vt redimat cenſum, ſi teſtator ſciebat eum obligatum, et nihil dixit de redditu; Author quidam *Gallus in conſuetud.Pariſie.*1.*par.§.*11. *affirmatiuè* reſpondet,ſubdens ita fuiſſe iudicatum per Senatum Pariſienſem, tu diſtinguas quod aut redditus eſt redimibilis, et procedit opinio prædicta iuxta *tex.in l.ſi res obligata, ff.de lega.*1.*l.melius, §.fundo de leg.*1.*l.qui poſt, C. de codicil.l.predia,C.de fideicommiſſ.l.licet de dot.præleg.Paud.de Caſtr.in d.l.ſi res obligata,* vbi etiam ponit qua actione ſuccurrendum eſt legatario in caſu prædicto contra hæredem *Iaſ.ibidem nu.*27. niſi redditus ſit limitatè cõſtitutus ſuper re legata ita quod nec teſtator nec hæres tenebatur ad redditum, ſed ſola res obligata,tunc enim onus redditus ad legatarium ſpectaret in futurum, vt notat *dictus Author in loco præallegato,* et ſequitur *Aluarad. de conſettu.lib.*2.*cap.*2.*§.*1.*nu.*46.*Roder.de annu.reddit.lib.*2.*q.*1.*nu.*6.*in fin.* quamuis contrarium voluerit *Padil.in d.l.pradia num.*11.*& ſequitur Salazar de vſu.& conſuet.cap.*11.*nu.* 6. moti ea ratione, quod cenſus redimibilis ſit ſeruitus,quod verum non eſt *ſecundum Roder.vbi ſupra,* et ideò licet ſtante priuilegio Reg.Pragm. vt detemptor legatarius cogatur ſoluere, poteſt tamen cogere creditorem ad cedendũ actiones cõtra hæredem *ſecundũ Iaſ. d. nu.*27. ſi verò redditus ſuper re legata ſit perpetuus,hæres non tenetur luere vt per *Albe.in l.ſed mihi, §.hæres, ff.commod.Aluarad.in loco præallegato.*

Ex præcedenti oritur alia quæſtio,& erit practicabilis,an cenſus annui nõ ſoluti per hæredem grauatum facta reſtitutione fideicommiſſi, ſolui debeant per hæredem hæredis grauati,vel fideicõmiſſarium; articulus eſt ſubtilis,*& Doct.varia dixerunt,* nam quod ad fideicommiſſarium ſpectet,ex multis tradit *Anton.de Ball.ſuper prag.Alphon.quæſt.*34.*motus ex conſil.Petr.Surd conſil.*92.*lib.*1. Contrarium autem tenuerunt domini de Conſilio Neapolitano *ſecundum Vinc.de Franc.deciſ.*13.*& deciſ.*49.

Ego autem circumſcripto priuilegio Regiæ Pragmaticæ, per quod fideicõmiſſarius omnino cogitur ſoluere,vt detentor rei ſubiugatæ,& obnoxiæ annuo redditui,teneo firmiſſimè ſecundam opinionem approbatam per Sacrum Conſilium; durum enim eſſet quod hæres grauati ſibi perciperet fructus hæreditatis, & modo onus redditsuum hæreditariorum non ſolutorum ſpectaret ad fideicommiſſarium *ad not.per Vinc. de Franc.in d.deciſ.*49. *ex doctrina Paul.de Caſtr.conſil.*16.*nu.*4.*lib.*2.in nouis,vbi expreſsè determinat,quod fideicommiſſarius,in quem fuit facta reſtitutio,non teneatur pro tempore, quo hæres poſſedit, ſed hæres hæredis, quem ſequitur *Iaſ.conſil.*95.*col.*2.*lib.*1. *Natt.conſil.*321.*lib.*1.*& conſil.*323.*nu.*5. nam de fructibus ſoluenda ſunt onera *ad tex.in l.apud Iulianum, §.hæres, ff.de leg.*1. Nec *Surd.ex aduerſo allegatus* loquitur de onere annui redditus nõ ſoluti tempore quo hæres poſſedit; ſed tantum firmat concluſionem (quæ veriſſima eſt) quod onus legatorum,& hæreditariorum ſpectet ad fideicommiſſarium, *ad text. in l.* 2. *& l. fin. C. ad Trebellia.* quia hæreditas tranſit in fideicõmiſſarium cum onere legatorum, & in eum tranſeunt omnes actiones actiuæ, & paſſiuæ, in tantum quod creditores,& legatarij velint nolint, tenentur conuenire fideicõmiſſarium, ex multis quos ipſe allegat, ſed dum tangit articulum prædictum *in num.*14. firmat concluſionem noſtram allegando *Caſtr.Iaſ.& Natt.* & ideò ſoluendo fideicommiſſarius facta ſibi iurium ceſſione à creditore ſubiugatario poterit cogere hæredem hæredis grauati ad ſoluendum.

Ex prædictis infero quod licet ſuccedens ex pacto,& prouidẽtia teneatur ad cenſum impoſitum pro cenſibus decurſis maturatis in vita Baronis pro cauſa legitima afficiẽte ipſam Baroniam, prout eſſet dos de Paragio, & ſimiles de quibus per *Petr. de Gregor.in tract. de conceſſio.feud.par.*2.*q.*10.*iuxta tradita per Blaſc.Lancea in repeti.capit.volentes,& alios per me allegatos in apoſtilla ad Petr. de Gregor. in tract. de dot. de parag.q.*36. de qua meminit *Ball. in d.q.*34.*nu.*17. & ſeruari in Magna Curia teſtatur *Milan. deciſ.*8.*lib.*1.*nu.*360. *cum ſeq.& deciſ.*13.*nu.*4.*lib.*1.& ego non ſemel vidi iudicari in ſupremis his Tribunalibus reiecta opinione *Cannet.& dixi in deciſ.*56.*nu.*11.tamen tenebitur hæres Baronis ſuper bonis allodialibus ſoluere cenſus maturatos pro tempore quo Baroniã poſſedit, ſucceſſori in Baronia per *deciſ.relatas in præſenti quæſtione;* & propterea hodie inſtante ſucceſſore in feudo ſit iniunctio Baroni, quod ſoluat cenſus non per tertios ad obtinendam ceſſionem iurium

contra

contra Baroniam,ſed ſoluantur per ipſum met Baronē, aliàs ceſſiones ſint nullæ,& ſi hodie ſuper hoc extet nouiſſima Pragmatica ſuper iurium ceſſione,quæ nunquam fuit ſeruata.

198 Sed quæro de notabili concluſione, & quæ aliàs accidit in puncto, an Iudex † in ſententia poſſit cōſtituere annuum cenſum, puta vt vnus ex litigantibus certam quantitatē alteri præſtare cogatur, & quandiu non præſtiterit, in ſingulos annos ſoluat ad rationem de decem pro centenario, & pro parte affirmatiua videbatur dicendū, quod licita eſt obligatio,
199 † qua quis conſtringitur ad aliquid faciendum ſub pœna,tàm iure Canonico *cap. dilecti de arbitr.cap.ſuam de pen* quàm iure Ciuili *l.qui fidem,ff.de tranſact l.ſi pacto quod pænam,C. de pact.l.cum proponas,C.de dol.& latiſſimè Burſat.conſil.*320.*nu.*85.*vol.*3.& non ſolùm per
200 contractū,vt † præcitatis legibus, ſed etiam per vltimam voluntatem *l.*1.*C.de his,quæ pen.*
201 *nomi.§.vlt.inſt.de lega.* et per ſententiam † arbitri *d.cap.dilecti,* et per ſententiam Iudicis *d cap. ſuam.*

202 Pro parte verò negatiua facit quia cenſus † non poteſt conſtitui alio titulo quā emptionis, et venditionis, et pecunia præſente, cum pacto de redimendo, et alijs ſubſtantialibus, ergo non poteſt conſtitui per ſententiam.

Sed *Nauar.in comment. de vſur.nu.*90.*&* 100. prædictis, et alijs deductis ita diſtiuguit;
203 † quod ſi lis fuit mota ſuper rebus conſiſtentibus in numero, pondere, et menſura, ſententia non valeat, ſi verò lis fuerit agitata ſuper rebus alijs, vim et robur firmitatis obtineat, et adducit rationem diuerſitatis inter vtranque, nempè, ꝙ pæna pecuniaria impoſita contra debitorem rerum mutabilium præſumitur adiecta in fraudem vſurarum,impoſita verò ſuper alijs minime, niſi adiecta fuerit à ſolito fenerari iuxta *gloſ.in l.pænam, ff.de vſur.*

204 *Felician.verò lib.*2.*de cenſib.cap.*5.*num.*13. reiecta opinione † *Nauarr.* tenet indiſtinctè eam ſententiæ formam viribus non ſubſiſtere, quam concluſionem comprobat multis fundamentis,tamen ommiſſis alijs meo iudicio illud videtur ſatis vrgere ex ſententia Papiniani Iuriſconſulti in *l.*1.*§.ſocius.ff.de vſur.*ibi.(Nec tamen Iudex iudicij bonę fidei rectè iubebit interponi cautiones, vt ſi tardius ſententiæ condemnatus paruerit, futuri tēporis pendantur vſuræ, cùm in poteſtate ſit actoris iudicatum exigere *Paulus notat,* quid enim pertinet ad officium Iudicis poſt condemnationem futuri temporis tractus,) ex quibus verbis demonſtratur Iudicem non poſſe debitorem condemnare, vt quandiu non paruerit ſententiæ ſoluat vſuras, quod ibi dicit notare *gloſ.Odoſ.Butrig.Bart.Floria.Fulgoſ.& Salic.Salas de cenſib. dub.*14.

205 Sed in contrarium † eſt *tex.in l.* 1.quem non allegat ipſe *Felician.C.de ſent.quæ ſine cer. quant.* dum dicitur (cum Iudicem,quoad pecunia cōdemnationis ſoluta fuiſſet, dependendis vſuris legem dixiſſe profitearis,non contra iuris formam ſententiam datam palam eſt,) ex quibus verbis demonſtratur Iudicem poſſe iudicare de vſuris futuri tēporis, donec ſolueretur ſors, vt ibi notat *gloſ. in verb. vel quinto Bart.Bald.Salic.& alij* * *Fideri. Martin. de cenſib.cap.*3.*nu.*12.vbi multis hanc opinionē probat argumentis,& reſpondet contrarijs *Roder.lib.*1.*quæſt.*16.*nu* 23.*cum ſeq.*

206 Tu dicas, † quod aut vſuræ competunt officio Iudicis, & procedit *tex.in d.§.ſocius,* aut verò competunt ex ſtipulatione, et ſic iure actionis, et locum habet ſupradicta *lex* 1.*C. de ſent.* et ita videntur concordare has leges *gloſ. Bart.& Bald.in dictis locis.*

207 Vel dicas aut † eſt in poteſtate creditoris petere ſortem, et procedit *tex in d.§. ſocius,* ibi, cùm in poteſtate ſit actoris iudicatum exigere, aut nihil poteſt imputari creditori, vt petat ſortem, quia ipſe petit, et facit quantū poteſt in ea exigenda,et eo caſu poteſt Iudex pronuntiare ſuper vſuris futuris *iux.d.l.*1. et ita dicit ibi *Bart.*

Et ex his apparet quod non procedit ita de plano reſolutio poſita per *Felician.in d.loco ex prædictis. Adde Auenda.de cenſib.cap.*40. vbi ponit plures caſus.

208 Quid dicendum in hac difficultate,et diſtinguendum putaui; Aut intereſſe quòd prætenditur à creditore non eſt probatum in proceſſu; et debitor non eſt in mora ſoluendi ſtante aliqua iuxta cauſa,et Iudex pronuntiando non poteſt condemnare debitorem ad ſoluendū quid annuum quamdiu ſortem non ſoluerit. Aut verò intereſſe eſt probatum, ſed non ſpecificè quantum interſit; et debitor eſt in mora ſoluendi, vt puta quia abſque aliqua iuxta cauſa denegat ſolutionem,et eo caſu concludo indubitanter, quod Iudex ex officio poterit in ſententia condemnare debitorem ad ſortem, et quandiu nō ſoluerit, ad ſoluendum quid annuum pro intereſſe,ita dixit *Bart.in l.*1.*C.de colon.illiri.lib.*11.*Aret.in l.diuortio, §.item ſi meſſes, ff.ſol.matrim.Socci.in tract.fallen.reg.*3.*caſ.*33.*Menocch.de arbit.iudi.lib.*2.*Centu.*2.*caſ.*119. *à Gamma deciſ.Luſitani.*110.*nu.*4.vbi allegat *Doct.in l.vnica, C.de ſent.quæ pro eo.*vbi vide *Rebuff.nu.*56.et omninò adde *Ioan.Lup.in tract.de vſur.commen.*1.*§.*6.*nu.*127. *& ſeq.*

209 *& ſeq.* vbi dat rationem, quia intereſſe † difficilem in ſe continet probationem, vt dicunt
præcitati *Doct. Anchar. quæſtio. famili. lib. 2. q. 33. nu. 15. Doct. in l. non ignorat, C. de fruct. &*
lit. exp. & l. ſemper, §. hoc interdicto, ff. quod vi aut clam. et ita fuit ſeruatum in cauſa pro
hæredibus Philippi de Luchinis contra Sindacũ, et Iuratos Ciuitatis Meſſanæ per Tribunal
Sacri Regij Conſiſtorij, in quo tunc temporis erant Iudices Genitor meus, et Don Iulius
Cæſar Gaetanus, et erant Iudices adiuncti in cauſa Illuſtriſſ. Don Modeſtus Gambacurta
Tribunalis Regij Patrimonij Præſidens, et Don Balthaſſar Gomez de Ameſcua Excellentiſſ.
Proregis Conſultor Domini mei, vbi fuit condemnata dicta Ciuitas ad ſoluendum pretium
ſiliginum, ſeu Germanorum, et intereſſe ad rationem decem pro centenario in caſu retar-
datæ ſolutionis infra dies viginti à die prolatæ ſentẽtiæ numerãdos die 7. Iulij xij. Ind. 1599.

Conſtabat enim in proceſſu de intereſſe paſſo per dictos de Luchinis ob pretium dictorũ
Siliginum non exactum ratione damni, et lucri ceſſantis, et de mora ipſorum debitorum:
nam fuerant condemnati per tres ſententias ad ſoluendum dictum pretium; quo caſu rectè
210 poterat Iudex † appellationis condemnare ad vſuras, vt dixit *gloſ. in d. l. 1. C. de ſent. quæ.* &
hanc etiam opinionem ſtante mora, ac intereſſe creditoris firmare videtur *Felician. in d.*
loco verſic. quarto vbi ex mora creditoris, &c.

211 Sed quidquid ſit inſpecto iure communi ex ſupra deductis, tamen in terminis noſtræ Bul-
læ non poterit Iudex conſtituere annuum cenſum iuxta formã Bullæ in ſententia, quia talis
contractus fieri debet inter contrahentes mutuo conſenſu, item cum pacto de redimendo,
& alijs ſubſtantialibus, & requiſitis à Bulla Apoſtolica, & de hoc non eſt difficultas faciunt
not. per Ludou. Molina in tract. de iuſt. & iur. lib. 2. diſput. 391. & per Felicia. in loco allegato.

N *Incontinenti.]* Contrarium † videtur determinare *Milan. deciſ. 2. lib. 2.* vbi dicit validũ
212 fuiſſe iudicatum contractum cenſualem ex pecunijs exactis poſt celebrationem dicti con-
tractus. Item facit ad hoc deciſio *Corrad. de contract. tract. 4. q. 79. verſic. ſecunda ſuppoſitio,*
dum quæ ſint ſubſtantialia contractus emptionis cenſus quærit, pretium conuentũ, & con-
ſtitutum, licet non numeratum ſufficere arbitretur.

213 His non obſtantibus contrariam † opinionẽ veriorem eſſe arbitror ex dictis per Autho-
rem hic, & ratio eſt in promptu, quia interim annualia iura currerent abſque aliqua ſolu-
tione ſortis contra omnia iura, *Doctores, & Bullas Apoſtolicas. Adde Salas poſt multos rela-*
tos de cenſib. dub. 31.

Secundò faciunt verba ipſius *Bullæ Nicolai V.* ibi (principalis pretij, ſeu recepti) & ſic de-
notat, & vult conſtitutio ipſa pretium cenſus receptum, & non recipiendum ad validitatem
ipſius contractus cenſualis, dum reſpicit tempus præteritum; adeò vt verum erit dicere,
quod non recepto pretio cenſualia iura currere non poſſunt, & contractus ex quo deficit
in forma, & ſic in receptione pretij, eſt ipſo iure nullus *Ioan. Franc. de Ponte conſil. 64. nu.*
27. & conſil. 81. nu. 7. vol. 1.

214 Nec talis cõtractus validus dici poterit ſi pecunia † poſt tempus fuerit ſoluta, quia talis
ſolutio non poteſt tribuere formam, & eſſentiam contractui ſubiugatorio antea facto, niſi
de nouo fieret cõtractus cum nouis pactis, & cõuentionibus, vt in terminis conſuluit *Aret.*
in conſil. 128. in 2. col. vbi in contractu emptionis, & venditionis à principio non interuenit
conſenſus, ſed poſt tempus, determinat ibi *Aretin.* quod contractus eſt nullus, quia cùm à
principio defecerit vnum de ſubſtantialibus ipſius contractus, & ſi ex poſt facto interuene-
rit, non fuit ſufficiens ad validandum contractum ipſum, ſed requirebatur, quod de nouo
celebraretur, & ratio huius concluſionis eſt meo iudicio, quia partes non poſſunt reſuſci-
tare obligationem iam extinctam, licet de nouo facere poſſint, vt dixit *Bald. in cap. Impe-*
rialem, §. inſuper de probib. feud. alien. per Feder. Doct. omnes in l. ſi vnus, §. pactus ne peteret
de pact. Surd. deciſ. 113. & in terminis voluit *Milan. deciſ. 8. nu. 48. lib. 2.* & ante cum *Vaſq.*
de ſucceſſ. creat. §. 26. limit. 31. nu. 101.

Tertiò ego moueor, quia in terminis noſtræ Bullæ Nicolai V. non poteſt haberi fides de
215 pretio, † vt ex verbis ipſius Bullæ demoſtratur (ibi recepti, ſeu pretij) illud enim verbũ, pre-
tij, intelligitur de pecunia numerata *§. item pretium inſti. de empt. & vendit.* et verbum, re-
216 cepti, † excludit haberi fidem de pretio, cùm ſit verbum præteriti temporis diuerſum, et
contrarium à futuro, et ita determinat Author noſter hic, quem ſequitur *Campixan. in*
quadam apoſtilla ad Bullam prædictam, Felician. de cenſib. lib. 2. cap. 5. nu. 17. verſic. tertio, &
vltimo fol. mibi 186. vbi alios allegat, ergo ſequitur, quod dato quod partes vellent contra-
ctum valere; et ſolui pretium poſt tempus hoc facere nequirent, quia eſſet contra for-
217 mam Bullæ; aliud enim non eſt habere fidem † de pretio, quam ſi diceretur, quod pretium
ſoluatur ad certum terminum, vt dixit *Bertaccb. in tract. de Epiſcop. in 4. par. lib. 4. quæſt. 43.*

verſic.

verſic. quando autem dicatur, Cin. & poſt eum Salic. in l.inciuile, C. de rei vendic. Matth. Brun.conſil.50.nu.3.circa medium.

Quartò hanc opinionē in terminis tenuit *Ludouic.Lopez de contract.lib.1.cap.57.verſic. ad quartum argumentum fol.mihi* 364. vbi determinat, quod in cenſu non poteſt pretium
218 † concredi, ſed debet interuenire in continenti, et dat ibi rationem, quia non eſt præſumendum ab emptore cenſus, quod venditór cenſus, qui oppreſſus neceſſitate ſuper prædio ſuo cenſum vendidit,velit concredere pretium, licet ſe concredere velle fateatur,ſicut neq; vſurarius credere debet mutuato neceſſitate adiecto ad pendendum ſub vſuris, quod gratis velit vſuras dare, licet ipſe mutuatarius ita fateatur, tum quia in foro exteriori præſumeretur mutuum cùm vſura cenſus ille, in quo ſolutio integra indigenti venditori cenſus non fieret, quia pro iſta indigentia præſumeretur minùs iuſto prætio pro cenſu dare *arg. cap.primi de plus peti,§.plus autem inſtit.de actio.* et idem ſequitur licet nō alleget *Felicia. de cenſib.lib.1.cap.8.n.11.verſic.quarta conditio eſt.*poſt multos *Roder.de annu.reddi.quæſt. 13.nu.3.ad fin.Rebell.de oblig.iuſti.par.2.quæſt.1.nu.21.Salas de cenſib.dub.8.*vbi ſecundum hanc concluſionem concludit.

Quinto hanc opinionem ſequitur *Nauarr.in commen.de vſur.nu.85.* vbi dicit, quod in-
219 tegrè ſolutio † pretij à principio fieri debet.

Sextò facit *Michael de Palatio lib.4.praxis Theologicæ cap.6.fol.309.col.2.& fol.310.col.*
220 *1.lib.4.* vbi dixit neceſſarium eſſe, vt pretium † interueniat tempore celebrati contractus, quia contractus cenſualis eſt venditio de præſenti, nō in diem, ſiquidem ab hora initi contractus cōſtituens cenſum manet debitor ſoluendi penſionē annuam, ideò neceſſe eſt, quod pecunia ſit præſens, et integra ex qua recipiens fiat debitor, et eum ſequitur *Marcus Antonius Berarducius in Summa Corona confeſſorum tit. de vſura circa contractus cenſuales fol.*288. vbi ſic ſcribit. Sexto vt cenſus ematur pretio iuſto,vt poſſit aſcendere vſq; ad quatuordecim pro centenario, et pretium ſoluatur in pecunia numerata tempore contractus.

Septimò idem voluit *Rodoan. de reb.Eccleſ.non alien.rub.de conſtit.annu.reddi.quæſt.18. nu.2.* vbi dicit ſecunda conditio eſt quod iuſto, et competenti pretio ematur annuus cenſus, et quo tempore celebratur contractus integraliter numeretur pecunia.

Octauò hanc concluſionem expreſsè firmauit *Pizarro ad ſtatutum de Guadalupe gloſ. y futuros in illis verbis,*et hoc apertius probatur ex *not.per Abb.& communiter Doct.in cap. in Ciuitate de vſur.* vbi omnes *Doct.* cōmuniter tunc redditus credunt licitos, quando bona ſuper quibus imponuntur ſunt de præſenti ipſius imponentis, et pretium eſt præſens, et ius redditual e, quod emitur, eſt etiam præſens.

Nonò eamdem opinionem ſequutus eſt *Felician. de cenſib.in lib.1.cap.8.num.11.verſic. quarta conditio eſt,* vbi infert *Pium V.* non ſtatuiſſe de nouo, vt in creatione cenſus pecunia ſit præſens,et numerata, nam antea,et ex natura rei, ac iure diuino,et naturali, ac etiā de forma Bullæ Martini ad ſubſtantiā,validitatem, et iuſtitiam cenſus eſt neceſſaria præſentia,et numeratio pretij contemporanea ipſi formationi contractus,et in *lib.2.cap.5.nu.17.*
* *cum ſeq.*vbi latiſſimè,et multos ex prædictis allegat * *Stefan.Gratian.deciſ.224.per totam.*

Decimò, et vltimò,vt aliquem ex *Noſtratibus adducam*, hanc opinionem cum Authore hic firmat *Cannet. in quibuſdam allegationibus* pro Cæſare de Cannitio contra Hyeronimum de Centurione, quas habeo originales in *vol.1. alleg.fol.*391. vbi firmat contractum ſubiugatorium,in quo ſolutio pretij facta fuerat poſt decem,et nouem dies,eſſe nullū, quia ab initio tempore celebrati contractus requirebatur pretium, et in ſolutione poſtea facta requirebatur, quod de nouo celebraretur contractus ex *Aretin.quem allegat in ſupracitato conſil.*128. ac etiam mouetur quia in Bulla non poteſt haberi fides de pretio, et ſecundùm hanc concluſionem fuit iudicatum per M. R C. et Illuſtriſs. Præſidem eiuſdem Tribunalis Ioannem Franciſcum de Rao virum vndequaq; eruditiſſimum pro Illuſtriſs.ac Excellentiſs. Marchione Hieracij contra Baronem Caſtellutij die 1. Settembris 14.Ind.1599.et cùm ad eiuſdem Baronis iſtantiam fuiſſet de nouo cauſata exequutio vigore eiuſdem contractus in Tribunali Sancti Officij fuit prima vice Referente D. de Fallaris iudicatū contrariū,tamen in iudicio reuiſionis Referentibus D.Vito Lombardo, et Horatio Vannio Regijs Conſiliarijs, et Tribunalis S.R.C. meritiſſimis Iudicibus, ac etiam Hyeronmo Veglia cauſarum patrono accuratiſſimo in cauſa cōſultoribus electis fuit interloquutoria reuocata die 28. No-
* uembris 1600. et votatum quod contractus ſit nullus iuxta ſententiam M. R. C. * *dixi in deciſ.94.vol.1.& vide quæſt.Macera.44.lib.1.Anton.de Ball.quæſt.18.ſuper pragm.Alphon. & quæſt.2.vbi ſuper hoc vltimo fundamento.*

Non obſtant allegata in contrarium, & primo ex *deciſ. 2. Milan. lib.2.* vbi contractus

ſubiu-

ſubiugatorius fuit validus declaratus ex pecunijs poſteà exactis; cum ibi à principio cenſus
fuerat conſtitutus cum pretio recepto : nam venditor habuit iura ceſſa contra nomina de-
bitorum, & ſic à principio fuit ſatisfactum de pretio ipſi venditori ſtante eius voluntate;
ſecus verò quando à principio fuit pactitatum de pretio de contanti,& ſolutio fuerit facta
poſt tempus, quia eo caſu deficit conſenſus ipſius venditoris, qui aliter cenſum non conſti-
tuiſſet ſi pretium de contanti habere non ſperaſſet.

Secundò non obſtat deciſio *Corrad.in d.quaſt.79.* vbi dicit ſufficere pretium eſſe conſti-
tutum licet non numeratum, nam ſi benè conſideretur, eius dicta procedunt,vt cenſus re-
ctè conſtitutus dicatur ſi nõ interueniat de præſenti pretium numeratum, ſed in eius ſatiſ-
factionem fuerit aliquid receptum ex verbis noſtræ Bullæ Nicolai ibi recepti.

Supradicta concluſio tantò fortiùs procedet ſi in cõtractu ſubiugatorio fuerit cõceſſum
pretium per Tabulam, vel Bancum, & tamen ſolutio reperiatur facta poſt tempus, vt erat
caſus Excellentiſſimi Marchionis Hieracij : nam tunc etiam in terminis iuris cõmunis con-
221 tractus eſt nullus, quia à principio defecit conſenſus † circa precium, vt de forma requiri-
tur per *gloſ. in l.2.in verb.conſentio, ff.de contrab.empt. Mozz.in tract.de empt.& vendit.
in tit.de ſubſtantialibus num.55.in fin.* vbi dicit quod in pretio debet eſſe conſenſus, aliàs
impeditur, & per conſequens venditio *l. in venditionibus cum duab. ſequen. ff.de contrab.
empt.* ibi in caſu propoſito quando partes fuerunt concordes,quod pretium ſolueretur ad
decem pro centenario, & per Tabulam ſtatim, & de contanti, quia ita præſumitur,tam ex
mente contrahentium, quæ attendi debet vt dicit *Alex.conſil.34.nu.3.vol.2.Tiraq.l. ſi vn-
quam in verb.libertis nu.58.C.de reuoc.donat. Decian.reſp.44.num.7.vol.1. Molina de pri-
mog.Hiſpan.lib.1.cap.4.num.19.& 20.* & de conſenſu reciproco per verba contrahentium
apparet in hoc, quia pretium dicitur eſſe ſolutum per Tabulam, & per conſequens de con-
tanti, & ſtatim tempore contractus, non autem voluerunt partes,quod haberetur fides de
pretio, quia emptor voluit ſoluere de contanti, & venditor voluit habere pretium ſtatim,
& propterea non dicitur in iſto caſu, quod venditor habuit fidem de pretio per *tex.* & ibi
Bart. omninò videndum in *l.ſi quaſi, ff.de pignor.actio. gloſ. in l.in ciuile, C. de rei vendic.
Fab.de Mont.in tract. de empt.& vendit.quaſt.5.nu.37.cum ſeq.& Benè Fan. de pignor.3.
memb.6.par.nu.39.* licèt in terminis noſtræ Bullæ non poſſit haberi fides de pretio,vt ſupra
probatum eſt; & ideò conſenſus reciprocus fuit iſto modo adhibitus circa pretium,vt ſol-
ueretur ſtatim,et ſi non fuit ſolutũ,deficit conſenſus,& per conſequens cõtractus eſt nullus
per ſupradicta, & ita determinat *Cannet d.alleg.* licèt per alias rationes.

Non ommittam dicere, quod ſecundùm aliquos ſi ſolutio reperiatur facta poſt paucos
222 dies † puta octo,vel decem,eo caſu cenſetur habita fides de pretio,& potuit imputari cre-
ditori, qui forſitan non præſentauit apocam in Banco,vel Tabula *iux. gloſ. in d.l.in ciuile
in verb.fuerit,C.de rei vendi.* & ita audio fuiſſe aliquando obſeruatũ,& iudicatum; ſed meo
iudicio niſi conſtet impedimentum fuiſſe ex parte venditoris; nec etiam poſt duos dies ſo-
lutionem factam valere credo in terminis noſtræ Bullæ Sed ſi realiter pecuniæ extaſſent in
Tabula, vel Banco etiam ſi per mille annos nõ fuit præſentata apoca per creditorem, cen-
ſualia currerent, quia pretium verè ſolutum dicitur,ſed ex facto creditoris nõ eſt receptũ,
& ſoluiſſe dicitur, cùm per eum ſteterit, cui erat ſoluendum *l. Iulianus ait, ff. de condit. &
demonſtr.l.3.in princ. ff.de ſta.libr.Surd.deciſ.117.nu.9.*

O *Sed aliqua res.*] Et hoc ex illo verbo recepti † appoſito in noſtra Bulla,vt communiter
223 tradunt *Blaſc.Lanc.Petr.Pitrol.Aloyſ.de Sept.Montal.& cæteri addentes ſuper hac Bulla in
d.verb.recepti,* & ita fuit iudicatum in M.R.C. in cauſa Michaelis Lauriana, et Ioanne Ma-
nella vbi ſubiugatio erat facta pro pretio cuiuſdam muli,vt refert *Milan.deciſ.2.nu.26. &
27.lib.2.* idem dixit *Rodoan.de reb.Eccleſ.non alien.rub.de conſtit.ann reddi.nu.61.Nauar.
* in tit.de empt.& vendit.conſil.28.* Roder.de annu.reddi.lib.1.quæſt.13.num.1.cum ſeq.* qui
diſtinguit plures caſus,et ad hoc facit *tex.* in terminis in *l.in pretij,C.de reſcind.vend.cuius
verba ſunt, pretij cauſa non pecunia numerata, ſed pro ea pecoribus inſolutum conſentienti
datis contractus non conſtituitur irritus,* ex quibus verbis dicunt *Doct.* ibi quòd emptio,
et venditio conſiſtere poteſt in re extimata ad pecuniam, facit etiam *tex.in l.ſi pro mutua,
C.de reb.cred.* vbi quælibet ſpecies communi conſenſu extimata poteſt dari loco ſortis ſub
vſuris. *Auenda.de cenſib.cap.37.38.& 39.* vbi latè multa cumulat in materia.

224 Tamen in terminis *Bullarum † Martini, Caliſti,& Pij V.* cenſus conſtitui debet in pe-
cunia numerata; imò in Regno Neapolis adeſt *pragm. in tit. de contract.* vbi tales cenſus
conſtitutos ſine pecunia numerata, ſed in rebus extimatis declarat nullos, et vſurarios, et
punit contrahentes, et Notarios, vt refert *Viui.deciſ.365.nu.5.* et de hoc latè *Felician. de
cenſib.*

*cenſib.lib.*1.*cap.*4.*nu.*10.vbi etiam de iure communi contractum nullum eſſe aſſerit,et optimè tradiderunt *Moder.Pariſ.de vſur.quæſt.*23.*nu.*29.

225 Sed an cenſus † poſſit ſolui aliter, quam in pecunia puta ſi do tibi ſalmas centũ frumenti, vt mihi des ſalmas decem quolibet anno, et Author noſter concludidit quod ſic, et ita tenet *Nauar.poſt gloſ.extrauag.Pij V.quæſt.*3.*nu.*104.*Lup.de vſur.commen.*2.*§.*2.*nu.*56.*&* 58.*Thom. Boninſegn.de cenſib.cap.*2. et eſt communis opinio, vt refert *Ioan. Battiſt. Leon. Bart.in gloſ.Bullæ Pij V.in verb. pro cenſibus temporis fol.*18. et ita concludit *Milan.deciſ.*

* 6.*nu.*19. et dicit ſecundum hanc opinionem fuiſſe iudicatum, vt ibi per eum *lib.*2. * *Adde Roder.de annu.reddit.lib.*1.*quæſt.*12.*vbi num.*7. ponit quæſtionem ſi valor excedat *Fider. Martin.cap.*4.*nu.*104.*cum ſeq.Felician.lib.*1.*cap.*4.*nu.*10.*&* 15.*D.Scipio Rouitus in eruditiſſimis eius adno.in d. prag.nu.*4.*Auenda.de cenſib.cap.*46.*&* 47.

P *Decimam.*] Et ita diſpoſuit noſtra Bulla, † et quod ſit iuſtus valor tenuit *Brunor. Aſole*

226 *quæſt.*4.*in lib.diuerſa quæſt. vbi meminit de hac Bulla, & nu.*6. dicit eſſe cõmunem opinionem *Lup. de vſur.commen.*2.*§.*2.*nu.*74. vbi alios cumulat *Milan. deciſ.*6.*nu.*11.*lib.*2.*Boccac.de cenſib.par.*1.*nu.*75.*& par.*3.*num.*50. *Foller.ſuper Bulla in verb.dummodò per totum Felician.de cenſib.lib.*2.*cap.*1. vbi latiſſimè, et ibi etiam de pretio cenſus ad vitam, de quo

* vide *not. per Surd.in tract.de alimen.tit.*9.*quæſt.*11.*nu.*20.* Sed in Hiſpania pretium eſt ad rationẽ quatuordecim pro quolibet ex lege Regia, et cõprehendit clericos,vt dixit *Roder. de annu.reddit.lib.*1.*quæſt.*6.*nu.*49.Sed an poſſit cenſus ita conſtitutus vendi minori pretio quam à principio fuerit conſtitutum vide *Roder. de annu. reddi. qui allegat pro, & contra lib.*1.*quæſt.*8. et reſidet cum diſtinctione, vt ibi per eum *Felician.lib.*2.*cap.*1.*nu.*43.

227 Sed quid ſi pretium † excedat decimam partem vide infra *in* 7. *quæſt. Authoris per me ibi annotata in* 4. *quæſtio.*

Et an poſſit vendi minori pretio, vide *Giurb.deciſ.*117. *Salas de cenſib.*

Q *Pactum.*] Dicam infra *in quæſt.*7.

R *Diuerſus eſt.*] Differentias inter annum redditum, et Ius emphiteoticũ vide per *Roder. lib.*2.*quæſt.*22.*Fideric.Martin.cap.*1.*nu.*194.

228 Sed an ſubiugatarius † poſſit cogere tertium poſſeſſorem prædij ſubiugati ad faciẽdum actum recognitorium cum obligatione in forma pro cenſu debito ſuper dicto prædio, et in hac quæſtione *Petr. Salaz. in tract. de vſur.& conſuetud. cap.*11.*nu.*63. dicit quod non poteſt cogi.

229 In contrarium eſt veritas ex duobus, et primò, quia actio reſpectiua ad rem hypothecatam; et actio perſonalis in remſcripta tranſit in ſingularem ſucceſſorem,et ſequitur fundum,et contra eum, qui percipit fructus fundi obligati,vt latè probat *Euerard.conſil.*174. *& tradit Fan.de pignor.in* 3.*memb.*8.*par.nu.*12.*& alij infiniti*, vnde cum poſſeſſor prædij ſubiugati teneatur actione perſonali, et contra eum poſſit agi, prout poterat contra ſuum authorem, qui impoſuit cenſum, diciturq; annualis debitor dicti cenſus,et per conſequens cogi poterit ad faciendum actum recognitorium,ſeu obligatorium.

Secundò quia ſubiugatarius agit ex illa actione perſonali tranſacta in ipſum poſſeſſorẽ, quia tenetur ſoluere dictum cenſum, nec non recognoſcere, vt dominum illius iuris percipiendi annuum cenſum ex illis, vt *Couarr.variar.reſolut.lib.*3.*cap.*7.*num.*6.*&* 8.*Guid.Pap. deciſ.*17.*&* 417.*Boccac.in tract.de cenſib.par.*1.*nu.*26.et hanc opinionem quod tertius poſ-

230 ſeſſor † poſſit cogi ad faciendum actum recognitorium, tenet vltra *Couarr. & Guid. Pap. Felician.in tract.de cenſib.lib.*2.*cap.*6. et licet ipſe ad hoc allegat *Tiraquell. Caſſ. & Foller.* tamen ego non uidi hoc dicentes illos *Doct.* ſed loqui in alijs terminis, et ſecundùm prædicta alias fuit iudicatũ per M.R.C.& S.R.C.pro Comite Montiſmellis contra Don Ioſeph de Gregorio, et cum fuiſſet ſimilis caſus coram me uti Iudice diſputatus pro patribus Ordinis Minorum delli Scalſi cum Antonio Bonuicino ita iudicare uolebã, ſed partes ampliùs

* non comparuerunt,credo quod ſe concordarunt **Adde Roder.lib.*2.*q.*9.*nu.*56.*&ſeq.*

231 Amplia primò † hanc concluſionem, ut nõ ſolùm tertius poſſeſſor cogi poſſit ad faciendum dictum actum obligatorium, ſed etiam ad renouandũ confinia prædij ſubiugati,ut ex *Bon.in tract.de cenſib.art.*60.*nu.*92.*dixit Maur.Burg.in ſuo eruditiſſimo tract.de Laudim. par.*3.*in ſpect.*9.*nu.*2.*Bongior.in verb.immobilia vbi allegat Alex.in l.ſi finita,§.eleganter,ff. de dam.infect.Fider.Martin.de cenſib.cap.*4.*nu.*241.*& ſeq.*

232 Amplia ſecundò ut talem actum recognitoriũ facere debeat tertius poſſeſſor † cum pacto de non opponendo et alijs clauſulis, et conditionibus ſolitis apponi in ſimilibus, ut in guarentigia reſoluit *Antoni.Maſſa Galleſ.ad form.Camer.obligatio.*3.*par.quæſt.*3.*nu.*3.*poſt Benedict. de Bart.in tract.de guarateg.in* 5.*quæſt. prima partis Gabelli. Milleloq.*196.*incip.*

G *Quamuis*

Quamuis debitor. et ratio eſt in promptu, quia recognitio interponitur ad effectū,ut poſſit competere ius exequutionis cōtra ipſum recognoſcentem, *vt dixit gloſ.Pariſien.§.11.nu. 19.Felician. in præallegato loco ante nu.*8. et cum hæc ſit mens, et intentio contrahentium proculdubio ſeruanda erit, quoniam aliàs inſtrumentum recognitionis non haberet paratam exequutionem,et hæc opinio meo iudicio uerior eſt, quidquid in contrarium dixerint *Bart.& Angel.in l.ſi pupillus, ff.de nouat.Angel.in l.in omnibus, ff.de iudic.Bart.in l.ſi finita,§.eleganter col.2.& ibi Alex.num.*30.31.*&* 32.*ff.de damn.infect.* ubi uolunt debitorem, licèt teneatur conficere creditori inſtrumentum de iure ſuo, non cogi illud facere ſub guarentigia, et ſequitur *Roder. Suar.in l. poſt rem iudicatam in declaratione ad legem.Regiam quæſt.6.verſic.Item quæritur*, quia ut dictum eſt contraria opinio uerior eſt,et ea ſeruatur quotidie in ſimilibus ſententijs: nam ſemper per Iudices dicitur cogatur facere actum recognitorium in forma, & ita ego vti Iudex ſeruaui, & ſeruari vidi.

233 Intelligo tamen prædictam concluſionem, vt tandiù talis recognitio † obliget tertium poſſeſſorem, quandiù poſſideat rem, pro qua coactus fuit recognoſcere, quia reſpectu rei poſſeſſæ dicitur facta obligatio; & ideò etiam ex proprio contractu non tenetur, vt dixit *Couarr.variar.reſolut lib.3.cap.7.nu.6.verſic.Hinc etiam deducitur gloſ. Pariſien.§.11.nu. 19.Felician.in d.cap.6.lib.3.verſic.Tertiò inquirendum ſe offert*, & ita aliàs fuit deciſum per Reg.Cur.Præt.& interloquutoria fuit cūfirmata per M.R.C. vt refert *D.Antonius Xibecca in quibuſdam allegationibus* pro Bernardino Triolo: nam fuit dictum, quod ſtarent oppoſitiones conductoris,qui ſe obligauerat ſoluere quaſdam ſubiugationes cenſuarijs, & ſubiugatarijs abſentibus cum ſtipulat. Notarij, ex quo non ſteterat toto tempore conductionis in domo, & obligatio erat correſpectiua cauſa rei conductæ, Et his addo *Tiraq.de retract. lignag.§.1.gloſ.18.nu.39.***Adde Anton.de Ball.ſuper prag.Alphon.quæſt.1.Nauarr.de vſur. quæſt.22 Vincen.de Anna ſingul.16.* & faciunt notata per *Milan.deciſ.11.lib.2.Auenda.de cenſib.cap.96.nu.7.& ſeq.& cap.99.* vbi vide quibus noceat huiuſmodi recognitio.

234 Intelligo ſecundò, vt talis recognitio † noceat recognoſcentibus, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, omnibuſque his qui ab illo cauſam, & titulum habeant, vt tradit *Guid. Pap. deciſ.272.& conſil 147.Guglielm. de Benedict.in cap.Raynutius in verb.& vxorem nomine Adelaſiam nu.450.in 5.deciſ.de tert.fol.mihi 129. Alciat.lib.3.reſpon.conſil.15.nu.3.Pariſ. §.1.gloſ.5.nu.32.Aluar.Velaſ.de iur empbit.q.8.nu.18.Crauett.conſil.217.Caſſan in conſuetud.Burgund.rub.11.§.13.verb.cenſetur cenſ.nu.5. Rebuff. de conſtit. galli in tit. de conſtit. reddi.in fin.nu.8.* licèt poſſit contra ipſum actum recognitoriū fieri probatio rem non eſſe affectam tali onere, imò francam, quia conſtito de veritate nihil operatur recognitio, vt dicunt præallegati *Doct.& Felician.de cenſib.lib.3.cap.6.nu.4.* & ratio eſt, quia recognitio

235 nihil diſponit,nō enim facta eſt animo aliquid diſponendi de nouo; & ideò recognitio † nō eſt verus titulus, ſed ſolùm probationem inducit, vt dixit *Paul. de Caſtr.in l.publici,§.vlt. ff.depoſ.Aluar.Velaſc.in d.quæſt.8.nu.18.ad finem, Menocch.conſil.1.nu.89.& ſeq.vol.1.poſt alios quos allegat concordantes.*

236 Intelligo tertiò,vt talis recognitio ab vno facta † nō noceat tertio poſſeſſori,nec ei præiudicet, quia ab eo titulum, & cauſam non habet, vt dixit *Bald.in l.cenſualis,& in l. ſi functiones,C.de donat.Alciat.poſt alios quos refert d.lib.3.reſpon.conſil.15.nu.3.Menocch.conſil. 395.num.35.vol.4.vbi allegat Crauett.in reſpon.pro genero,& vide Rip.in l. ſi aliquam rem n.41.& ſeq.ff.de acquir.poſſeſſ.& facit tex.in l.cenſualis quidā profeſſio,C.de donat.Gugliel. de Benedict.in loco præalleg.* quidquid dixerit *Guid.Pap.d.deciſ.272.& Velaſc.d.nu.18.*

S *Demortua.*] Et ita docent † *Couarr.variar.reſol.lib.3.cap.7.num.2.verſic.ſecunda ratiò*

237 dùm dicit, quod ille, qui conſtituit redditum annuum numquam cogitur ſortem reddere, & ibidem *in verſic. Hic verò nulla eſt obligatio ad mortem*, quia illa perpetuò alienatur, & tranſit recipientem, ſi ille nolit redimere annuum redditum, & melitis idem *Couarr.d.lib. 3.cap.9.nu.4.refert, & ſequitur Andr.Gail.pract. obſeruat.lib.2.obſeruat.7.nu.14.Gabell.in tract.de vſur.q.51.& 52.* & hanc opinionem firmat *Ioan. Lup. in tract.de vſur.commen.2. §.2.nu.69.* dùm dicit facultatem redimendi cenſum conferre in voluntatē emptoris facit contractum illicitum,& ratio eſt, quia ſors nō debet eſſe repetibilis allegat *Couarr.& alios de quibus alibi dicemus infra in verb.redimendi mediāte litera T.facit Torret.conſil.91.nu. 10.15.& ſeq.Bocacc.de cenſib. par.1.nu.16.& 84.& par.3.nu.27. Gregor.Lopez in l.28.tit. 8.par.5.verſic. acento, Roder. de annu.reddit. lib.1.q.4.nu.5. cum ſeq.* & plures alij ad hoc cumulari poſſent.

238 Sed an pactum † per quod ſors efficitur repetibilis vitiet totum contractum,vel vitietur *vide infra in 7. quæſtio.*

Quæro

239 Quæro de notabili quæſtione, eſtat pactum † in contractu ſubiugatorio, quod caſu quo bona ſubiugata reperirentur obligata, hypothecata, vinculata, vel alteri vendita, poſſit per emptorem peti ſors principalis, an tale pactum ſit validum, vel vitietur, & videbatur prima fronte reſpondendum, quod tale pactum ſit nullum, & vitietur, quia contra formam Bullæ ibi demortua, & alia per nos Paulò ante annotata, & ratiò eſt in promptu, quia ſi emens cenſum poſſet ſortem repetere, non eſſet emptio, ſed mutuum, cum emptor de iure teneatur facere pretium venditoris *l. exempto, §. 1. ff. de actio. empt.* & per conſequens contra formam contractus emptionis, & ita per hanc rationem determinat *Boccac. de cenſib. par. 2. nu. 3. Couarr. variar. reſolut. cap. 9. nu. 4. lib. 3.* qui dicit latè hanc opinionem probari per *Moder. Pariſien. in tract. de contract. q. 55. & q. 50. Corrad. de contract. q. 84. concl. 5. Felician. de cenſia. lib. 1. cap. 19. nu. 18.* * *Roder. lib. 2. de annu. reddi. q. 9. nu. 54. & q. 7.*

240 Contrariam opinionem † in caſu propoſito veriorem eſſe arbitror in terminis noſtræ Bullæ Nicolai V. per quam videtur approbatum pactum prædictũ per illa verba (cùm opportuna contrahentinm ſecuritate, euictione, & indemnitate,) & per illa verba ibi (promiſſiones, ſtipulationes, penis, & alijs cautionibus vallatis, et alias quæcumque de quibus inter ementes, et vendentes huiuſmodi cenſualia conuentum, et in pactum deductũ fuerit,) et hoc vt poſſit emptor ipſe liberè, et abſq; moleſtia, et impedimẽto cenſum exigere, et ſic apparet clariſſimè ex verbis ipſius Bullæ, quod poteſt emptor cenſus apponere quæcumq; pacta tendentia pro ſecuritate cenſus impoſiti, et cõſequenter rectè poterit apponi pactũ prædictum, cùm reſpiciat ſecuritatem ipſius cenſus in caſu euictionis, vt poſſit agi ad capitale, et ita expreſsè firmauit in terminis *Hieron. Gabr. conſ. 152. vol. 1. per totum*, vbi voluit, quod poſſit apponi pactum in cõtractu cenſuali, quod ſi venditor ſit in mora ſoluendi cenſum, emptor poſſit pretiũ repetere, cùm ex mora, et culpa venditoris cenſus id liceat, quia mora eſt delictum maximè in eo, qui iurauit *l. ſi quis maior cum ibi not. C. de tranſact.* et quia tunc pretium repetitur à venditore non inuito, ſed volente, quoniã delinquendo conſenſit *l. 1. §. beſtias vbi gloſ. in verb. onerati, ff. de poſtul.* et ideò non videtur prohibita repetitio, quæ fit culpa ipſius venditoris, et ibi ponit multa alia exempla, idem voluit *Blaſc. Lancea in addit ſuper hac Bulla in verb. demortua*, dùm dicit, quod licèt ex parte emptoris ſors
241 debeat eſſe demortua, et numquam peti poſſit eſt verum regulariter, ſecùs autem; † quando ſua intereſt: nam tunc illam cõſequi poſſet per *tex. in l. quæſitum, ff. de pignor.* et allegat *Prouinzal. ibidem*, dùm dicit ſi tamen venditor non eſſet ſoluendo ſecùs *Alber. in l. fin. col. penul. verſic. eſt etiam notandum, C. de iur. emphyt.* et interim currunt vſuræ *l. 1. C. de iudic,* et debet eſſe demortua, quia nõ debet poſſe rehaberi ad meram voluntatẽ creditoris *Bald. cap. 1. in fin. col. de iur. iuran.* quod non eſſet in caſu prædicto hæc ſunt verba ipſius *Prouinz.* et ita firmat *Author noſter infra in quæſt. 7.* hanc eandem opinionem tenet *Io. de Olano in ſua cõcordia, & noua reductione Antinomiarum iuris communis, & Regij litera A. nu. 112.* vbi dicit hanc conuentionem frequentiſſimam eſſe in Regno Nauarræ, et ſemper admittendam eſſe; *Guttier. lib. 2. pract. quæſt. 175. Medina de vſur. quæſt. vlt. de cenſib. Ludou. Molin. de iuſti. & iur. lib. 2. diſput. 391. clauſula vndecima fol. 917. Nauar. de vſur. num. 118. & ſeq.* quem in hoc ſequitur *Milan. deciſ. 2. nu. 98. verſic. Pro prædicta lib. 2. vbi in num. 104.* dat meliorem, et magis ſecuram formam in concipiendis iſtis pactis, et ſecũdùm hanc concluſionem ego iudicaui in Tribunali Reg. Cur. Præt. de anno 1599. pro Ioanne Dominico Fragapane contra Euam de Aliberto, quæ interloquutoria etſi per M.R.C. feſtinanter in prouiſione infinitarum cauſarum, dum Iudices eſſent in expeditione biennij aliter iudicatum fuerit; tamen cauſa deuoluta ad Tribunal Sacri Regij Conſiſtorij facta matura conſideratione, et pluries collata, fuit mea interloquutoria confirmata, et reuocata illa M.R.C. de Anno 1600. in menſe Iunij, et ita in alia cauſa Antoninæ Gerbino cõtra Antonium Bertuni iudicauit genitor meus de Anno 1595. quæ interloquutoria fuit confirmata per M.R.C. et Sacrum Regium Conſiſtorium. Præterea in cauſa illius de Fragapani concurrebat, quod exequtio fuerat cauſata ad effectum emendi alios redditus tutos, et ſecuros, non obſtante, quod per pactum ad hoc non teneretur, et ſic faciebat magna æquitas, quia emptor nolebat pretium, ſed redditus.

Non obſtant in contrarium allegata: nam procedunt, quando pretium poſſet repeti ad meram voluntatem emptoris, at in caſu noſtro ex defectu, et culpa ipſius venditoris.

* Sed quid ſi promittat hypothecas eſſe idoneas an poſſit peti ſors *Roder. lib. 2. quæſt. 7. num. 1. cum ſeq. & num. 10.*

Et quid ſi promiſerit quod in caſu ceſſatæ ſolutionis per bienniũ poſſit peti ſors *Auenda. de cenſib. cap. 101. num. 5,*

Item quid ſi res ſubiugata ſit prohibita alienari *Stefan.Gratian.deciſ.13.nu.6.*

242 Secundò quærò extat pactum, † quòd venditor teneatur ratificari facere aliquem ad ſe
obligandum in cōtractu ſubiugatorio cum emptore infra aliquos menſes; lapſo dicto tem-
pore, et non facta ratificatione poſſit peti capitale, an contractus poſſit ſubſtineri nō facta
ratificatione, ex quo ſors eſt effecta repetibilis,et concluſiuè dicas,quod non, quia ad me-
ram voluntatem emptoris ſors repeti poteſt lapſo tempore, et non facta ratificatione,quo
caſu ſuccedunt deciſiones allegatæ in principio præcedentis quæſtionis.

243 Præterea quotieſcumque actus † deuenit ad caſum à quo incipere non poterat, eo caſu
redditur nullus, vt dixit *tex.in l.ſi Gaudentius,C.de contrab.empt.l.inter ſtipulantem, §.Sa-
cram, ff.de verbor.oblig.Bart.& Doct.in l.pluribus, §.ſi placeat nu.2.& 3.ff.de verbor.oblig.*
244 *vnde Salic.in d.ſi Gaudentius,& Doct.*ibi dicunt,† quod aut ſuperuenit defectus cauſæ effi-
cientis: et tunc non annullatur, licèt deueniat ad caſum à quo incipere non poterat,exem-
plum eſt in *l.patre furioſo,ff.de his qui ſunt ſui, vel alie.iur.* vbi licèt ſuperueniat inſania,nō
idcircò dirimitur matrimonium, licèt à principio incipere nō potuiſſet, quia in contrahen-
do requiritur, quod vterque ſit ſanæ mētis,et cauſa efficiens requiritur de neceſſitate,dùm
res eſt in fieri, ſed cum res eſt redacta ad actum perfectum non indiget ampliùs cauſa effi-
ciente; idem probatur in *l.cecus, ff.de iudic.* et in omnibus rebus naturalibus, quia pater,
et mater requiritur in generando filium, tamquam cauſa efficiens, ſed vna ſemel quod eſt
natus filius,parum refert,quod moriatur vterque; Aut ſuperuenit defectus cauſæ materia-
lis, vel formalis, et tunc defectus ſuperueniens vitiat penitùs actum *d. l. inter ſtipulantem,
§.Sacram,ff.de verbor.obligat.* Cum igitur non facta ratificatione euenerit caſus,quod ſors
peti poſſit, & ſic tractu temporis deuentum eſt,vt res deueniat ad caſum à quo incipere nō
poterat, cum ſint incompatibilia poſſe petere ſortem principalem, & interuſuria,vt ſupra-
dictum eſt,quia debet eſſe demortua,ſequitur quod iſte caſus ſuperueniens deſtruit contra-
ctum Bullarem, quia eſt defectus cauſæ formalis: nam de forma Bullæ eſt, quod non poſſit
repeti ſors principalis,& contra expreſſa verba Bullæ ibi (quæ mortua nuncupantur)quod
ſi contrarium fiat totus actus corruit, & in totum vitiatur,vt dixi in *principio huius addit.*
& pro prædictis faciunt *not.per Bald.in l.fin.C.de nouat.& in l.pacta nouiſſima nu.10.C.de
pact.* quem ſequitur *Dec.conſil.467.nu.5.Gabr.conſil.81.nu.3. Bero.conſil.205.nu.13.vol.3.*
vbi habetur, quod quotieſcumque actus continet incompatibilitatem cùm alio actu;
* tunc primus actus corruit, & ita conſultus reſpondidi in cauſa cuiuſdam Drepanenſis, * &
prædicta intellige niſi pactum eſſet formatum, vt ſors peti poſſit ad effectum emendi alios
redditus, quia tunc cenſetur àppoſitum pro ſecuritate cenſus, & approbatū eſt per Bullam
Apoſtolicam. in tantum quod etiam cauſata exequtione hoc eſt petita ſorte, ſemper cur-
runt interuſuria *ad not.per Milan.deciſ.2.num.91.& ſeq.par.2.* vbi refert ita fuiſſe per tres
vices iudicatum. Sed quid ſi pactum prædictum non eſſet expreſſe adiectum, quod in caſu
rathi non impleti poſſit peti ſors, an nihilominus in caſu prædicto ſortis petitio locum ha-
bere poſſit? dic quod ſic, & dixi in *deciſ.58.lib.2.*vbi actuli deciſionem contra Donnā Ioan-
nam de XXmilijs. *Anto.de Ball.quæſt.17.nu.8.Ceſa.Bart.deciſ.56.nu.2.& melius nu.27.*

Et ex prædictis deciditur ſimilis quæſtio, quod ſi duo inſolidum ſubiugarunt,& ſubiuga-
tio ſpectabat ad vnum,qui correum ſeruauerat indemnem,& ſe obligauerat redimere cen-
ſum infra aliquod tempus. Correus videns cenſum nō ſolui emit dictos redditus,vel ſi for-
tè ſucceſſiſſet creditori; quæritur an poſſit iſte Correus exigere cenſum; et reſponde quod
non, quia cùm poſſit debitor cogi ad redimendum ex actu indemnitatis, venit caſus quod
res eſt effecta repetibilis,et ſic deuenit ad caſum à quo incipere non poterat actus ex ſupra
deductis, et ita in terminis concludunt *Moder. Pariſienſ. in tract. de vſur.q.29.nu.245.&
quæſt.ſeq.*vbi multa dicuntur: idem dixit,et latiſſimè addendo multos caſus *Roder.de annu.
reddi.lib.2.quæſt.19. per totam, Felician.lib.3.cap.2.nu.20.Anton.de Ball.in quæſt.21. ſuper
Pragm. Alphon.* vbi ponit caſum quando ſubiugatarius pro cenſibus decurſis ſibi diſtrahit
rem ſubiugatam, ſi deinde recuperatur per debitorem an reincidat in primeuas obligatio-
nes pro cæteris cenſibus futuris, et concludit quod ſic, quæ opinio eſt magis communiter
recepta in Regno, et eam tenuit *Milan.deciſ.9.nu.43.cum ſeq.lib.2.* niſi effectus fuerit do-
minus irreuocabilis, quia tunc ſecus erit, et militarent *deciſ. præallegata cum alys per me
traditis in deciſ.53.par.1.*

245 Niſi dicas, quod petitio capitalis fieret ad effectum emendi alios redditus † pro ſecuri-
tate cenſus: nam eo caſu pactionem permiſſam eſſe et contractū validum cenſeo,vt dictum
eſt in præcedenti quæſtione ex *Milan.* et facit, quia iuſtum eſt, quòd deficiente fideiuſſore,
vel alio correo, pro quo de rato promiſſum fuerat exequatur pactum pro ſecuritate ipſius
emptoris,vt in proxima quæſtione diſcuſſimus.

Poſtre-

Poſtremo in eadem materia quæro emptor cenſus ſciuit prædium obligatum,et ſubiuga-
246 tum non eſſe ſubiugantis, et petit ſortem; † an eius petitio procedat; et reſponde quod ſic
ſiue ſit pactum in contractu, quod prædicto caſu repeti poſſit,ſiue non, quia clarũ eſt,quod
ſuper re aliena ſubiugatio ſubſiſtere non poteſt, prout dixit *Author in princ. huius quæſtio-
nis*, et ibi nos concordantes adnotauimus; quo ſtante verum eſt dicere,quod reſoluto con-
247 tractu † remanet actio ad ſortẽ *l.in venditione, ff.de actio.empt.l.1.C.eod.tit.vbi gloſ. Bart.
Salic.& alij Salic.in l.ex prædijs,C.de euictio.* et emptori ob rem alienam venditam reſtitui
debet pretium, et eius vſuræ *l.Iulianus,§ ex vendito. ff.de actio.empt.*

Secundò facit, quia datum ob cauſam, et non ſequuta reddi debet danti *tot.tit. ff.& C.
de condict.ob cauſ.* et hanc opinionem tenuit *Nauarr. de vſur. ſub nu.* 118. quem ſequitur
*Bocacc.de cenſib.par.2.nu.45.& ſeq.& nu.*145.

248 Hanc concluſionem limita † data ſcientia emptoris tempore conſtitutionis cenſus rem
eſſe alienam,et fingat id ignorare: nam eò caſu licèt in foro fori non probata ſcientia poſ-
ſit exigere interuſuria, tamen in foro conſcientiæ tenebitur reſtituere, vel computare in
ſortem cenſus exactos, vt dicit *Nauarr. in d.tract. de vſur.num.*119. et ratiò eſt, quia illa
ſimulatio doloſa ei prodeſſe nõ debet,vt toto *tit.* plus valet, quod agitur,quam quod ſimu-
249 late concipitur,et quia ſimulatio † doloſa eſt peccatum *S.Thom.par.3.quæſt.1.artic.*1. imò
ſi probaretur poſſet vti vſurarius puniri, vt dicit *Nauarr. vbi ſupra.*

T *Pretij.*] Sed in terminis pacti,vt ſors † peti poſſit ad effectum emendi alios redditus nõ
250 procedunt dicta hic per Authorem: nam tunc ſors ſemper remanet penes venditorem, et
nullo tempore reddit ad emptorem; et licèt teneatur venditor elargiri tantam ſummam,
quanta eſt ſors pro emptione aliorum reddituum,vel prædiorum,tamen hoc facit pro ipſo
venditore, non autem pro emptore, et ſic dominium, tùm pecuniarum,tùm etiam prædij,
vel redditus emendi, quæ ſuccedit loco ſortis ſemper remanet penes venditorem annuorũ
reddituum ſecundùm quam opinionem fuit ſæpius iudicatum, quicquid ſit in terminis, de
quibus loquutus eſt Author noſter: nam ibi ſors, et pretium ſit emptoris cõcurrere volen-
tis, et ita tradit *Milan.deciſ.2.nu.*102.*lib.*2. vbi limitat quando hoc pactum eſſet appoſitũ
à contrahentibus habentibus animum, et intentionem deprauatam,et voluiſſe potiùs mu-
tuando contrahere, quàm realiter facere contractum ſubiugatorium: nam tunc dicit ipſe
talis contractus diceretur illicitus, et vſurarius *ex notat.per Nauar.de vſur.d.nu.*118.*cum
ſequen.** Sed quid ſi contractus ſit nullus, an remaneant bona hypothecata pro ſorte reſti-
tuenda. *Roder.de annu. reddit.lib.2.quæſt.*8. tenet quod non,quia cum principalis actus ſit
nullus ipſo iure, pariter omnia acceſſoria euaneſcunt, vt et ſic hypothecæ *ad tex. in l.cum
principali, ff.de reg.iur.* Contrarium tamen eſt verius ſtãte obligatione expreſſa apponi ſo-
lita in omnibus contractibus ſubiugatorijs in Regno ibi quæ omnia cum hypotheca, et vi-
detur ſentire idem *Roder. in eodem loco nu.8.cum ſeq.* et non ſemel vidi iudicatum, et præ-
cipuè in cauſa Illuſtriſs. Marchionis Hieraci cõtra Baronem Caſtellutij, vbi declarato con-
tractu nullo fuit condemnatus ad reſtituendum ſortem. *Adde Ioſeph Seſe deciſ. Arago.* 30.
par.1.& deciſ.116.par.2. Salas de cenſib.dub.43.

V *Dotis.*] Multa † ponit *Ioan. Batt. Lup.in l.curabit, C.de actio.empt.num.74.& ſeq.vbi*
251 *vide in materia.*

X *Cenſus annui.*] Intellige Authorem hic, quando in eodemmet contractu paciſceretur,
252 quod de Cenſibus decurſis † in caſu ſolutionis non factæ intelligatur facta alia ſubiugatio,
eo enim caſu arbitror talem contractum illicitum, et vſurarium,et militat ratio, quàm hic
adducit Author, quod cum talis cõtractus cenſualis fieri debeat cùm pacto redimendi pro
conſimili pretio,ita quod pro tali redemptione præter principalem ſummã nihil vltra per-
cipiatur ab emptore, vel exigatur à venditore per verba Bullæ noſtræ, vnde ſi contractus
prædio modo celebratus eſſet, vt cenſus annui in ſortem computentur pro alio cenſu, cla-
rum eſt, quod talis redemptio non fieret pro conſimili pretio, ſed fieret vltra principalem
ſummam deductam ab initio venditionis, et ſic contra formam Bullæ, et vltra Authorem
dixit *Corrad.de contract.q.84.conclu.4. Moder.Pariſien.de contract.q.51.Couar.variar.re-
ſolut.lib.3.cap.9.nu.4. Sot.lib.6.de iuſt.& iur q.5.artic.3.in 1.conclu. & in iſtis terminis ad
hoc allego Lup.in l.Curabit nu.119.& 120.C.de actio.empti.& ibi per eum relatos.*

Quod ſi ego eſſem debitor cenſuum decurſorum, et pro cenſibus volo ſubiugare de no-
uo, et eo caſu dico indubitanter, quòd rectè poterit fieri talis ſubiugatio, et valebit con-
tractus, non ſolùm ſi fiat cùm tertio, qui fortè ſoluerit cenſus,et habuerit ceſſionẽ iurium,
vt prædicto caſu fieri poſſe affirmant *Vinc.de Franch.deciſ.*254.*Milan.deciſ.8.n.356.lib.1.*
ſed etiam cum ipſo met debitore, licèt hoc in dubio relinquat idem *Milan. vbi proximè*

nu.

*nu.*359.et erit contractus iuxta formam noſtræ Bullæ,quod firmo vnico fundamento: nam
cum licitum ſit ſubiugare , etſi pretium conſiſtat in nomine debitoris , vt ſupra latiùs pro-
batum eſt hac eadem *quæſtio.litera L.verb pecunia numerata*, nulli eſt dubium,quod ſi ego
debeo tibi centum, & non habeo vnde pecunias habere poſſem, ſubiugare potero, & con-
tractus validus erit; Tantò fortiùs cum debitum ſit verum,& liquidum,& dependeat ab in-
tereſſe licito, & ſic poſſum de nouo formare alium contractum cenſualem pro dictis cenſi-
bus decurſis, & in caſu redemptionis primi contractus non eſt dubium , quod tibi non de-
bebo pluſquam capitale ab initio conſtitutum,licèt ſi voluerim redimere cenſus debitos ex
alio contractu, tenebor depoſitare, & aliud capitale , & ideò duo erunt contractus diuerſo
tempore celebrati, liciti, & iuxta formam Bullæ,& ſic ceſſabit ratio, qua mouetur Author
noſter hic, & ita veniunt intelligenda eius dicta, vt in fortioribus terminis dixit *Cagnol.in
l.*1.*nu.*46.*& ſeq.verſic.Tertia maior, & vtilis dubitatio, C.de ſent.quæ pro eo quod inter.&
faciunt not. per Milan.in d.deciſ.*8.*& nu.*347.*vſque ad num.*360.*lib.*1. & hanc opinionem
firmat *Molin.de iuſt.& iur lib.*2.*diſput.*390.*fol.*907.*in fin.***Adde Anto.de Ball.ſuper Prag.
Alphon. q.* 6. vbi hanc audacter ſequitur opinionem , & meminit meæ additionis ad *tract.
Autho.de dote de parag.q.*36.*litera A.* quam ſequitur *Giurb.deciſ.*24.*nu.*34.

253 Prædictu tamen limitare † poteris in terminis Bullæ Pij V. vbi expreſsè diſpoſitũ eſt no-
uos contractus cenſuum ex cenſibus decurſis fieri non poſſe, & dixit *Boccac. de cenſib. par.*
1.*nu.*10.*&* 64.*& par.*3.*nu.*35.*Ioan.Batt.Leon.Bart. ſuper gloſ.*16.*Bullæ Pij V.in verb.imò
cenſum augeri fol.*17.

Y *Redimendi.*] Et ideò licitus eſt contractus cùm hoc pacto redimendi † quandocumque
254 vt dictat noſtra Bulla *Milan. deciſ.*2.*num.*10.*lib.*2. ergò à contrario ſenſu ſi facultas redi-
255 mendi eſſet collata in voluntatem emptoris non valeret contractus † ita dixit *Sot.lib.*6.*de
iuſt.& iur.q.*5.*art.*3.*col.*2.*Michael de Palatio in praxi Theologia de contract.& reſtitut.lib.*
4.*cap.*6.*Sarab.in inſtruct.Mercat.cap.*15.*Couar.variar.reſolut.lib.*3.*cap.*8.*nu.*4.*Moder.Pa-
256 riſien.q.*55.*& q.*58.*Corrad.de contract.q.*84.*conclu.*5. nam ex hoc efficeretur ſors † repeti-
bilis, vt ſupra latiùs dictum eſt *Felician. de cenſib.lib.*1.*cap.*7.*nu.*15. vbi ponit aliam ratio-
nem,& multa dicit **Adde Fider.Martin.de cenſib.cap.*6.*nu.*238.*Roder.de annu.reddi.lib.*1.
*q.*18.*& q.*19.*Auenda.de cenſib.cap.*101. *Anto.Gomeſ. de cenſib.cap.*5.*nu.*1.*Salas de empt.&
vendit.tit.de cenſib.dub.*12.*nu.*1. vbi contrarium tenet non exiſtẽte aliqua Pontificia Con-
ſtitutione, idemq; tradit *Molin. de contract.diſput.*391.*clauſ.*9.*Rebell.de oblig.iuſti. par.*2.
*lib.*10.*q.*6.*condit.*5. *Leſi.de iuſti.& iur.cap.*22.*dub.*9.

Quæro primò ſi in contractu fuerit dictum (ſubiugauit,& ſubiugat tot cenſus annuales)
257 & non fuerit appoſitum pactum de retrouendendo, † an dicatur contractus ſubiugatorius
258 iuxta formam Bullæ , & dic quod non, quia illud verbum † (ſubiugare) aliud non eſt niſi
hypothecare, vel ſupponere,vt dixit *tex.in l.cum de re inuerſo,ff.de vſur.Cannet.ſuper cap.
volentes verb.ſucceſſiuè fol.*164.*nu.*9. & ideò licèt ſit ſolitum apponi in omnibus contracti-
bus Bullaribus , non per hoc dicetur contractus iuxta formam Bullæ ex hoc verbo ſi defi-
ciant in eo ſubſtãtialia ipſius Bullæ, & ſic pactum de retrouendendo,& ita iudicauit *D.Mi-
lan.pro Vincentio Inſirillo , quæ deciſio non eſt de impreſſis* , & ſimiliter fuit deciſum me pa- V
trocinante in Sancto Officio pro Ioanne Vellanoua contra Don Vincentium de Gregorio
de Anno 1594.

Quæro ſecundò in contractu ſubiugatorio interuenerunt omnia ſubſtantialia ipſius Bul-
259 læ, ſed non fuit dictum in contractu (iuxta formam Bullæ) † vt fieri ſolet de ſtilo Notario-
rum in hoc Regno, an contractus vitietur,& dicas quod non,quia ſufficit,quod adſint ſub-
ſtantialia; et requiſita ipſius Bullæ,vt habeat priuilegia Regiæ Pragm.et dicatur celebratus
iuxta formam ipſius Bullæ, illa enim relatio fit ad maiorem cautelam caſu, quo in contra-
ctu adeſſent aliqua verba , quæ repugnarent diſpoſitioni ipſius Bullæ , non tamen vt ſit ne-
ceſſario facienda talis relatio.

260 Quærò tertiò, et è conuerſo ſi in contractu non adſit pactum de retrouendendo,† et fa-
cta fuerit relatio ad Bullam ; an contractus ſit validus, et videbatur, quod ſic, nam ſtatim
atque contrahentes dixerunt ſubiugare, et vendere cenſum iuxta formam Bullæ, et Regiæ
Pragm. per hanc relationem ad Bullam, quæ vult quod fiat inſtrumẽtum cum pacto de re-
dimendo,ex vi relatiua dicitur ineſſe pactum prædictum *l.aſſe toto,ff.de hæred.inſti.l.inſtitu-
tio talis, ff. de condit.inſtit.vbi Doct. Rom.conſil.*305.*nu.*6. & hoc propriè, et verè, et non
per fictionem cum omnibus qualitatibus *Crauett. conſil.*49.*num.*8. *& conſil.*45.*nu.*4.*lib.*1.
*Pariſ.conſil.*25.*nu.*51.*vol.*1.*Dec.conſil.*63.*&* 434.*nu.*5.*Bald.conſil.*212.*vol.*5.*Loffred.conſil.*
39.*Tiraq. de conſtit.in* 2. *ampliat.* vbi dicit iſtam eſſe communem opinionem , et in termi-

nis ita firmat *Surd.conſil.*198.*nu.*7.*& ſeq.vol.*2.*Torrett.conſil.*91.*nu.*4.*& ſeq. Milan.deciſ.* 2.*nu.*33.& hoc procedit ſiuè relatio fiat ad contractum,ſiuè ad ſtatutum *Dec.d.conſil.*434. *num.*5.*& conſil.*11.*nu.*18. *Crauett.d.conſil.*45.*&* 49.*num.*8. & ita concludit *Author noſter ſupra ſub num.*39.

261 Corroborantur prædicta, quia contraheutes † præſumuntur contrahere iuxta formam regionis, et ſic vt conſuetum eſt celebrari contractum iuxta formam Bullæ in illa regione, Ciuitate, vel loco vbi contrahitur, vt probat *tex.in l.quod ſi nolit, §.quia aſſidua, ff.de edilit.edict.& facit tex.in l.ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg.iur.vbi Dec. Surd.d.conſil.*198. *num.*11.*&* 13.*lib.*2.

262 His non obſtantibus in contrarium eſt veritas meo iudicio, quod talis contractus † non ſit iuxta formam ipſius Bullæ; ſi in eo deficiat pactum de retrouendendo,vel aliquod aliud ſubſtantiale non obſtante, quod ad eam ſit facta relatio, et ratio eſt,quia cômune omnium ſcribentium placitum eſt, quod pactum de retrouendendo ſit de forma ipſius contractus cenſualis; quo ſtante ſequitur,quod per æquipollens adimpleri nequeat *l.qui Romæ,§.Flauius, ff. de verbor.obligat.Doct.communiter in l.*1.*ff.de lib.& poſth.Rol.conſil.*49.*n.*14.*lib.*3. *Rimin.Iun.conſil.*247.*nu.*12.*lib.*3.*Menocch.conſil.*298.*nu.*52.*lib.*4.*Sebaſtian.Medic.de reg. iur.reg.*7.*nu.*97. vbi allegat communem, et in terminis *Socc. Sen. conſil.*24.*nu.*21.*vol.*1.*in primo dubio*, vbi oſtendit clariſſimè non eſſe ſeruatam formam ſtatuti ſi per contrahentes

263 † eſt dictum iuxta formam ſtatutorũ, niſi omnia illa, quæ ſunt de forma explicentur, idem ait *Plot.in l.ſi quando,C.vnd.vi.Dec.conſil.*573.*nu.*9.*Turrett.d.conſil.*91.*nu.*19.*vol.*1.

Confirmantur prædicta, quod quando relatum exigit quid fieri, tunc relatio ſola nihil operatur,ſed debet etiam interuenire id,quod faciendum eſt *Decian.conſil.*33.*nu.*29.*verſic. nam ſi referunt vol.*1.*Milan deciſ.*2.*nu.*81.82.*&* 83.*in* 2.*lib.*

263 Poſtremò facit,quia etſi verum ſit,quod relatum † eſt in referente cũ omnibus ſuis qua-

264 litatibus, illud procedit, † quando relatum habet ſuam ſpecificam determinationem, meritò diſpoſitio referens ſumit robur, efficaciam, et certitudinem à relato,et ſic procedunt *Doct.ex aduerſo allegati*, at in Bulla noſtra nil eſt ſpecificè diſpoſitum,ſed tantummodò datur forma contrahendi, et inter cætera dicit, quod fiat contractus cum inſtrumento carta gratia redimendi, ideoque in relato nil eſt diſpoſitum ſpecificè circa factum,niſi fiat de futuro,quomodo ergo poteſt contineri pactum factũ de retrouendendo in contracta,et fortiùs in Bulla, quæ in ipſo pacto continet formam, vt ſupradixi, et per hanc rationẽ ita determinat *Cannet.in alleg.*pro Comite Vicaris contra Ioannem Platamone,et ego vidi allegationes contrarias, et per ipſos aduocatos hoc non negatur,voluit etiã *Milan.in d.deciſ.* 2.*nu.*83. Tamen quidquid ſit *Author noſter tenet contrarium*,et ita paſſim ſeruatur in practica,et nõ ſemel fuit iudicatum, licet meo iudicio ſecunda opinio verior ſit in iure, à qua difficilimum eſt poſſe recedere.

Non obſtant alij *Doct.ex aduerſo allegati*, quia ipſi benè loquuntur in terminis ſuis, vbi aliquid non requiritur pro forma.

Quæro quartò quid ſi aliquis ſubiugauit cum omnibus pactis,clauſulis,et conditionibus

265 appoſitis in alio contractu † ſubiugatorio: an valeat talis contractus; et reſponde cũ prædictis in præcedenti quæſtione, quòd non,nam ex illa relatione ad contractũ non comprehenduntur, ea quæ de ſubſtantia, et forma interuenire debent, vt in terminis dixit *Milan. deciſ.*8.*nu.*50.*&* 51.*lib.*2. et ita fuit iudicatum in M.R.C.pro hæredibus Franciſci de Amico contra Iacobum de Piſcopo die 3. Aprilis 1590.

Quintò quæro dicit *Author noſter hic* (ſiue tale pactũ apponatur in contractu ſiue non)

266 an ſufficiat, quod tale pactum † ſit appoſitũ in alia ſcriptura; Et dic quod ſic per dicta per Authorem; imò ſufficit quod appareat per apochã priuatam *l.publica, §.vlt.ff.depoſ.Folle. ſuper Bulla in verb.inſtrum.grat. redim.num.*11.*&* 44. et ibi vide ſi debeat interuenire in continenti,vel poſteà,ſuper quo cogita meliùs.

Z *Quandocunque.*] Quæro primò an pactum † de redimendo ita conceptum (vt non niſi

267 infra decem annos cenſus redimi poſſit) annullet contractum iuxta formã Bullæ, et in hac quæſtione inuenio tres opiniones aliqui dicunt, quod hoc pactum vitiatur, ſed non vitiat contractum ipſum, vt eſt *Couarr.variar. reſolut.lib.*3.*cap.*8.*nu.*7. qui dicit hoc vidiſſe pluries ſeruatum in Granatenſi Conſilio,*Albornoz. lib.*3.*tit.*2.*verſic.la terzera doctrina, Matienz.in l.*1.*tit.de los cenſos lib.*5.*gloſ.*1.*nu.*6.*&* 7.*Ioan. de Orlena Dominicanus in opuſculo de cenſib.Guid.Papa quæſt.*566.*Felicia.de cenſib.lib.*1.*cap.*7.*num.*11. et ideò reiecta hac pactione, contractus poſſit remanere validus, et facultas redimendi etiam per illud tempus

a duret, vt dicunt prædicti *Doct.* * *vide Roder. & Martin. in locis allegatis ſupra hac eadem*

quæſtione

*quæſtione ſub nu.*256.*Auenda.de cenſib.cap.*101.*nu.*8.Sed an cenſus poſſit redimi non in pecunia, ſed in reacubis, quod ſic conſentiente domino *Salas de cenſib.dub.*19.*&* 25.

268 Alij verò voluerunt, quod tale pactum † validum ſit,et non reiciatur, ſi interueniat iuſtum pretium, vt tenet *Corrad.de contract.quæſt.*83.*conclu.*8. *Sot.lib.*6.*de iuſt.& iur.quæſt.*5.*artic.*3.*conclu.*3.*Sarab.in inſtruct.mercat.cap.*15.*fol.*36.*Felician.poſt alios per eum relatos d.lib.*1.*cap.*7.*nu.*5.*verſic.ſi verò actum ſit, Lup.de vſur.commen.*2.*§.*2.*nu.*69.*verſic.ſed aduertendum eſt Molina de iuſt.& iur.lib.*2.*diſput.*391.*fol.*911.*verſic.quod ad cõtractus attinet cum ſequen.& verſic. Arbitror tamen. Adde Salas tit. de cenſib. dub.*12. *in princip. vbi allegat Rebell. & alios.*

269 Alij verò contrariam opinionem † affirmarunt,vt ſcilicet talis contractus cum dicto pacto dicatur nullus, cùm ſit conceptus contra formam ipſius Bullæ, & tendat ad diminuendum ipſum actum,vt dixit *Bald.in cap.*1.*§.fin.nu.*3.*per quos fiat inuei.*& ita tenent *Nauar. de vſur.nu.*132. *Moder. Pariſ.quæſt.*50.*de contract.nu.*352. qui plura arreſta *Senatus Pariſienſis allegant.*quod tale pactum annullat contractũ tamquam vſurarium *Corrad.de contract.quæſt.*84.*conclu.*5.*Guid.Pap.ſing.*577. & ſecundùm hanc opinionem fuiſſe iudicatum. refert *Boccac.de Cenſib.par.*2.*nu.*152.*& par.*3.*nu.*55. *D.Iacob.de Graff.deciſ.caſu.conſcien.cap.*118.*nu.*23.*verſ.Neque etiam,*& hæc opinio verior eſt attentis diſpoſitionibus Summorũ Pontificũ *Martini,Calixti,Pÿ V.& Nicolai, licèt prima opinio in praxi ſeruetur.*

270 Secundò quæro, quid ſi pactum † ſit conceptum è conuerſo putà ſi dictum fuerit (quod non poſſit cenſus redimi niſi poſt decem annos,& non infra) & concluſiuè reſpondeo,quod tale pactum illicitum, vſurariumq; reddit contractum cenſualem,vt voluit *Hoſtienſ.in cap. in Ciuitate ad fin.vbi alÿ de vſur.Couarr.lib.*3.*variar.reſolut.cap.*8.*nu.*8. *Moder.Pariſien. de contract.quæſt.*50.*Lup.de vſur.commen.*2.*§.*2.*nu.*69.*verſic.Minùs obſtant,*vbi dat rationem, quia tunc emptor eſſet certus de lucro vltra ſortem,& de fructibus eo tempore,quo redimi non poteſt cenſus. *D.Iacob.de Graff.deciſ.caſu.conſcien.cap.*118.*nu.*23. *Foller.ſuper Bulla in verb.inſtrum.grat.nu.*9.*vbi alios allegat,*& dicit nec etiam in foro conſcientiæ validum eſſe tale pactum *Felician. de cenſib.lib.*1.*cap.*7.*num.*6.*verſic. Secunda verò Menocch. conſil.*445.*num.*14.*poſt alios per eum relatos volu.*5. & ex Noſtratibus latiſſimè *Cannet. &*
* *Campixan.in alleg.* pro Comite Vicaris,quas habeo in *vol.*3.*alleg.diuerſo* * *Roder.de annu. reddi.lib.*2.*quæſt.*1.*nu.*14.*vbi allegat alios. Auenda.in d.cap.*101.*nu.*9.

271 Tertiò quæro an contractus † cenſualis celebratus abſente emptore, ſit validus,& videbatur dicendum, quòd non, quia Bulla dictat,quod talis contractus celebretur inter ementes,et vendentes mutuo conſenſu, ibi inter ſe contrahendi,et emendi.

272 Secundò faciebat,quia iſte contractus † ſubiugatarius eſt vltrocitroq; obligatorius: nam ſubiugans ſe obligat ad ſoluendum cenſum, et ſubiugatarius ad reuendendũ eum,deficiente ergo emptore, qui promittat retrouendere; huiuſmodi cõtractus indiget forma ſubſtantiali, nempè pacto de retrouendendo,quo non extante contractus redditur nullus,vt ſupra ſolui in *verb.redimendi litera Y.quæſt.*3.

273 In contrarium † eſt veritas, & fuit iudicatum in M. R. C. vt refert *Milan.deciſ.*4.*lib.*2.*nu.*40.*cum ſeq.& in nu.*96. et dat ibi rationem, quia ſufficit, quod adſit ſtipulatio Notarij
274 † quia tamquam publicus ſeruus poteſt alteri ſtipulari *l.non aliter,ff.de adop.l.ſtipulatio iſta §.ſi ſtipuler vbi Angel.Imol.& Rom. ff.de verbor.obligat.* communem dixit *Theſa.deciſ.*70.*nu.*2. imò nedum contractus ipſe valet, ſed etiam abſenti pro quo contrahit quærit actionem ſine ceſſione *Gabri.poſt alios quos allegat conclu.*1.*nu.*98.*verſic.Sed contrarium vbi dicit communem Ioan.Batt.Bott.conſil.*38.*nu.*30.*& ſeq.* vbi firmat ex infinitis authoritatibus atteſtantibus de communi acquiri, ne dùm actionem vtilem ſine ceſſione, ſed dominium,et poſſeſſionem,maximè ſtante iuramento,et clauſula conſtituti,vel interueniente acceptatione tacita,vel expreſſa *Paſcet.conſil.*48.*Burſat.& alÿ,quos refert Milan.d.deciſ.*4.vbi et alijs fundamentis hanc comprobat opinionem contrarijs reſpondendo.

Tota difficultas ſtat in contrarijs de quibus nec meminit *Milan. dicto loco*; non obſtant igitur in contrarium allegata; quia vnica reſponſione ſatisfactũ eſſe arbitror; clarum enim eſt, quod quando emptor vult emere cenſum dat aſſenſum generale Notario, imò iubet, ꝙ celebret contractum ſubiugatorium omnibus ſubſtantialibus Bullæ roboratũ, et cùm omnibus pactis ſolitis, et conſuetis,nec credendum eſt emptorem voluiſſe facere contractum nullum, vt deinde teneatur intronſuria in ſortem computare, tantò magis, quando ſoluit pretium,et ideò fatendum eſt emptorem ipſum ſe obligaſſe ad reuendendũ cenſum;et hanc fuiſſe eius mentem,vt actus valeat nòn obſtante,quod in publicatione actus ipſe non interueniat, et per hanc rationem ita fuit pluries deciſum in Sacro Regio Conſiſtorio, vt mihi

dixit

dixit D.Vitus Lombardus in eodem Tribunali Iudex meritiſſimus,et rationem ipſam addu-
ctam fuiſſe ab Illuſtriſs. Don Modeſto Gambacurta eiuſdem Tribunalis Præſide doctiſſimo
viro,* et ita ego iudicaui in Conſiſtorio de anno 1604. confirmando ſententiam latam per
Tribunal Regiæ Monarchiæ.

275 Quæ concluſio tantò fortiùs procedet, ſi emptor † deinde exegiſſet cenſus iuxta termi-
nos *l.Paulus reſpondet, ff. rem rat. habe.*

AA *Præſcriptione.*] Quidquid ſit de iure communi, † de quo latiſſimè per *Menocch. conſil.*
276 *143.vol.2.Lup.de vſur.commen.2.§.3.nu.92.cum ſeq.& per eos ibidem relatos. Auenda.latè*
277 *d.cap.101.nu.8.* Tamen in terminis noſtræ Bullæ † nulla admittitur præſcriptio ex traditis
per *Authorem noſtrum hic Couarr.variar.reſolut.lib.1.cap.9.n.8.Foller. ſuper Bull.in verb.*
278 *inſtrum. grat. nu.16.* vbi dat rationem, † quia huiuſmodi contractus cenſualis ita demum
eſt approbatus, et licitus, ſi in eo datur facultas redimendi; aliàs autem non data dicta fa-
cultate, contractus dicitur nullus, immò vſurarius,vt ſæpiùs dictum eſt,et ideò cum vendi-
tor, qui vult cenſum redimere,non fundat ſe ſolum ex dicto pacto,ſed quod cõtractus aliàs
eſſet vſurarius; et ideò non ſummouebitur ſpatio 30. annorum ſecundùm *Bald.conſil.322.*
incipit.Vtrùm poſt triginta annos verſic.Tertiò dubitatur lib.1.Dec.& Purpur.in l.petens,C.
de pact.Gerar.ſing.18.Bald.in tract.de præſcrip.4.par.quæſt.3.in fin.Tiraq.de retract.cõuent.
*gloſ.2.§.1.nu.33.Gabr.in tit.de præſcript.conclu.6.nu.12.*et ita per dictas deciſiones limitat
*Lup.in tract.de vſur.num.*102.*com.2.§.3.* et dicit quod hoc fit propter periculum animæ,
quod eſt tantò grauius,quãto diuturnius *cap.vlt.de conſuetud.* Tantò fortiùs prędicta pro-
cedunt, quia venditor cenſus poteſt ſe tueri via exceptionis, ſeu retentionis: nam quando
ab eo petitur cenſus poteſt offerre pretium, pro quo vendidit illum cenſum, vt ſic redimat
eum, et competit eidem ius excipiendi,vt vlterius non poſſit ad ſoluendũ cenſum cogi per-
279 petuò: nam ſicut natura exceptionis † perpetua eſt *l.purè, §.vlt. ff.de do.excep.* ita eſt iſtud
280 ius offerendi † pretium redimendi cenſum, quod eſt ſequela exceptionis, perpetuum quo-
que eſt,et nullo tempore præſcribitur ſecundùm *Bart.qui loquitur in iure offerendi in l.pi-*
gnori, ff.de vſucap.per l.Paulus,§.1.quib.mod.pig.vel hypot.ſolui. et ita voluerunt *Dec.in d.*
l.petens,& Doct.ſupracitati. Vnde nõ ſine maxima conſideratione Pius ille V.Pontifex Ma-
281 ximus in ſua Bulla de Cenſibus decreuit, † quod hi cenſus poſſint pro eodem pretio extin-
gui nõ obſtante longiſſimi etiam temporis, ac immemorabili, imò centum,et plurium an-
norum præſcriptione, vt eius verbis vtar, et ſtante dicta conſtitutione ita firmat *Boccac.de*
cenſib.par.1.nu.13.32.82.& 83.& par.2.nu.91.Nauar.in tract.de vſur.nu.96.Vegg.conſil.
34.nu.6.& 9.Adde **Roder.de annu.reddit.quæſt.17.lib.1.per totam,& præcipuè nu.76.cum*
ſeq.Andr.Gail.lib.2.obſeru.18.nu.4.Myſinge.centu.1.obſerua.16.Fachi.lib.2.contro.Iur.cap.
13.Fider.Mart.cap.8.nu.97.& 114.cum ſeq.vbi allegat Biſſel.& alios pro & contra.

Multa circa depoſitum faciendum pro redemptione cenſus vide apud *Auenda. de cenſib.*
cap.102.per totum.

282 Quæro modo,et primò, ſubiugans vult deponere † ſortem ad effectum redimendi,et ex-
tinguendi cenſum, ſed ſubiugatarius eſt abſens,cui debeat notificari, diſtingue, aut in caſu
abſentiæ fuit in contractu aliquid diſpoſitum,et ipſi ſtandum eſt. Aut verò de eo nihil pro-
uiſum fuerit, et habemus iura aperta in *l.in contractibus, §.in omni,* ibi (vel ſi abeſſe, &c.)
*C.de non.numen.pecun.tex.in l.non ita,§.à pupillo,C.de vſur.l.ſi creditori,C.eod.tit.*ibi (ab-
ſente verò creditore) *l.ſi per teſtat.in fin.C.eod & l. acceptam eod.tit.vbi omnes,& gloſ. ibi*
in verb. (vel ipſas pecunias) in quibus habes, quod depoſitio ipſo iure tollit omnem obli-
gationem abſque aliqua notificatione, quando creditor eſt abſens, dummodò ſecundũ ali-
quos depoſitũ fiat de mandato Iudicis, et benè *Azo in Summa lib.4. in d.l.acceptam in fin.*
vbi dicit iſta verba (Conſignatio verò ſola,non præcedente obligatione nihil operatur *l.2.*
C.de vſur. niſi cùm non eſt præſens cui offerri poſſit) ſequitnr *Paul. de Caſtr.in d.l.acceptã*
*nu.13.poſt gloſ.*et per multa firmat *Tiraq.de retract.lignag.§.9.gloſ.3.nu.5.Gozad.conſil.71.*
nu.7. cum ſeq. vbi loquitur in terminis depoſiti facti abſque aliqua notificatione, et multa
ponit *Cagnol.in l.ſi quis maior nu.85.& 96.C.de tranſact.Bart.& Bald.in l.ſi reus paratus*
in fin.ff.de procurat. vbi licèt, qui tenetur ſoluere,depoſitando non videatur adimplere, ni-
hilominus ſi pars cui ſolutio fieri debeat eſt abſens,ſi depoſitum fiat coram publicis perſo-
nis, depoſitio habet vim ſolutionis, & *Cagnol. in d. l. ſi quis maior* dicit, quod in iſto caſu
non tenetur ſe proteſtari,nec adire iudicem,ita etiam *Alex.conſil.92.cum ſeq.lib.1.Aretin.*
conſil.171.nu.2. Duen.reg.161.nu.8.limit.8. Dec.conſil.556.nu.5. vbi declarat quod adire
iudicem, et ſe proteſtari bonum eſt ad cauthelam; ſed non requiritur per neceſſe *Anchar.*
quæſtio. famil.51.lib.3.Bald.conſil.87.nu.17.vol.1.Caroc.de oblat.quæſt.5.in quæſt. ſubalter.

nu.7.& 10. ſol.mihi 137. Concludo itaq; quod debitor faciendo depoſitum in Tabula; ſeu Bancho publico de mandato Iudicis, coram quo conſtabit de abſentia creditoris, liberatur à ſolutione cenſuum. *Adde Roder. de annu.reddit.lib.2.q.15.nu.53.*

283 Secundò quærò, cenſus fuerat conſtitutus pro centum, et depoſitum † eſt factũ in octuaginta, an pro ea parte depoſitata cenſus currant, et videbatur dicendum quod nõ, quia venditor cenſus libere poteſt illum in totum, vel pro parte redimere, adeò ut *Nauarr.in tract.*
284 *de vſur.notab.22.nu.78.& 85.* exiſtimet pactionem † in cõtrarium adiectã prout frequentiſſimè fit in Regno noſtro, nedum iniuſtam, ſed vſurariam eſſe, quoniam ea pactio cõtinet grauamen ex parte venditoris, ratione cuius minus iuſto pretio videtur cenſus conſtitutus, hanc eamdem opinionem ſequitur *Michael de Palatio lib.4.praxis Theolog.cap.6.col.1.verſ. Commemorat item. Pizarro ad ſtatutum de Guadalupe condit.5.gloſ.en todo ò en parte, referens plures ita ſentientes, Albornoz de contr.lib.3.tit.2.del cenzo alquitar Doctri.1. Guttier.lib.2.practi.quæſt.174. Felician.de cenſib.lib.1.cap.8.nu.16.* vbi hoc videtur probare ex *Bulla Martini V. & Caliſti III.* quo loco expreſsè diſponitur venditori dari facultatem liberam extinguendi, & redimendi cenſum in toto, vel in parte, *Auenda de cenſib.cap.107.* vbi ad partes diſputat, & concludit cum ſuperdictis.

285 Præterea facit, quia hæc pactio † continet non modicum onus, & grauamen ipſius venditoris, & diminuit liberam facultatem redimendi, qua vera maximè conſiſtit iuſtitia contractus cenſualis *Felician. & Guttier. in locis proximè allegatis*, quare dicunt ipſi ſi datur maius pretium cum illa conditione, contractus licitus, & iuſtus eſt, ſin verò idem pretium datur, quod ſine illo daretur, contractus eſt iniuſtus omni iure, tantò magis, quod hoc peculiare eſt in cenſu.

286 Tu dic contra, † quod vtique pro ea parte depoſitata currant vſuræ, & pactum, † quod
287 pretium debeat in vnica maſſa depoſitari valeat, & iuſtum ſit; Primo quia depoſitum integrum eſſe debet ad hoc, vt extinguantur vſuræ per *tex.in l.obſignatione vbi gloſſ.& Doct.C. de ſolut.& eſt communis theorica in l.acceptam, C.de vſur. Foller.ſuper Bulla verb.inſtrum. grat.nu.49.& 50. Milan. deciſ.18.num.27. cum ſeq.lib.2.* vbi dicit hoc procedere etiam ſi deficiat nummus.

Secundò hoc probat *tex.in l.tutor, §.lutius,ff.de vſur.* vbi ait in hæc verba; (Lucius Titius cum centum, & vſuras aliquanti temporis deberet, minorem pecuniã, quam debebat aſſignauit; Quæro an Titius pecuniæ, quàm aſſignauit, vſuras præſtare non debeat, Modeſtinus reſpondet ſi non hac lege mutua pecunia data eſt, vt liceret, & particulatim, quod acceptum eſt exſoluere, non retardari totius debiti vſurarum præſtationem, ſi cùm creditor paratus eſſet totum ſuſcipere, debitor, qui in exolutione totius ceſſabat, ſolam partem depoſuit) ex quo *tex.* apparet ſoluta parte ſortis, adhuc currere vſuras totius, indeq; infertur pactum, vt non liceat in parte redimere cenſum, conforme eſſe iuri communi.

288 Tertiò facit, quia debitor † quantitatis inuito creditore nõ poteſt ſolutionem diuidere, neque partem præſtare *l.2.§.& harum, ff.de verb.oblig.l.cum hæres, §.penul. ff.de ſtatu.lib.* ibi (item ſi decem hæredi dare iuſſum fuerit, hæres etiã per partes accipere fauore libertatis cogendus eſt) quibus verbis apertè patet, quod non niſi fauore libertatis creditor poteſt cogi per partes ſolutionem admittere, quia particularis ſolutio multa affert incõmoda *Ioan.Anto.Lanar.conſil.30.nu.18.Gabel.de diuid.& indiuid. par.2.q.1.n.1.cum multis ſeq. Boccac.de cenſib. par.2.nu.8.* & dicit opinionem *Nauar eſſe contra communem.*

289 Quartò hanc opinionem † tenet *Sarmient.lib.7.Selecta.interpret.cap.1.nu.28.verſ.Tertia concluſio Sot.de iuſti.& iur.lib.6.q.5.arti.3.quarta concl. Franciſ.Garſias de contract.2.par, cap.4.Didac.de Spino.in Specul.teſtam.13.par. glo.Rub.nu.37.Ioſeph Angles in Flor.theolog. lib.4.Sententia.in quæſt.de Cenſib.7.condit. Ludouicus Molina de iuſti.& iure lib.2.diſput. 393.litera D. verſic. Cum Pius V.fol.926.* vbi doctiſſimè loquitur more ſuo, & dicit ita in Hiſpanijs ſeruari *Milan. deciſ.2.nu.75.lib.2. D.Iacob. de Graff.deciſ.caſu.conſcien.cap.118. nu.24. Lup. de vſur.commen.2.§.2.nu.71.* vbi hanc tenet opinionem, & dicit quod in hoc pacto apparet maior emptionis ratio, quàm vſuræ ſuſpicio, neq; emptor alia de cauſa ita cauiſſe videtur, niſi vt alleuiaretur ab obligatione de retrouendendo, ne venditor minutatim ſoluendo pretium tam crebro moleſtet eum ad reuendendum, & ita ſeruatur in Regno, & eſſe veriorem opinionem tradit *Roder.de annu.reddi.lib.1.q.18.nu.35.cum ſeq.Biſfeld. in cap.in Ciuitate conclu.10. Fider. Martin.cap.6.nu.386. Felician.lib.1.cap.8.nu.16. Salas de Cenſib. dub. 49.*

Non obſtant in contrarium allegata ex *Nauarr.* nam eorum opinio eſt contra communem, & iura aperta.

Tertiò quæro debitor ſubiugans vigore pacti adiecti in cõtractu Bullari facit depoſitũ,
290 † & appoſuit clauſulam, quod non tradantur pecuniæ creditori ſubiugatario, niſi facto actu redemptionis iuxta formam pacti adiecti in contractu, an tale depoſitum dicatur legitimè factum; reſpondendum videbatur quod non, ſed quod ſit conditionatum, & non liberum, & ideò non releuet, nec deponentem liberet ab vſuris, vt tradunt *Doct. in l. acceptam, C. de vſur. Menocch. de arbi. iud. caſ. 232. nu. 4. Ioſeph Ludouic. deciſ. 105. nu. 3. Rot. Lucenſ. deciſ. 431. nu. 19. Foller. ſuper Bulla in verb. inſtr. grat. nu. 52.* & quod tale pactum ita conceptum ſit conditionale, ſentit *Paul. de Caſtr. in l. acceptam ſub nu. 12. verſic. hoc verum, C. de vſur.* vbi dicit, quod depoſitum non dicitur purum, & liberũ ſi fiat ſub conditione etiam intrinſeca, nempè ſi dicatur, quod non tradatur depoſitum, & ſibi non ſoluantur, niſi priùs venditor rem tradat, quæ videtur conditio intrinſeca, & dicit ipſe, quod tale depoſitũ non liberat, quia non eſt in libero arbitrio creditoris recipere.

291 In contrarium † eſt veritas quod vtiquè dictum depoſitum non ſit conditionatũ non obſtante quod in contractu ſubiugatorio eſſet pactum, quod depoſitum fieret abſque aliqua conditione, empara, vel ſequeſtro: prout noſtri Tabelliones vti aſſolent in omnibus contractibus cenſualibus, ita determinat *Foller. in loco ſupra allegato,* dùm dixit quod ſi in depoſito apponeretur clauſula, quod non liberetur depoſitum niſi factis debitis cautelis, tale depoſitum validum, & legitimum eſt, & dat ibi rationem: nam quando in conditione apponitur id, ad quod de iure tenetur, & debet adimpleri per eum ante receptionem depoſiti, nõ cenſetur tunc depoſitum conditionale, & ad hoc allegat *Franciſc. Cur. in conſil. 39. 3. col. verſic. nec obſtat,* conditio enim, quæ tacitè ineſt, non habetur pro conditione *l. conditionibus, §. hæc ſcriptura, ff. de condit. & demon.* & clauſula appoſita in prædicto pacto eſt intrinſeca, quia tacitè ineſt; imò ex natura ipſius rei venit, non enim poteſt emptor reddituum capere capitale ipſorum, niſi prius reuendat redditus, aliter enim eſſet habere rem, & pretium, quod non ſolùm eſt contra æquitatem *l. curabit, C. de actio. empt.* verùm etiam contra *tex. noſtræ Bullæ.* Similiter illa conditio ponitur ex natura rei, & ex natura contractus, dicitur enim contractus Bullaris contractus emptionis, & venditionis vltro citroque obligatorius, vt vendo redditus, quouſque fuerit factum depoſitum, & facto teneatur emptor retrouenditionem facere, et ita concipiuntur ſimilia pacta frequẽtiſſimè in hoc Regno, et ſic adimplementum ex parte venditoris fit, depoſitando pecunias, quo facto adimplementum ex parte emptoris fieri debet cùm actu retrouenditionis, quoniam contractus Bullæ requirit ſcripturam, vt infra dicemus, et ideò in eius diſſolutione ſcriptura etiam interuenire debet *l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur.* et ſecundùm hanc opinionem (licèt non ex hoc ſolo capite) iudicauimus pro Illuſtriſs. Senatu Panormitano contra Illuſtriſs. Comitiſſam Cluſæ die 7. Ianuarij 1599.

Non obſtant in contrarium allegata ex *Paul. de Caſtr. in d. l. acceptam,* nam ipſe loquitur in diuerſis terminis, et materia *l. Iulianus, §. offerri, ff. de actio. empt.*

Secundò loquitur ipſe, quando erat facta promiſſio de ſoluendo, quia tunc vt debitor liberetur depoſitãdo oportet, quod priùs interueniant illa tria videlicèt oblatio realis, conſignatio, et depoſitio ex *Caroc. de oblat. in loco ſupra citato,* et tunc oportet fieri depoſitum ſimpliciter, et liberè, adeò vt ſit in facultate creditoris recipere, dum poſtea ſubnectit vtendo illis verbis, ſi verò facta fuit ſub conditione etiam intrinſeca, vt ſi emptor deponat pretium cùm hoc, quod venditor tradat rem, et aliter ſibi non ſoluatur, talis depoſitio, et conſignatio nõ releuat, quia non eſt in libero arbitrio creditoris recipere, et ideò iſta verba ſtant in terminis de quibus loquitur ipſe *Caſtr.* ſcilicet quando debet fieri ſolutio, quod probatur per illam dictionem aduerſatiuam (ſi verò) cuius natura eſt aduerſari primis dictis, et ſi aliter intelligeretur, non bene illa dictio ſortiretur naturam ſuam de aduerſando ſuperiori; loquitur ergo *Paul. de Caſtr. non in caſu noſtro,* in quo ex pacto debet fieri depoſitum, et non eſt promiſſa ſolutio, vt ipſe loquitur, ſed in alijs terminis, vt dictum eſt.

292 Quartò quæro an pupillus † poſſit retrouendere cenſum abſque auctoritate tutoris, vel curatoris, et concludo quod non, vt dixit *Foller. in verb. inſtrum. grat. nu. 34. & ſequitur Felician. de Cenſib. lib. 4. cap. vnico nu. 3.* ea ratione, quia et ipſi ſolutio abſque dicta auctoritate fieri non poteſt *l. pupillo, ff. de ſolut. l. ſticum, §. vſufructum eod. tit. & ibi Alber. reputat tex. illum ſingularem,* ideò pari modo oblatio ei fieri debet, qui poteſt ſolutionem re-
293 cipere, et non alteri ſecundùm *Bald. in l. acceptam q. 3. C. de vſur.* At oblatio † facta minori abſque tutore, vel curatore inanis, et inutilis erit *l. ſed ſi ex ſtipulatu, ff. de verb. obligat. l. ſi reus paratus, ff. de procurat.* Quod etiam locum habet in furioſo, et prodigo, cui bonis interdictum eſt, quoniam hi iure, et priuilegio minoris fuguntur *Alex. & Iacob. in l. ſi cura-*

torem habens, C. de integ.reſtit. min. vbi Caldas Periera verb. cum non ab ſimilis, et in hoc
apud me nulla remanet difficultas,quin ipſe tutor debeat facere actum retrouendicionis,et
non pupillus, et vide *Doct. in §. at ex contrario inſti. quib. alie. lic.vel non Moder.Pariſ.de*
* *vſur.q.37.vbi latiſſimè* **Adde Roder.de annu.reddit.lib.2.q.15.nu.78.cum seq.*

294 Quintò quæro an redemptio † facienda à tutore, vel curatore fieri debeat cùm decreto
Iudicis alioquin ſit nulla? et videbatur dicendum quòd non per *text.in l.1.C.quand.decret.
opus non eſt,& tex.in l.1.§.1.& l.magis pacto, §.ſi pupillus, ff.de reb.eor.* in quibus habetur
quod prædium poteſt retrouendi per tutorem pupilli abſque decreto Iudicis. *Auenda. de
Cenſib.cap.106.nu.2.* et ibi quando pereat depoſitum factum à tutore.

295 Contrariam opinionem † veriorē eſſe arbitror,ſi rectè conſideramus;quia ex parte eius
ſit ſolutio, cui ſit alienatio, vt dixit *Paul.de Caſtr.in l. pupillo, ff.de ſolut.* ibi (quia nec cui
ſoluitur alienare vllam rem poteſt) et ibi allegat *text.in §. at ex contrario inſti.quib.alien.
lic.vel non, vbi Aret. Rimin.& alij*, recipiendo enim quis ſolutionem abdicat à ſe actionē,
quàm erga debitorem habebat, ac proinde merito dici poteſt illam alienare, ſed quando
tutor, vel curator accipit ſolutionem ſortis, ab eoquè debitor redimit redditum annuum
alienat in ipſum debitorem ius illud percipiendi annuas penſiones,quod inter bona immo-
bilia recenſeri clarum eſt,vt dixi latiùs in alio *tract.de conceſſ. feud.in illa quæſt.* an feudum
poſſit conſtitui in annuis redditibus: igitur ea redemptio inutilis eſt, quia tutori, vel cura-
tori prohibitum eſt diſtrahere res immobiles minoris abſque decreto Iudicis *l.ſi prædium,
C.de prædi.min.Caual.de tut.& cura.nu.123.* et pro hac opinione facit deciſio *Alex.conſil.
27.nu.6.vol.3.*vbi notat executorem, qui rem immobilem hæredis pupilli vendiderat cùm
pacto redimendi non poſſe huic pacto renuntiare abſque Iudicis decreto, et hoc pulchra
ratione, quia illud iudicamus de actione competente ad rem immobilem,quod iudicamus
de ipſa re immobili, ad quam competit, adeò quod illa ſollemnitas, quæ requiritur in alie-
natione talis actionis *gloſ.& Doct.in l.1.C.ſi aduer.tranſac. Bart.in l. poteſt amplius, ff. de
author.tutor.& in l.mouentium,ff.de verb.oblig.*et hanc opinionem tenet *Felician.de Cen-
ſib.lib.4.cap.vnico nu 4. Tiraquel.de retract.conuent.in fin.tract.nu.9.Foller.ſuper Bulla in
verb inſtrum.grat.nu.62.* vbi dicit hoc abſque dubio verùm eſſe.

296 Quam concluſionem amplio procedere in Prælato, † & quolibet alio adminiſtratore,vt
eorū redemptio vitioſa ſit abſq; ſollemnitatibus requiſitis in alienatione *cap. ſine exceptio-
ne 2.quæſt.2.cap.nulli de reb.Eccl.ſi.l.iubemus, C.de Sacroſanct.Eccleſ.cap.hoc ius porrectum*
* *10.q.2.Fecilian.in loco proximè alleg.* vbi aliàs infert ampliationes, **Roder.lib.2.q.15.num.
90.Auenda.de Cenſib.cap.106.nu.2.*

297 Limita tamen, niſi pretium † redemptionis cenſus conuerſum fuerit in emptionē annui
redditus tuti, & ſecuri, quia tunc pupillus, & minor conqueri non poterunt,& obſtabit eis
* exceptio doli *Bart.in l pupillo,ff.de ſolut.d.§.at ex contrario inſti.quib.alie.lic.vel non* **Fe-
lician.de Cenſib.lib.4.cap.vnico nu.8.*

Nec obſtabit *tex.in d.l.1.C.quando decret. opuſ.& l.1.§.1.& l.magis putò, §. ſi pupillus,
ff.de reb.eor.* nam ſi benè aduertatur procedunt,quando teſtator in teſtamento ita iuſſiſſet,
& ſic tunc tutor videtur ſequi voluntatem teſtatoris, vt dicit *tex. in d.l.1.C.quan.decr.* ibi
(neque enim in ea re authoritas Præſidis neceſſaria eſt,vt tutorum ſollicitudini conſulatur,
ſi voluntati defuncti pareant)& melior *tex.in d.l.1.ff.de reb.eor.* ibi (Præterea patres con-
ſcripti interdicant tutoribus, & curatoribus, ne prædia ruſtica, vel ſuburbana diſtrahant,
niſi id fieret, vel teſtamento, vel codicillis cauerint) vbi *gloſ.innuit.* tunc etiam ſine decre-
to allegat *d.l.1.C.quand.decret.* & alia iura in cōtrarium allegata,& ſubnectit (dum tamen
ſeruet formam in teſtamento datam, vt *C.de adminiſtr.tut.l.tutelam*, & facit bunus *tex.in
l.prædium,C.quand.decret.* dum dicit.(Prædium ruſticum,vel ſuburbanum à minore vigin-
tiquinq; annorum alienari ſine decreto Prēſidis nulla ratione poteſt,niſi parentis voluntas,
vel teſtatoris,ex cuius bonis ad minorem peruenit ſuper alienando eo aliquid mandaſſe de-
prehenditur) & ſic patet,quod poterit fieri reuenditio per tutorem abſque authoritate Iu-
dicis, imò ab ipſo minore,quando eſt permiſſa per teſtatorem in teſtamento,tunc enim di-
cimus diſponat teſtator, & fiat lex,& ita puto intelligenda eſſe illa iura pro maiori indem-
nitate pupillorum, licet de eis nec *Foller.nèc Felician.mentionem fecerint.*

* * Sed quid in grauato per fideicommiſſum vide meam *deciſ.sub nu.47.lib.1.Roder.lib.2.
q.15.nu.87. Auenda.de Cenſib.cap.106.nu.8.*

Item quid in maioratu *Molin lib.2.cap.10.nu.6. Felician.lib.4.cap.vnico nu.6. Roder.d.
quæſt.15.num.89.*

Item quid in marito, & reſponde quod ſic *Roder.lib.2.q.14.nu.88.*

Item quando ab hærede *Auenda.de Cenſib.cap.*106.

Et ibidem habes quando poſſit redemptio cenſus fieri à tertijs poſſeſſoribus, detentoribus, vel fideiuſſoribus rerum ſubiugatarum.

Item an ab emptore redditus dixi in *decíſ.*43.2.*lib.* in cauſa D.Melchionæ Spatafora.

298 Sextò quæro à quo eſt facienda redemptio cenſus, † ab vſufructuario, vel à proprieta-
rio, reſponde ab vtroque, non enim ſufficit,quod fiat à ſolo vſufructuario, neq; à ſolo pro-
prietario ita dixit *Cagnol.in l.2.C.de pact.inter empt.& vendit.nu.*329.*Tiraquel.de retract.*
*conuentio.§.1.gloſ.6.num.*26.*Foller.ſuper Bulla in verb.inſtrum.grat.nu.*35.qui omnes per
*tex.in l.vxori mea.ff.de vſufruct.lega.& per not.per Alex.in l.diuortio,§.ſi fund*1 *col.penul.*
ff.ſolut.matrim. voluerunt pretium redempti cenſus debere manere apud vſufructuarium,
quòd planè verum eſt niſi proprietarius facultatibus idoneus vellet vſufructuario redditũ
annuatim perſoluere,vt rectè notat *Foller.vbi proximè nu.*36.*propè finem Felician.de Cen-*
* *ſib.lib.4.cap.vnico nu.*7.*Cagnol.vbi ſupra* * *Adde Surd.conſil.*162.*num.*14 *lib.2.Rod.lib.2.q.*
15.*nu.*84.*Auenda.de Cenſib.cap.*102.*nu.*19.*& cap.*106.*nu.*7.

299 Septimò quæro quid ſi eſſent plures hæredes,† vel plures inſolidum obligati vide *Foller.*
*in d.verb.inſtrum.grat.nu.*37.*cum ſeq.* vbi multa ponit in terminis noſtris,& faciunt latiſſi-
mè poſita per *Cagnol.in l.2.C.de pact.inter emptor.& vendit. Tiraquell. de retract.conuen-*
* *tio.§.1.gloſ.6.nu.*30. & alibi ſæpè * *Felician.de Cenſib.lib.4.cap.vnico nu.*9.

Octauò quæro, & eſt notabilis quæſtio, an alius pro debitore poſſit offerre, & redimere
300 cenſum, † & videbatur prima facie dicendum, quod quilibet, etiam inuito, & repugnante
debitore poſſit offerre, & redimere cenſum *arg.tex.in l.ſoluendo, ff.de nego. geſt.l.ſi pro me,*
ff.de ſolut.l qui decem,§.ſed quid ſi ignorãte, ff.eod.tit.l.obligatio,C.de ſol §.1.inſt.quib.mod.
toll.oblig.Greg.Lopez l.3.tit.14.par.5.gloſ.mague.& gloſ.contradixiſſe. Sed ad prædicta reſ-
ponderi poterat, quod procedunt in ſolutione facienda pro debitore inuito, ſecus vero in
redemptione,vbi ſors principalis offertur creditori, quæ ſibi nõ debetur, quia debitor non
eſt obligatus ad redimendum, neque ad ſortem ipſam, vt benè dixit *Gaſp.Gabellin.in Mil-*
*leloq.*228.*nu.*6.*& latè Tiraquell.de retract.lign.§.1.gloſ.9.nu.*258.*& ſeq.*

301 In hac quæſtione poſſet diſtingui,† quod ſi extraneus offerendo ſortem,& reliqua ſolùm
deſiderat ſuppreſſionem, & redemptionem cenſus,et valet oblatio, imò ſtatim ac ipſo iure
extinctus eſt, et debitor in totum liberatus, quandiu conſignans, vel offerens non reuoca-
uerit oblationem,et conſignationem: cum enim nõ ſit acceptata à creditore reuocari po-
teſt à conſignante ſecundum *Doct.in l.accepta, C. de vſur.Foller ſuper Bulla verb.inſtrum.*
*grat.nu.*54. et ego iudicaui pro D. Franc. de Luna contra illos de Natoli; Si verò offerens
ſortem, et reliqua contendat ſibi cedi à creditore iura, et actiones ſibi cõpetentes, et tunc
repelli debebit, et videtur ratio, quia in primo caſu oblatio reſoluitur in veram ſolutionẽ,
et meram liberationem, et proinde ad propoſitum debent adaptari iura ſuperiùs allegata;
Secundò verò caſu oblatio, aut conſignatio non tendit ad liberandum debitorem, ſed ad
comparandum ſibi debitorem, et ius redditus, quòd inuito debitore fieri nequit *arg.tex.in*
l.inuitum,C.de contr.empt.& in l.nec emere,C.de iur.delib facit tex.in l.id quod noſtrum, ff.
de reg.iur.Guliel.Onciac.lib.2.queſt.Acad.q 1.*num.*2.*poſt Bald.conſil.*190.*vol.*5: et ita diſtin-
guendo concludit *Felician.de Cenſib.lib.4 cap.vnico nu.*9.*verſ.Verùm,& ante eum Moder.*
* *Pariſ.de vſur.q.*45.*nu.*331. * *Scipio Rouit.ſuper hac prag.ſub nu.*1.

302 Ego verò contrariam † partem magis veram eſſe arbitror,vt vtroq; caſu non ſit admit-
tendus extraneus redimere volens: nam ex ipſo contractu non eſt obligatus creditor redi-
mere, niſi debitori, et ſuis, et ſic habentibus ius, et cauſam ab eo,vt per *Foller.poſt Tiraq.*
*quem ipſe allegat in verb.inſtrum. grat.nu.*26.*cum ſeq.* et ideò facto depoſito per extraneũ,
quo iure dici poteſt, quod cõtractus extinguatur, cùm ſit factum per perſonã illegitimam,
cui ex contractu non tenetur, nec de iure obligatur, et hæc opinio procedit abſq; difficul-
* tate. * Sed circa prædictam quæſtionem vide omnino *Roder. de annu.reddit.lib.2.q.*16. vbi
etiam ponit quando creditor redditus teneatur redere iura; et quando alius cuius pecunia
redditus redimatur ſubrogetur in locum eius;, quæ in Regno ſunt quotidiana.

Sed an ſufficiat oblatio ſola, vel requiratur depoſitum, vt nõ currant interuſuria *Roder.*
*lib.2.q.*15.*latè Fider.Marti.cap.*8.*num.*36.*cum ſeq. Fachin.lib.2.contro.iur.cap.*41.*Author*
*quidam de commercijs queſt.*39. *vbi latè.*

Rurſus quæro,et eſt notabilis quæſtio ſi monetæ valor fuerit mutatus,qualiter ſit facien-
da redemptio, et quid de moneta argentea dixi latè in *deciſ.*7. *lib.*1. *nunc adde Roder. de*
*annu.reddit.lib.2.q.*15.*num.*92.*cum ſeq.Fider.Marti.de Cenſib.cap.*7.*nu.*46. vbi doctiſſimè
diſtinguit,et omnino ſi caſus euenerit ad eum recurrẽdum erit, *& in cap.*5.*nu.*59.*cum ſeq.*
vbi de eadem materia.

Cum

BB *Cum extero.*] Sed quid ſi contractus factus cum extero † eſſet confirmatus per Summũ
303 Pont. ac ſi in Regno, & inter incolas, & habitatores eſſet confectus; & tunc valebit abſque difficultate dummodò, quod confirmatio ſit obtenta de cummuni conſenſu cõtrahentium, aliàs ſi contractus ſit confirmatus ad inſtantiam vnius ex contrahentibus, tunc nec conualeſcit, nec confirmatio aliquid operatur circa eius validitatem ita in indiuiduo dicit *Ball. conſil.475.nu.5.lib.1.& conſil.231.num.4.eod.lib.Bologn.conſil.59.incip.Titius col.4.verſic. etſi diceretur Tiraq.de leg.connub. gloſ.6.nu.10.*

Quod contractus cenſualis debeat celebrari inter regniculas tenet Author noſter hic, & idem nos ſentimus, & fuit iudicatum in M. C. procuratoribus hæreditatis Michaelis Idiaques de Anno 1617.

Aduertendum tamen eſt, quod ſi talis contractus reperiatur confirmatus ad inſtantiam omnium contrahentiũ vltra, quod validus eſt,vt ſupra dixi, tamen habebit priuilegia Reg.
304 Pragm. & ſic † exequutionem contra tertium, vt dicit *Milan. deciſ.16.nu.41.& 46.lib.2.* & refert ita fuiſſe iudicatum in M.R.C..& S.R.C.

CC *In ſcriptis.*] *Adde Petr. de Salazar † in tract. de vſur.& conſue.cap.9.nu.11.verſic. Sed*
305 *non puto*, vbi infert, quod qui accepta pecunia ſoluere promittit ſine ſcriptura, et ſoluit p plures annos non compellitur ſoluere in futurum: nam dicit ipſe cõtractus cenſualis requirit ſcripturam,et ad hoc alios allegat, quod etiam procedit ſtante Bulla Pij V. vbi omninò de forma requiritur ſcriptura *Boccacc.de Cenſib.par.2.nu.189.cum ſeq.Felician.de Cenſib. lib.1.cap.9.n.8.* & ſecundum hanc opinionem fuiſſe deciſum refert *Blaſ.Lanc.in ſuis adnot.*
* *in verb.Mediante tamen * Adde Fider. Martin.cap.7.num.10.cum ſeq.& cap.3.nu.71.cum ſeq.Roder.lib.1.quæſt.15.nu.1.cum ſeq. Polidor.Rip.obſer.183.vbi allegat Menocch.& alios. Auenda.de Cenſib.cap 84.Salas de Cenſib.dub.51*

306 Sed quid ſi de cenſu nullũ inſtrumentũ † appareat qualiter probetur *Foller. ſuper Bulla verb.Huiuſmodi nu.98.* quem ſequitur *Boccac. par.2.nu.88. poſt Crauet.in conſil.217.Rodoan.de reb.Eccleſ.tit.de conſtit.ann.in quæſt.17.nu.73.* dicunt, quod ſi fortaſſe in venditione rei cenſualis venditor dixiſſet ſe vendere cum onere ſoluendi cenſum,illa confeſſio probat cenſum, adeò vt nedum ipſe profitens,ſed ſingularis ſucceſſor habens cauſam ab eo tenetur,et obligatus eſt,ſequitur *Caſſan.in Conſuet.Burgun.tit.de cenſes rub.11.§.3.nu.5.*vbi *Gulielm.de Bened.in cap.Rainutius verb.& vxorem nomine Aldelaſiam nu.444.Boer.Aret. & alios, & tandem deciſ.Guid. Papa 24.* dixit, quod ſi ſolus venditor in venditione aſſerat rem, quam vendit eſſe affectam onere cenſus,talis aſſeueratio,ſeu recognitio de per ſe ſola non ſufficit, ad hoc vt poſſeſſor,et emptor teneatur ad cenſum,et probetur rem illam cenſualem, ſed cõcurrentibus alijs,vt quia probatur venditorẽ antea conſueuiſſe ſoluere iuxta *Doct.in l.ſi certis annis,C.de pact.Rom.conſil.127.nu.1.vbi Mandoſ. in verb.tribuit allegat concord. Vaſq.de controuer.Illuſ.perſo.lib.2.cap.63.Felician.de Cenſib.lib.1.cap.9.nu.10.*vbi infinitos retulit, vel quia venditor alias diſpoſitiuè recognouerat, et profeſſus fuerat rem illã cenſualẽ in præſentia partis,cui debetur cenſus,vel Notario ſtipulante pro eo, his enim caſibus benè probabitur rem illam cenſualẽ, et conſequẽter huius vigore debitor tenetur.

307 Secundò probabitur inſtrumentum per teſtes, dummodò quod tria probentur videlicet actum fuiſſe celebratum, ſcripturam inde cõfectam, et quod amiſſum fuerit inſtrumentum *Maſcard.de prob.conclu.909.incip.Queri ſolet.*

Sed ſi prædicta vera ſint in terminis iuris cõmunis, tamen vt agi poſſit ex priuileg. Reg.
308 Pragm. non ſufficient iſtæ probationes, † niſi verum inſtrumentum ſubiugatorium producatur ita *Bart.in l.1.ff.de his quæ in teſtam.latè Felician.in cap.ſicut nu.3.de re iudi.* vbi inquit, quod quamuis ita proſit productio teſtium probantium tenorem inſtrumenti deperditi, ſicut inſtrumentum, tamen in vno differunt quoniam vbi conſtat de inſtrumẽto ſolùm ex dictis teſtium, tunc non concurreret beneficium ſummariæ cognitionis, et celeris expeditionis datum inſtrumentis à lege, vel à ſtatuto, nel haberet exequutionem ita paratam, ſicut haberet ipſum inſtrumentum *Marſil.in rub.de probat.num.363.& ſeq.verſic.Et inter cetera Maſcar.vbi proximè nu.5.*

Don Garſias Maſtrillus.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiæ contractus iuxta formam Bullæ, ac Regiæ Pragmaticæ quæ ſint?*

2 *Contractus cenſualis iuxta formam Bullæ eſt licitus in quocunque foro.*

3 *Contractus cenſualis iuxta formam Bullæ habet exequutionem paratam vigore Regiæ Pragmaticæ,& nu.5.*

Ordo datus à Principe habet vim formæ, ibidem.

4 *Contractus de iure communi exequutionem non habet.*

5 *Exequutio vigore cōtractus iuxta formā Bulla procedit contra tertios nulla facta diſcuſſione perſonæ, & bonorū principalis, & nu. 9. & nu. 84.*

6 *Exequutio contractus cenſualis procedit contra heredes, qui confeciſſent inuentarium, amplia nu. 7. & 8.*

10 *Exequutio contractus iuxta formam Bullæ procedit cōtra detemptores, ſucceſſores, & conductores, &c.*

Intellige vt nu. 11. & 12.

13 *Iure familiaritatis qui poſſidet, non dicitur poſſidere, & nu. 85.*

14 *Conductor, ſeu inquilinus ſi ſoluit penſionem, an poſſit cogi ad ſoluendum ius cenſus, & quid ſi ſoluit pro tempore futuro nu. 18. Intellige nu. 19. & 20. & num. 90.*

15 *Exceptio ſolutionis realis ſicut competit principali debitori ita & tertio detemptori, limita nu. 17.*

16 *Iudicis mandatum præſtat pleniſſimā ſecuritatem.*

21 *Exequutio contractus iuxta formam Bullæ an procedat cōtra tertios, qui habent ius, & cauſam à principali debitore, & è contra, & nu. 30.*

22 *Argumentū à pacto ad ſtatutū validū eſt.*

23 *Exequutio, quæ procedit contra tertium fuit ſubrogata in locum actionis hypothecariæ.*

Et inducit plura ſpecialia n. 24. 25. & 26.

27 *Actio hypothecaria competit cōtra tertiū, & quot modis.*

28 *Iudicium ſpoliatoriū cōtra quem cōpetat.*

29 *Regia Pragmatica quid ſtatuerit contra tertios poſſeſſores.*

31 *Verbum (detentorum) appoſitum in Regia Pragmatica, quid operetur, & quid ſeruetur in Magna Curia nu. 32.*

33 *Exequutio contractus iuxta formam Bullæ procedit contra vſufructuarium.*

34 *Reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris.*

35 *Exequutio contractus iuxta formā Bullæ procedit contra proprietariū accollantē rem emphytheoticam, limita nu. 36.*

Et quid ſi poſſidet ex cauſa pariter priuilegiata nu. 37. & 93.

38 *Exequutio vt procedat contra detentores bonorū, oportet, quod ſpecialiter ſubiugatio ſit facta ſuper dictis bonis.*

Et quando dicantur bona ſpecialiter obligata nu. 39. & nu. 36. remiſſiuè.

40 *Pronomen (ſingulis) ſtat diſtributiuè, & pronomen (omnibus) collectiuè.*

41 *Iuramentum appoſitum in contractu tollit ſimulationem.*

42 *Poſſeſſor vnius ex corporibus diuerſis obligatis an poſſit cogi pro toto cenſu debito, vel pro rata corporis nu. 44. & 45.*

43 *Actio perſonalis non ſequitur fundum.*

44 *Creditor hypothecarius reuocat totā rem inſolidum, & non pro rata, & nu. 104.*

47 *Actio perſonalis datur contra tertium detentorem non nominatum in contractu vigore Regiæ Pragmaticæ, intellige nu. 50. & 51. limita nu. 54.*

48 *Contractus non ligat niſi perſonas nominatas in illo.*

49 *Actio perſonalis ſequitur fundum.*

52 *Tertius ſi noluerit teneri pro futuris cenſibus, renunciet detemptationem bonorū ſubiugatorum.*

53 *Verbum (quandiu) in Regia Pragmatica appoſitum quid operetur, & nu. 51. 55. 58. & nu. 106.*

56 *Exceptio præſcriptionis cōpetit tertio poſſeſſori, limita nu. 57.*

59 *Exequutio contractus cenſualis iuxta formam Bullæ procedit contra tertios, nulla facta diſcuſſione bonorum principalis debitoris vigore Regiæ pragmaticæ, contra de iure communi nu. 60.*

61 *Appellans, ſupplicans, vel recurrens non auditur ad impediendam exequutionē contractus iuxta formam Bullæ, & Regiæ Pragmaticæ.*

62 *Nec competit remiſſio.*

63 *Nec remedium nullitatis.*

64 *Nec contrarium Imperium.*

56 *Et an agenti ſi ſuccumbat.*

66 *Cenſus annui conſtituti iuxta formā Bullæ confiſcari non poſſunt, amplia nu. 67. 68. 69. & nu. 100.*

70 *Publicatio bonorum nō venit pro delictis priuatis.*

71 *Exequutio cenſus Bullaris nō impeditur per reſcripta, & dilationes Principum pro quacunq; cauſa conceſſa fuerint.*

72 *Exequtio cenſus iuxta formā Bullæ poteſt fieri in temporibus meſſium, vindemiarum, vel cannamelarum, & tonnariæ.*

73 *Exceptio guidatici ſalui conductus, & ſimiliū non obſtat aduerſus exequutionē cenſus iuxta formā Bullæ, limita n. 74.*

75 *Beneficium ceſſionis bonorum ex pacto tolli non poteſt.*

76 *Cauſa cenſus iuxta formam Bullæ auocari non poteſt à Rege.*

77 *Exceptio Hoſtica non impedit exequutionem cenſus Bullaris.*

78 *Bona ſubiugata ob cenſus non ſolutos, in commiſſum minimè incidere poſſunt.*

79 Con-

79 *Contractus emphytheoticus differt à contractu cenſuali iuxta formam Bulla.*
80 *Pactum, quod in caſu non ſolutorum cenſuum bona inciderent in cõmiſſum efficit contractum vſurarium, & nu. 113. & 114. in addit.*
81 *Regia Pragmatica de Cenſibus tranſiuit in vim cõtractus, amplia nu. 82. & 83.*

ARGVMENTVM.

Quæ ſint priuilegia particularia contractus iuxta formam Bullæ, & Regiæ Pragmaticæ.

QVÆSTIO VI.

SEXTO principaliter,
quæro, quæ ſint priui-
1 legia † particularia,
cõtractus venditionis
annualiũ iurium cen-
ſualium iuxta formã
Bullæ Apoſtolicæ, &
Regię Pragmaticę ſanctionis. Reſpondeo
plura colligi poſſe, quorum primum eſt,
2 quia talis contractus † cùm clauſulis, et
cautionibus ad eius validitatẽ inter ven-
ditores, et emptores mutuo conſenſu in-
eundis abſque læſione conſcientiæ in Re-
gnis Siciliæ citra, et vltra forum licitè, et
liberè celebrari poteſt, neque propterea
cenſentur contrahentes vſurariam praui
tatem per huiuſmodi cenſualium iurium
venditiones cõmittere, de quo antea du-
bitabant, ita quod formaliter ex verbis
dictæ Apoſtolicæ Bullæ præmiſſa clarius
eliciuntur, et ſic talis contractus licitus
eſt, et permiſſus in dictis Regnis Siciliæ
citra, et vltra Farum non ſolùm ex diſpo
ſitione iuris Ciuilis vtriuſque Regni vir-
tute legis edictalis, et pragmaticę ſanctio
nis Regis Alphonſi perpetuò valituræ, et
capitulorũ huius Regni per eundem Re-
gem Alphonſum ęditorum in ſecũdis ca-
pitulis huic Regno conceſſis in anno Do-
mini 1451. ſub tit de non conuen. crimi-
naliter contrahentibus in quocunq; con-
tractu, necnon et per Regem Ioannẽ huic
Regno cõceſſis, et in anno Domini 1460.
ſub tit. quod alienationes redditaum, et
gabellarum; ſed etiam licitus eſt, et per-
miſſus ex diſpoſitione iuris cõmunis vir-
tute Bullæ Apoſtolicæ prædictæ adiuncta
poteſtate Papæ per ea, quæ latius ſcripſi
ſupra in 3. *quæſt. princ.*

Secũdùm priuilegium eſt, quod oritur
ex Regia Pragmatica ſanctione Regis Al-
phonſi circa paratam exequutionem hu-
iuſmodi contractus venditionis iurium
cenſualium prædictorum: nam licèt Apo-
ſtolica Bulla validet iſtum cõtractum, vt
tàm in foro iudiciali, quàm in foro con-
ſcientiæ liberè, et licitè celebrari poſſit
inter ipſos contrahentes, non tamen tri-
buit ei priuilegium aliquod ex cõtractu,
ſed vt in eo procedatur ſecundùm termi-
nos iuris communis. Ideò ſuperueniens
3 hæc ędictalis † lex, et pragmatica ſanctio
Regis Alphonſi volens certum, et deter-
minatum ordinẽ dare, ſanciuit huiuſmo-
di cenſualium contractus, ſeu inſtrumen-
tã tanquam res iudicatas nulla prouoca-
tione ſuſpenſas promptam, & paratã exe
quutionem habere. Ex quibus verbis in-
fero primò, quod quidquid ſancitum eſt
vigore huiuſmodi Regiæ pragmaticæ ſan
ctionis illud inductũ eſt pro forma, quia
ordo datus à Principe ſemper habet vim
formæ; prout declarat *Bald. in l. probatũ
in pen. col. C. de ſent. & int. omn. iudic.* quẽ
refert, & commendat *Iaſ. in §. item ſer-
uiana in 10. col. verſ. vlt. inſtit. de act.* vnde
ſequitur, quod ſi in aliquo talis ordo, vt
puta datus pro forma nõ ſeruetur, ea om
nia, quæ fiunt contra dictum ordinem, &
formã datam à lege, regia redduntur ip-
ſo iure nulla iuxta ea, quæ ponuntur per
*Felin. & Moder. in capit. cùm dilecta de
reſcript.*

Secundò infero, quod licèt de iure cõ-
4 muni nullus cõtractus † paratam habeat
exequtionẽ *l. minor vigintiquinque annis
cui fideicommiſſum, ff. de minor.* & excep-
tis aliquibus caſibus, quos enumerat *Iaſ.
in l. fin. C. de adict. diu. Adri. tollend.* &
etiam exceptis aliquibus alijs caſibus ex
diſpoſitione Ritus huius Regni, & inter-
pretatione *cap. cùm varia verſic. item præ
dicta locum habere volumus*, tamen hæc
ædictalis Regia lex, & pragm. ſanctiò tri-
buit hoc priuilegiũ exequtiuum huic cõ-
5 tractui, † vt promptam, & paratam exe-
quutionem contra perſonas, res, & bona
illorum, qui originaliter cenſualia huiuſ-
modi vendiderunt, nec non eorum fide-
iuſſorum, hæredum, ſeu vniuerſalium ſuc-
ceſſorũ, prout dictant verba Regiæ prag-
maticæ ſanctionis, ex quibus verbis infe-
ro primo, quatenus verba prædicta ap-
prehendunt perſonas eoram, qui origina
liter huiuſmodi cenſualia vendiderunt,
quod licet de iure communi nemo poſſit
capi de perſona, niſi in ſubſidium defectu
bonorum, vt voluit *gloſ. & Bart. & Doct.*
in l.

in l.3.§.tutores ff.de ſuſpect.tut. vbi ſcrip
ſi concord. tamen virtute huius prag-
maticæ ſanctionis poterunt illi, qui ori-
ginaliter huiuſmodi cenſualia vendide-
runt via exequtiua capi de perſona, &
carcerari pro implemento exequtionis
5 iuxta formã ritus. Secundò † infero, qua-
tenus huiuſmodi exequtio procedere
poteſt contra perſonas, res, & bona fi-
deiuſſorum, vt etiam procedere poſſit
non facta excuſſione perſonæ rerum, &
bonorum ipſius principalis, qui origina-
liter cenſualia huiuſmodi vendiderit iux
ta ea, quæ habentur in *auth. præſente C.
de fideiuſſ. & in l.fi.ff. ſi cert.pet.* non ob-
ſtante, quod non fuerit renunciatum be-
neficio d.auth præſente de primo, & prin
cincipali conueniendo, quoniam perſona
fideiuſſoris pariter renuntiauit cum per-
ſona principalis implicatiue ibi, nec eo-
rum fideiuſſorum, & ſic etiam abſque ali
qua bonorum principalis debitoris diſ-
cuſſione contra perſonas, & bona quo-
rumcunque ſingularium detentorum re-
rum, iurium, vel bonorum, ſuper quibus
cẽſualia fuerunt ſpecialiter onerata pro-
cedi poteſt, quamdiù apud eos illorum
detentio fuerit, certè multo fortius con-
tra perſonas, & bona dictorum fideiuſ-
ſorum abſque aliqua excuſſione procedi
poterit, quia vna determinatio reſpiciẽs
plura determinabilia debet illa æqualiter
determinari *l.iam hoc iure ff.de vulg. &
pupill. l.quamuis C.de impub.* ſed iſta de-
terminatio paratæ exequtionis reſpi-
cit plura determinabilia, ſ.perſonæ prin-
cipalis, & eius fideiuſſoris, & tertij poſ-
ſidentis corpus ſpecialiter oneratum,
ergo, &c.

Tertiò infero quatenus huiuſmodi e-
6 xequutio † procedere poteſt cõtra per-
ſonas hæredum, ſeu vniuerſalium ſucceſ-
ſorum, vt procedat contra perſonas eo-
A rum etiam ſi confecerint inuentarium,*
& etiam ſi confecto inuentario heredi-
tas principalis defuncti reperiatur exau-
ſta, quia licet confectio inuentarij diui-
dat bona defuncti à bonis hæredis, vt nõ
teneatur hæres conficiens inuentarium
vltra vires hæreditarias nec de perſona
ſua propria, vt voluit *Bart. in l. fin. §. in
computatione C. de iur. delib.* niſi fortè
hæres occultauerit bona defuncti vel in-
uentarium non fecerit, prout diſponitur
ex forma ritus verſ. item licèt debitor
defunctus: tamen in iſto caſu cùm fiat ex-
preſſa, & indiuidua mentio non ſolùm de
perſonis, rebus, & bonis principalium
contrahẽtium, ſed etiam de perſonis eo-
rum fideiuſſorum, vt de perſonis hære-
dũ, ſeu vniuerſalium ſucceſſorum, ſequi-
tur quòd huiuſmodi exequtio ita affi-
ciat perſonas, & bona hæredum, ſeu vni-
uerſalium ſucceſſorũ, ſicut afficeret per-
ſonas principalium contrahentiũ, & ſuo-
rum fideiuſſorum, quia illud verbum
(perſonas) æqualiter refertur ad omnes,
& ſic debet illas æqualiter determinare
nõ ſolùm in perſonis principalium con-
trahentium, & eorum fideiuſſorum, & hæ
redum, ſed & in rebus, & bonis eorum,
& ſic iſta lex noua nõ recipiet interpre-
tationem à lege antiqua, quia non dubi-
tatur de intellectu *l.noua, vt voluit gloſ.
& Doct. in l. hæredum in princ.ff.qui ſa-
tiſ. cogant.* & ſic non eſt recurrendum ad
interpretationem legũ *l.ille, aut ille, aut
ille §.cùm in verbis ff.de leg.3.* quia in in-
certis, non certis eſt locus coniecturis
l.continuus §. 1. de verb. oblig. & illa di-
ctio (Perſonas) eſt etiam repetitiua non
ſolùm in perſonis principalium contra-
hentium, ſed etiam in perſona fideiuſſo-
rum, & hæredum ipſius principalis con-
trahentis per ea, quæ voluit *Gem. in cap.
vbi periculum §. nulli de elect.lib.6.* ma-
ximè, quod hæc ædictalis lex Regni, &
pragmatica ſanctio condita fuit in fauo-
rem contrahentium, & emẽtium annua-
lia iura prædicta, vt facilius iure exequ-
tiuo illa conſequi poſſent, ideo in eorum
fauorem interpretari debet, vt pariter
afficiat, & apprehendat perſonas princi-
palium contrahentium, & perſonas hæ-
redum, & ſi confecerint inuentarium, &
7 ſi hæreditas reperiatur exauſta, † vt ſal-
tem aduerſus exequtionem contra eos
cauſatam vigore dicti contractus confe-
ctionem inuentarij, aut exauſtionem hæ-
reditatis opponere nõ poſſint, licèt poſt
factam ſolutionem huiuſmodi exequtio
reſtringatur ad bona defuncti, & non ad
bona propria ipſius hæredis conficientis
inuentarium iuxta ea, quæ voluit *Bar. &
Doct. in d.l. fin. §. in computatione in fin.
C.de iur.delib. & ibi Iaſ. poſt alios in vlt.
col.* & ita ſemper fuit deciſum.

Ex quibus infero, quod non releuat
hæredem dicentem ſe hæredem diſcre-
tum cum beneficio inuentarij, nec etiam
releuat hæredem dicentem hæreditatem
exauſtam, quia ita eſt obligata perſona
hæredis, ſicut eſt perſona principalis in
iſto cõtractu vigore dictæ Regiæ prag-
maticæ ſanctionis, nec etiam releuaret
hæredem, quando augetur in bonis hæ-

redis,quia ſic procedit dictũ *Bar.in d.§. in cõputatione in fi.* ſuper quò melius cogita, quia eadem eſt ratio ſiue fiat exequtio in perſonam hæredis in bonis hæreditarijs, quando hæres fecerit inuentarium, & poſt factam ſolutionem exequtio retractetur ſi hęreditas reperitur exauſta,quaſi tunc facta fuiſſet exequtio ſuper bonis alienis,& nõ ſuper bonis originaliter ſubiugantis, & vna determinatio non debet æqualiter determinare, cùm eſt eadem ratiò *d.l. iam hoc iure.*

8 Et intelligo prædicta procedere †non ſolùm,quando cauſata fuit exequtio virtute dicti contractus contra primum hæredem illius, qui originaliter huiuſmodi iura cenſualia vendiderit;ſed etiam contra omnes alios hæredes hæredũ durante vita dicti contractus, quia non ſolùm dicta Regia pragmatica sãctio,facit mentionem hæredum, ſed etiam vniuerſaliũ ſucceſſorum per illam dictionem (ſeu) quæ ſtat ampliatiuè prout declarat *Bar. in l. ſi quis ita in princ. per illum tex. ff. de aur. & arg. leg.* & vniuerſalis ſucceſſor intelligitur etiam ille, qui per infinitos medios ſit ſucceſſor vt voluit *Gemin. in capit. 1. in 3.not. per illum text de homic.lib.6.* vbi Innoc.Pap. appellat ſic ſucceſſorem Petri, & tamen fuerunt alij quã plures intermedij ſucceſſores Petri ante eum,quem refert & ſequitur *Iaſ. in l fin. in 2. not. C. de her. inſtit.*

Tertium priuilegium eſt, quia huiuſmodi contractus † annualium iuriũ cenſualium paratam habet exequtionem,
9 abſque aliqua bonorum principalis debitoris diſcuſſione * contra perſonas, &
B bona quorumcunque ſingularium detentorum iurium, vel bonorum ſuper quibus cẽſualia ipſa fuerint ſpecialiter onerata, Ita formaliter dictant verba dictæ Regiæ pragmaticę ſanctionis,ſuper quibus verbis aduertendum eſt primò, quod licèt ex forma ſtatuti, ſeu ritus Regni contractus habeat paratam exequtionem in certis caſibus, illam tamen intelligitur habere contra perſonas principales,& eorum fideiuſſorum,& hæredes nominatos in d. contractu exequtiuo ita voluit *Ang in l. 1.§ ſi hæres ff.ad Trebell.* ſed contra tertium poſſeſſorem procedendum erit via ordinaria prout dixit *Bal. in l.ſi præter C.de doti.promiſ & in l.2.C.de exeq. rei iud.*& hoc idem diſponitur ex forma ritus in interpretatione capituli cum varia, in tantum vt etiam contra nomen debitoris, vel fideiuſſoris, obligati ex contractu nõ niſi diſcuſſis bonis debitoris, & fideiuſſoris exequtio breui manu fieri poſſit,tamen hæc Regia pragmatica ſanctio tribuit hoc priuilegium exequtiuum dicto contractui venditionis iurium cenſualium annualium,
* iuxta formma *Apoſtolicæ Bullæ*, vt etiam contra tertiũ * quemcunque ſingularem detẽtorem rerum, iurium vel bonorum, ſuper quibus cenſualia ipſa fuerint ſpecialiter onerata paratam habeat exequtionem.

Secundò aduertendum eſt, quod hoc
10 priuilegium exequtiuũ † ambulat contra perſonas,& bona quorumcunque ſingularium detentorum, inquilinorum,vel
* colonorum * depoſitariorũ,vel commodatariorum rerum, iurium, vel bonorũ, ſuper quibus cenſualia ipſa fuerint ſpecialiter onerata, quia tales perſonæ ſolam detentationem habent *l. licèt ff.locat. l.ſed & ſi ff. commod. l.ſed licèt ff. depoſi. & declarat gl. magna in conſt. circa violentiarum penas verſ. ſed nunquid in tit. de reſt. ſpol. lib. 1.* & propter illud verbũ (quorumcunq; ſingularium detẽtorum)
11 intelligo eos detentores † quocunque titulo ſingulari detineant ſiue iuſto, vt depoſitarij, & alij ſimiles, ſiuè iniuſto titulo detineant,vt quia fortè ſucceſſerunt alijs cum vitio rei, à quibus cauſam habuerunt iuxta ea,quæ habentur in *cap.1. de iudic. & in d. conſt.* circa violentiarũ
12 penas, item intelligo,† quando talis detentor detineat aliquo titulo ſingulari pro ſe, & ſibi nomine ſuo, ſecùs autem ſi nullo titulo ſingulari detineat, ſed reperiatur eſſe in re ſubiugata iure familia-
C ritatis,* quia tunc contra eum vti detentorẽ via exequtiua procedi non poteſt, ita *Paul. de Caſtr. in l. qui iure familiaritatis ff.de acquir. poſſ.* quia ij, qui poſſi-
13 dẽt † iure familiaritatis non poſſident ſibi, ſed illi, cuius fam liaritatis vtitur ibi, ſed illi, cuius familiaritatis vtitur ibi re ſuper qua incumbit, vt ibi per eum.

Sed iuxta prædicta quæro de quæſtione ſæpius occurrente, quid ſi condu-
14 ctor, † vel inquilinus, aut colonus deten
D tor * rei ſpecialiter ſubiugatæ titulo ſingulari ſoluerat penſionem locatori ſuo tempore cauſatæ exequtionis contra eum pro iure cenſus impoſito ſuper re ſubiugata detenta per eum,numquid cogi poterit virtute dicti cõtractus iterum ſoluere ius cenſus debitum ſuper eadem re locata detenta per eum; reſpondeo, quod aut ſoluerat pro tempore pręterito iuxta conſuetudinem Regionis putà de

de tertiò in tertium in primo Septem-
bris per ea,quæ habêtur per *gloſ.et DD.*
in l.idem C. locat. & tunc pro ea penſio-
ne,quam legitimo tempore ſoluit, deſi-
nit eſſe debitor, quia ſolutio eius, quod
tunc debebatur, pro eo tempore ſublata
fuit omnis obligatio realis & perſonalis
inſtit.quib.mod.ſol. oblig. in princ. item
quia inuecta, & illata ſunt tacite hypo-
thecata locatoribus pro pẽſione domus
locatæ *l.item quia ff.de pact.& in §.item*
ſeruiana inſtit. de act. quod eſt verum
quamdiu penſio non eſt ſoluta,*vt ibi per*
Doct. Cum igitur hoc ius exequtiuum
contra tertiũ detentorem ſuccedat con-
tra conductorem in locum tacitæ hipo-
thecæ,ergo ſapit eius naturam quamdiu
non eſt ſ[illegible]luta penſio.

15 Item iſtà exceptio † realis ſolutionis
ſicut competit principali debitori,quan-
do contra eum fuit cauſata exequtio,
ita etiam competit huic tertio ſingulari
detentori rei ſpecialiter ſubiugatæ, quan
do fit hæc exequtio contra eum, quo-
niam hęc exceptio realis ſolutionis con-
ceſſa fuit per Regiam pragmaticam ſan
ctionem poſt ius exequtiuum conceſ-
ſum tàm contra principalem,quàm con-
tra tertium ſingularem detentorem,quo
caſu vna determinatio excip.ẽdi de reali
ſolutione reſpiciẽs plura determinabilia
iuris exequtiui tàm cõtra tertium,quàm
cõtra principalẽ debet illa æqualiter de-
terminari *l.iam hoc iure ff.de vulg.& pu*
pill. l.quamuis C. de impub.cùm ſimil. &
ratiò eſt, quia bona fi1es non patitur, vt
ſemel exactum legitimè iterum exigatur
l.bona fides ff.de depoſ.& l bona fides de
reg. iur. lib.6. præſertim quando deten-
tor ſoluiſſet de mandato Iudicis per ea,
quæ voluit *Paul.de Caſtr.in l.2.in princ.*
16 *ff.de iud.* quia mandatum † Iudicis præ-
ſtat pleniſſimam ſecuritatem *l. ait Præ-*
tor §.permittitur ff.de min. niſi forte di-
17 ceretur,† quod hæc exceptio realis ſolu-
tionis præualeat,quando eſt facta credi-
tori, ſeu emptori cauſanti exequtionẽ,
& ita loquitur Regia pragmatica ſanctio
prædicta, ſecùs autem quando reperitur
facta per conductorem ſoluentem loca-
tori ſuo,quia tunc talis ſolutio non rele-
uat conductorem ſoluentẽ locatori,quo-
minus contra eum vti detentorẽ rei ſpe-
cialiter ſubiugatæ poſſit fieri exequtio
ſtãte dicta Regia pragmatica ſanctione,
& iſto caſu licèt bona fides non patiatur,
quod bis idem exigatur ab eodem,& ſol
natur diuerſis perſonis; ita quod ſolutio
vna valeat in fauorem creditoris priui-
legiati, & altera repetatur per cõducto-
rem indebite, ſuper quo relinquo meliùs
cogitandum, quia vidi pluries in Magna
Regia Curia ſecundũm diuerſas ſedes di-
uerſimode iudicari, niſi quatenus ſo uiſ-
ſet de mãdato Iudicis, vt ſupra dictũ eſt.

18 Si verò talis conductor † ſoluit pen-
ſionem pro tempore futuro, prout ali-
quando ſo uere conſueuerunt inquilini
feudorum, aut domorum ratione maio-
ris ſecuritatis locationis ſibi conceſſæ, &
tunc talis ſolutio cedit in cauſam mutui
in viam anticipatæ ſolutionis, vt poſtea
cedente die locationis pro rata conuer-
tatur in cauſam locati per ea,quę haben
tur in *l. ſi quis nec cauſam ff.ſi cert.pet.*&
ideò quatenus ſolutio durat pro tempo-
re futuro, non opitulatur conductori,
quominus exequtio procedat contra
eum vti detẽtorem corporis ſpecialiter
ſubiugati, & ſoluat annuum cenſum &
inde repetat certi conditione ex cauſa
mutui à ſuo locatore.

19 Et prædicta intell go † quatenus age-
retur via exequtiua in perſonam con-
ductoris,& aliorum detentorum; Si vero
ageretur in rem ſuper re conducta per
primum, & ſecu[illegible]m decretum, tunc
cùm tale ius exequ[illegible]um ſubrogatum
fuerit in locum actionis hypothecariæ,
puto agi poſſe via exequtiua, ſicut via
hypothecaria agi potuiſſet non obſtante
locatione facta locatori per conducto-
rem,quia actio ſubrogata ſapit naturam
actionis, in cuius locum fuit ſubrogata
l.ſi eum §.iniuriarum ff.ſi quis caut.cùm
ſimil.

20 Item intelligo † præmiſſa, niſi for-
tè fuiſſet denunciatum cõductori ne ſol-
uat, quia tunc ſi poſt denunciationem
ſponte ſoluit, eſt qnod ſibi imputetur
ſi bis cogeretur ſoluere per ea, quæ ha-
bentur per *Bart.& Doct. in l.non ſolum*
§. morte in principio ff. de nou. operat.
nunciat. & in l. ſi fundum C. de re ven-
dic. cum ſimil.

Succeſſiuè quæro certum eſt, quod ex
forma Regiæ pragmaticę ſanctionis am-
21 bulat exequtio contra perſonas † & bo-
na quorumcunque ſingularium detento-
rum,qui habent ius, & cauſam à princi-
pali venditore, qui originaliter cenſua-
lia huiuſmodi vẽdiderit,ac etiam contra
perſonas, & bona quorumcunque ſingu-
larium detentorum, qui non habent ius,
* & cauſam ab illo originali venditore. *In
hac quæſtione videtur dicendum inhæ-

rendo tenaciter verbis dictę Regiæ prag
maticæ ſanctionis, quod dicta exequtio
ambulet contra perſonas, & bona quo-
rumcunque ſingularium, qui habent ius,
& cauſam ab illo originali vẽditore tan-
22 tum: nam bonum eſt argumentum † à
pacto ad ſtatutum l. non impoſſibile, &
ibi *not. Iaſ. in fi. ff. de pact.* vbi allego con-
cor. ſed vbicunque partes contraueniũt
ex pacto, quòd liceat alteri eorum ingre
di fundum propria auctoritate, vel vti iu
re exequtiuo contra alterum, & eius ſin-
gularem ſucceſſorẽ *Bart. ponit quæſtio-
nem in l. creditoris in 6. col. & ſeq. C. de
pign.* vbi diſtinguit, quod aut iſte ſingu-
laris ſucceſſor habet ius, & cauſam à prin
cipali debitore, & tunc tranſit ius exe-
quutiuum ex pacto, aut verò hic ſingula-
ris ſucceſſor non habet ius, & cauſam à
principali debitore, & tunc tale ius exe-
qutiuũ non tranſit contra eum, vt ibi la-
te per eum. Ita dicẽdum eſt in propoſito
arguendo à pacto ad ſtatutũ, & ratio eſt,
quia ſumus in pacto, vel ſtatuto diſponen
te, & inducẽte plura ſpecialia contra ius
cõmune, ergo debet ſtrictè intelligi, quo-
minùs lędat ius commune *arg. l. 2. vbi per
Cyn. & alios C. de noxal. & per Bal. in l.
1. C. de dot. promiſſ. vbi per Doct.*

23 Confirmatur hoc, quia ius † exequti-
uum quòd cauſatur contra tertium de-
tentorẽ corporis ſpecialiter onerati fuit
ſubrogatum in locum actionis hypothe-
cariæ, quæ datur contra tertium poſſeſ-
ſorem rei ſubiugatæ hypothecatæ tem-
pore obligationis principalis, quia licèt
ex forma ſtatuti, ſeu Ritus Regni proce-
di poſſit via exequtiua contra principa-
lem debitorem, & eius hæredes, tamen
hoc ius exequtiuum non ambulat con-
tra tertium poſſeſſorem, ſed contra eum
agendum eſt via ordinaria, & hypotheca
ria prout dixit *Bal. in indiuiduo in l. 1.
in 2. col. C. commun. de leg. & Alex. in
l. 2. §. ſi hæres in 1. col ff. ad Trebell.* & idẽ
voluit Dominus *Benedict de Barcis in
ſuo tract. de inſtrumento guarẽtigiato in
10. quæſtio. primæ partis in 4. col. verſ.
aliquando verò occurrit:* eodem modò li
cet actiuè ius exequtiuum virtute con-
tractus guarentigiati competat princi-
pali creditori, non tamen competit ter-
tiò etiam ſi eius interſit vt voluit idem
Bal. in l. ſi pro te in fin. C. de dot. promiſſ.
vbi ponit generalem rationem in vtroq;
caſu tàm actiuè in fauorem creditoris,
quàm paſſiuè contra debitorem, quia in
contractibus perſona extrinſeca, & in eo
non nominata non ſubauditur *l. ſi ſtipu-
latus §. Griſogonus ff. de verb. oblig.* vt ibi
per eum, vnde ſequitur, quod quatenus
hæc Regia pragmatica ſãctio inducit ius
exequtiuum contra tertium detentorem
24 corporis ſpecialiter ſubiugati inducit †
exequtionẽ, quia regulariter nullus con-
tractus de iure communi paratam ha-
bet exequtionem *l. minor xxv. annis cui
fideicõmiſſum ff. de min.* præterquã in ſex
caſibus tantũ in poſit per *Iaſ. in l. fi. in 3.
col. in decimo not. C. de edi. Diu. Adr. toll.*
ſecundum ſpeciale eſt, quòd habeat exe-
qutionem paratam contra tertium de-
tentorem corporis ſpecialiter ſubiuga-
ti, contra quem regulariter non ambu-
lat exequtio, vt dixit *Bal. in d. l. 1. in 2.
col. C. com. de leg.* vt ſuperùs dixi, item in-
ducit tertium ſpeciale, † quod hoc ius
25 exequtiuum ambulat cõtra tertium de-
tentorem corporis ſpecialiter ſubiuga-
ti non ſolùm reſpectu corporis detenti
per eum, ſed etiam reſpectu perſonæ ip-
ſius tertij poſſidentis citra vires alicuius
nominationis, & obligationis ex forma
contractus, ſed tantum ex diſpoſitione
legis ædictalis, & nouæ pragmaticæ ſan-
ctionis, quod eſt valde ſpeciale, & exor-
bitans à regulis iuris communis, & ideò
debent iſta plura ſpecialia prouenientia
ex eodem fonte, & concurrentia circa
idem ſtrictè intelligi per regulã cap. *quæ
à iure communi de reg. iur. lib. 6.* & per
ea, quæ habentur per *gloſ. & Doct in l.
1. C. de dot. promiſſ.* & per conſequens
referri debent contra tertium detento-
rem habentem ius & cauſam ab origina-
li vẽditore iurium annualium prædicto-
rum tantum. Item confirmatur ex alio,
quia certum eſt, quod hoc ius exequti-
uum contra tertium poſſeſſorem ſubro-
gatum fuit in locum actionis hypothe-
cariæ, prout ſuperius dixit, ſed contra
26 tertium poſſeſſorem † agi poteſt actione
hypothecaria duobus modis, primò con-
tra tertium poſſeſſorem habentem ius,
& cauſam à principali debitore. Secun-
dò contrà tertium poſſeſſorem penitus
extraneum, & nullum habentem ius, nec
cauſam à principali debitore, ſed plus iu-
ris habet creditor, quando proceditur
contra tertium poſſeſſorẽ habentem ius,
& cauſã à principali debitore, quã quan
do proceditur contra tertium poſſeſſo-
rem non habentem ius, & cauſam à prin
cipali debitorę ita per plura colligit, &
declarat *Iaſ. poſt alios ibi per eum relatos
in §. item ſeruiana in 12. col. & plur. ſeq.*

verſ.

verſ. faciamus tres caſus inſtit. de act. ergo ita dicendum videtur in propoſito.

Præterea cõfirmatur hoc ex alio, quia licèt ſpoliatus agere poſſit iudicio ſpoliatorio contra quemlibet detentorem rei ſpoliatæ, qui habet ius, & cauſam à primo ſpoliante, etiam ſi per mille manus poſſeſſio ambulauerit, non tamen
28 agere poteſt iudicio ſpoliatorio† contra vltimum detentorem ſi non habet ius, & cauſam à primo ſpoliante ita voluit *gloſ. in conſt.* circa violentiarum penas in verbo per quaſcũque manus *verſ. Sed ſi detentor in tit. de reſt. ſpoliat. lib.* 1. vbi ponit rationem, quia licèt etiam iſto caſu res perdurat vitioſa penes vltimum detentorem, tamen non conſideratur ſolummodò rei vitium, vnde moderna poſſeſſio originem habuit vt ibi per eum, ergo ita dicendum erit in propoſito.

Quinimò attentari poteſt, quia Regia
29 pragmatica ſanctio† nil diſponit contra tertios poſſeſſores rerum iurium, vel bonorum, ſuper quibus cenſualia ipſa fuerint ſpecialiter onerata, quia loquitur contra perſonas, & bona quorumcunque ſingularium detentorũ, & non dicit contra perſonas quorumque ſingularium poſſeſſorem, ergo debet intelligi ſtrictè tantùm, prout verba ſonant, & quatenus apprehẽdunt quoſcunque ſingulares detentores, non autem quoſcumque ſingulares poſſeſſores iuxta ea, quæ habentur *in l. emptorem C. locat. & familias §. ſi vir in quinquennium, vbi Bart. & alij ff. ſolut. matr.* & ſic non apprehendunt tertium poſſeſſorem, nec ſingularem ſucceſſorem, contra quem regulariter non ambulat ius exequtiuum virtute contractus guarentigiati, vt voluit *Iaſ. poſt. alios ibi per eum relatos in l. quadam §. nihil intereſt in* 3. *&* 4. *not. ff. de eden.* ſed tantum dicta pragmatica ſanctio voluit apprehendere, & includere quoſcunque ſingulares detentores titulo particulari, qui tenentur actione perſonali, & habent ius & cauſam à principali deponente, vel locante, & habent nudam, & ſolam detentationem tantùm, & non habẽt aliquam poſſeſſionem naturalem, & ciuilem, non autem voluit includere tertios poſſeſſores ciuiliter, & naturaliter rei ſpecialiter oneratæ, contra quos via hypothecaria ordinaria agi debet maximè ſi habent ius, & cauſam à principali debitore.

Quinimò dico, quod dicta Regia pragmatica ſanctio voluit apprehẽdere iſtos quoſcũque ſingulares detentores rerum iurium, vel bonorum, ſuper quibus cenſualia ipſa fuerint ſpecialiter onerata, tanquam nomen debitoris detinẽtis corpus ſpecialiter ſubiugatum, contra quos licet ex forma ritus via exequtiua procedi non poſſit, niſi prius facta diſcuſſione principalis debitoris, tamen hæc Regia pragmatica diſpoſuit in fauorem emptorum dictorum iurium cenſualiũ, vt abſq; aliqua bonorum principalis exequtione poſſint via exequtiua procedere ita *Bar. in l. nomen in* 2. *col. quæ res pign.* & ſic dicta Regia pragmatica in hoc eſt conformis iuri cõmuni * quatenus vult poſſe procedi via exequtiua contra tales ſingulares detentores tamquam contra nomina debitorum poſſidentium corpora ſpecialiter ſubiugata. Et licèt præmiſſa ſatis in pũcto iuris procedere poſſunt rationibus, & iuribus præallegatis, quia
E tamen hæc ædictalis lex * & pragmatica
30 ſanctio † condita fuit in fauorem emptorum dictorum iurium cenſualium, vt via exequtiua non ſolùm contra eos, qui originaliter dicta iura vendiderunt eorumque hæredes, & fideiuſſores, ſed etiam contra perſonas, & bona quorumcunque ſingularium detentorum rerum, iurium vel bonorum, ſuper quibus cenſualia ipſa fuerunt ſpecialiter onerata procedi poſſit, ideò recipit latiſſimam interpretationem, vt non ſolùm apprehendat quoſcunque ſingulares detentores habentes, ſolam, & nudam detentationem, ſed etiam quoſcunque poſſeſſores ciuiliter, & naturaliter poſſidentes, & ſingulares ſucceſſores, emptores bonorũ ſpecialiter oneratorum per illud verbum (quorumcunque) quod eſt ſignum vniuerſale diſtributiuum, & eſt verbum geminatum apprehendens quoſcunque ſingulares detentores, vt poſſeſſores rerum ſpecialiter ſubiugatarum, quia verbum (detentorum) † non ſolum pro detentore * quo-
31 cunque, ſed etiam pro quolibet poſſeſſore intelligi poteſt, vt declarat *Gloſ. & Panhor. in capit. cauſam de præſcrip* quia qui detinet in dubio preſamitur poſſidere vt voluit *Bal. in l.* 2. *in* 11. *quæſt. C. de ſer. & aqu.* ita quod hodie vſu receptum eſt in M. R. C. † vt ſub illis verbis quorumcunque ſingularium detentorum liberè valeat exequtio procedere non ſolum contra quolibet ſingulares detentores habentes nudam detentationem, ſed etiã contra quoſcunque ſingulares poſſeſſores, tàm ciuiliter, & naturaliter tantùm poſſi-

poſſidentes ſimul, quàm naturaliter tantùm, & ſic contra vſufructuarios † poſſidentes corpus ſpecialiter ſubiugatum ratione vſufructus,& naturalis poſſeſſionis, quam habet in illo, ſiue tales ſingulares detentores, & poſſeſſores habuerint ius, & cauſam à principali contrahente, qui originaliter huiuſmodi cēſualia iura vendidit, ſiue non; in tantùm quòd ſi proprietarius reuocat corpus emphytheoticum ab emphytheuta, & efficeretur tertius poſſeſſor corporis emphytheotici,& illud corpus emphytheoticum fuiſſet ante reuocationē per ipſum emphytheotam alteri ſubiugatum, & emptor ſubiugatarius vellet via exequtiua procedere contra proprietarium poſſidentem corpus per ipſum emphytheotā ſpecialiter ſubiugationis prædictæ, licèt dictus directus domin' reperiatur tertius poſſeſſor,quia iure proprietario tanquam directus reuocauit illud corpus emphytheoticum, & non habeat ius,& cauſam ab ipſo emphytheota ſubiugante: ita quod reſolu-
34 to † iure empytheotæ datoris,ſeu ſubiugantis, reſolutum fuerit ius acceptoris, ſeu emptoris ſubiugatarij per ea,quæ habentur *in cap. 1. §. quid ergo, & ſeq. de inueſt. de re alien. & in l. lex vectigali fundo ff. de pign vbi gloſ.* in fauorem emptoris petentis iura cenſualia ſibi debita ſuper dicto corpore ſpecialiter ſubiugato
35 procedit exequtio, † & non poteſt impe-
36 diri,quò minùs adimpleatur; licèt † poſtmodum facta ſolutione iuris cenſus debiti in cauſa oppoſitoria talis exequtio retractetur, quia in effectu ius ſubiugantis fuit reſolutum, & ſicut in actione hypothecaria ius anterioris creditoris abſorbet ius hypothecæ creditoris poſterioris vt voluit *Salic. per illum tex. in l. 1. C. ſi antiqu. creditor pig. vend.* ita hoc ius exequtiuum ſubrogatum in locum actionis hypothecariæ contra tertium poſſidentē corpus ſpecialiter ſubiugatum erit reſolutum in effectu, & retractabitur ferenda in cauſa oppoſitoria,licèt ab initio mero iure procedat, vt ſuperiùs dixi,& ita vidi aliàs ſeruari in Magna Regia Curia,& idē
G dici poſſet ſi tertius poſſeſſor corporis ſpecialiter ſubiugati poſſideret ex cauſa
37 † anteriori pariter priuilegiata * iuxta
H formam *Bullæ, & Regiæ pragmaticæ per ea, quæ habentur in l. 1. vbi Bald. & Salic. C. ſi antiqui. cred.* vel ſucceſſiſſet locum creditoris anterioris ex eadem cauſſa iuxta ea, quæ habentur *in l. 1. C. de his qui in prim. vend. loc. ſucced.* quia tunc licèt fortè talis exceptio non impediat exequtionem ab initio, impediet tamen in effectu poſt ſolutionem in cauſa oppoſitoria per prædicta; niſi dicas, quod Regia pragmatica ſanctio non tollit ius anterioritatis creditoris,& ratione paritatis priuilegij res reducatur ad ius commune,de quo *per Bal. & Salic. in l. 1. C. de priuileg. fiſc. & in d. l. 1. ſi antiquior creditor*, diſtinguendo, vt ibi per eos, & ſic ſtat vis nunquid ab initio, vel ex poſt facto in effectu impediat,& reuocat exequtionem in cauſa oppoſitoria,ſuper quò meliùs cogita.

Tertiò aduertendum eſt quod licet ex forma *Apoſtolicæ Bullæ* poſſint huiuſmodi iura cenſualia imponi ſuper domibus, poſſeſſionibus,& proprietatibus ſpecialiter, vel etiam generaliter ſuper omnibus bonis,redditibus,emolumentis iuribus,& rebus venditoris ſubiugantis, vt ibi dicitur,tamē ad hoc,vt ex forma *Regiæ Pragmaticæ ſanctionis* exequtio cauſata vigore contractus venditionis prædictæ ambulet contra tertium ſingularem poſſeſſorem,vel detentorem rerum, iurium,vel bonorum prædictorum requiritur, quòd talia bona poſſeſſa, ſeu detenta per eum
38 ſint talia,quòd ſuper illis cenſualia † ipſa fuerint ſpecialiter onerata ita formaliter dictant verba dictæ pragmaticæ ſanctionis, pro quorum intelligentia videndum
39 eſt, quando dicuntur † ſpecialiter * one-
I rata; ſuper quo reperio,quod multis modis dici poſſunt talia iura, vel bona ſpecialiter operata.Primò quando talis ſubiugatio,fuit impoſita ſuper omnibus bonis ſtabilibus ipſius venditoris originaliter ſubiugātis, & talia bona poſſeſſa tunc per eum reperiuntur modo poſſeſſa, vel detenta per ſingularem detentorem, & erant in bonis vēditoris ſubiugantis tempore contractus venditionis iurium cenſualium prædictorum *ita declarat Angel. in l. 1. §. cum prædium in princ. & in l. conſtitutum §. quod dicitur ff. de pignor. & Angel in l. matrem C. de prob.* quia bona futura quæſita poſt huiuſmodi contractum veniunt in generali, & non in ſpeciali obligatione *per tex. in l. fi. C. quæ res pign.* Secundò dicuntur talia iura cenſualia ſpecialiter onerata,quādo ſunt expreſſe dicta in contractu venditionis prędictæ & illud verbum (*ſpecialiter*) exponitur, ideſt expreſsè *ita exponit Gloſ. in l. alienum C. de neg. geſt.* dicitur autem aliquid expreſſum altero de tribus modis ſcilicet in genere, in ſpecie,& indiuiduo;

prout

prout declarat *Bart. in l.* 1. *in* 3.*col. ff. de vulg. & pup. & ibi latiùs habetur per Iaſ. in* 4. *col.* Vnde dici poſſunt talia iura cenſualia ſpecialiter onerata, ideſt expreſſa expreſſione ſpecificè onerata, nec eo caſu ſufficit, quod ſint expreſſa, ideſt expreſſione generali onerata.

Tertiò dicuntur huiuſmodi iura cenſualia ſpecialiter onerata propriè loquẽdo, prout ſpecies capitur de iure Ciuili, non autem prout ſpecies capitur ſecundùm Dialecticos, quia ſecundùm Logicos Homo eſt ſpecies, & Animal eſt genus, & Sortes eſt indiuiduum, ſed ſecundùm ius Ciuile aliquis homo eſt ſpecies, homo eſt genus, & Titius eſt indiuiduum, *vt declarat gloſſ. Bar. & Doct. in l. legato generaliter ff. de leg.* 1. Vnde ſi talia iura cenſualia imponantur ſuper omnibus bonis, redditibus, emolumẽtis, & rebus venditoris ſubiugantis, eo caſu dicuntur impoſita generaliter, ſi verò imponantur ſuper domibus, poſſeſſionibus, & proprietatibus venditoris, eo caſu dicuntur ſpecialiter, & non generaliter onerata, & ita propriè dictant verba Bullæ Apoſtolicæ. Igitur ſi verba contractus vẽditionis annalium iurium cenſualium prædictorum dictant, quod Titius venditor talia iura cenſualia imponat ſuper omnibus bonis, ſeu rebus, tales res, & bona dicuntur generaliter onerata, ſi verò dicant ſuper omnibus bonis mobilibus, & ſtabilibus, & ſtabilibus, & dicuntur talia bona ſtabilia ſpecialiter onerata, quod ſatis colligitur ex mente *Apoſtolicæ Bullæ*, dum dixit, *ſuper propietatibus*; quaſi proprietates ſint propriè bona ſtabilia, quia in bonis mobilibus propriè non cadit proprietas diſtincta ab vſufructu, *vt tot. tit. ff. de vſu. ear. rer. quæ vſu conſu.* ſi verò dictãt verba contractus, ſuper omnibus bonis ſuis ſtabilibus, burgenſaticis, feudalibus, eo caſu magis clarè ſpecificè tranſeunt ad ſpeciem bonorum ſtabilium ſubalternam, quia bona ſtabilia prædicantur de bonis burgenſaticis, & feudalibus, & hoc etiam colligitur ex mẽte eiuſdem *Apoſtolicæ Bullæ* dicentis ſuper domibus, & poſſionibus, quę tantùm veniunt appellatione bonorum ſtabilium, quæ domibus, & poſſeſſionibus prædicantur, ſed ſi dictarent verba cõtractus ſuper omnibus bonis ſuis ſtabilibus, burgenſaticis, & feudalibus, & præſertim ſuper tali domo ſita in tali loco, & tali fundo corneliano, ſeu certis finibus deſignato, & tunc dicuntur talia bona in genere, & in ſpecie, & in indiuiduo ſubiugata, vel onerata, & ita formando verba contractus prædicti ad hoc, vt ambulet exequtio contra ſingularem detentorem, ſeu poſſeſſorem iuxta formã *Regiæ Pragmaticæ ſanctionis prædictæ*. Quintò dicuntur bona ſpecialiter onerata quando impoſita fuit ſubiugatio ſuper omnibus, & ſingulis bonis ipſius venditoris originaliter ſubiugantis,
40 quia illud pronomen † (ſingulis) ſtat diſtributiuè, & illud pronomen (omnibus) ſtat collectiuè, *vt declarat Bar. in l. moſchis ff. de iur. fiſc.* ideò tunc bona dicuntur ſigillatim; & ſpecialiter ſubiugata, ita voluit *Bart. in l.* 2. *in* 2. *colum C. de probat. & Angel. de Aret. in tract. ſuo maleſic. in verbo ſuper quibus omnibus & ſingulis, & ibi Angel. in apoſt. vbi ponit concord. Idem etiam in ſimili voluit Alex. in l. nemo poteſt in* 4. *col. verſ. item in quantum concludit Bar. ff. de leg.* 1. vbi
41 voluit iuramentum † interpoſitum ſuper contractu tollere ſimulationem contractus quando pars iurauit omnia, & ſingula vera eſſe, vt ibi per eum. Adde ad hoc melius facere *text. in capit. vt circa in verſic. & ſingula de elect. in* 6. *& ea, quæ tradit Ant. de Butr. in conſ.* 19. *column.* 3. *qui ad hoc allegat Socin. in conſil.* 300. *& vlt. col. idem tradit Oldr. in conſ.* 30. *in* 3. *col. verſ. & eſt attendendum, & Bald. in conſ. ſuo* 254. *incip. in Chriſti nomine quæritur vtrũ huic quæſtioni lib.* 1.

Quartò aduertendum eſt, quòd licèt contra tertium poſſeſſorem ſiuè detẽtorem corporis ſpecialiter onerati via exequtiua procedi poſſit, tamen vidẽdum eſt ſi proceditur contra vnum tertium poſſidentem vnum ex pluribus corporibus ſpecialiter ſubiugatis, nunquid contra illum via exequtiua procedi poſſit in-
42 ſolidum † pro toto annuo cenſu debito,
K & petito, an verò pro rata corporis ſubiugati, vel pro tota æſtimatione corporis ſpecialiter onerati, ſuper quo reperio tres opiniones *Doctorum*, quorum prima fuit, quòd dicta exequtio procedit pro rata corporis ſpecialiter ſubiugati tantùm, & ratiò eſt, quia cum hic agatur actione perſonali, ſeu conditione ex lege contra tertium poſſidentem via exequtiua contra diſpoſitionem iuris commu-
43 nis, quę vult, quod actio † perſonalis non ſequitur fundũ *l. fin. §. fi. de contrab. emp. l.* 1. *§. ſi hæres ff. ad Trebel.* ideò quando plures reperiuntur poſſeſſores, quilibet pro rata ſua eſt conueniendus & non in ſoli-

ſolidum *ita dixit ad litteram Bal. in cap. 1. §. ſimiliter in 1. col. verſ. extra not. de contr. inueſt. idem voluit Bart. Ioan. de Plat. & alij in l. 2. per illum text.* C. *de deb. ciui. lib. 11. per quem tex. mouetur,*
44 *& Bal. in d. §. ſimiliter.* † Alia fuit opinio *Bar. & ſequentium in l. moſcbis ff. de iure fiſci,* vbi voluit, quod creditoris arbitrio quilibet tertius poſſeſſor corporis ſpecialiter hypothecati tenetur inſolidū, & non pro rata corporis *per tex. in l. quamdiù c. de diſtrac. pign. & per gloſ. in l. creditores ff. de diſtract. pign.* & ratio vtriuſque opinionis eſt, quia prima opinio loquitur, quando proceditur contra tertium poſſeſſorem contra diſpoſitionem iuris communis, ideò nimirum ſi reſtringitur pro rata tanquam exorbitans *per c. quæ à iure communi extra de re iur.* ſecunda verò opinio loquitur, quādo proceditur contra tertium poſſeſſorem iuxta diſpoſitiones iuris communis reali hypothecaria & ſic ordinaria, & in rem, non exequtiuo & in perſonam. Tertia opinio
45 fuit † vt talis exequtio procedat contra tertiū poſſeſſorem vnius ex pluribus corporibus ſubiugatis non habita conſideratione ad totum annuum cenſum debitum, vel petitum per emptorem, ſed habita ratione quantitatis pecuniarum, ſeu redditūum, aut fructuum prouenientium ex dicto corpore ſpecialiter ſubiugato, & non habita ratione valoris, ſeu extimationis totius corporis ſpecialiter ſubiugati, necnon habita ratione dictæ penſionis, ſeu fructuum, & redditūum, quæ principaliter ex dicto corpore ſpecialiter ſubiugato tempore alienationis, quādo peruenit ad ipſum tertium poſſeſſorem dictum corpus principaliter ſubiugatum, & non habita ratione additamēti, ſeu additamentorum, aut redditūum ſuperuenientium, aut adhæreſcentium poſt alienationem dicti corporis ſpecialiter ſubiugati fortè in perſona ipſius tertij poſſeſſoris ita per illum *text.* in indiuiduo determinat *Ioann. de Plat. & alij in l. 2. C. de præd. nauic. lib. 11.* & ratiò eſſe poteſt, quia licèt contractus ex forma ſtatuti habeat paratam exequtionem, tamē habet illam contra ipſum contrahentem, & eius hæredes, & nō contra tertios poſſeſſores poſſidentes bona debitoris obligati in contractu exequtiuo, ſed contra tertium poſſeſſorem, & corporis ſpecialiter obligati agendum erit actione hypothecaria, & ſic ordinaria, & non exequtiua, prout voluit *Alex. poſt alios in l. 1. §. ſi hæres in 1. col in 1. not. vbi ſcripſi concord. ff. ad Trebell.*

Ergo quatenus ex forma *Regiæ Pragmaticæ ſanctionis* diſponitur, quod talis exequtio virtute contractus iuxta formā *Bullæ* procedat contra tertium poſſeſſorem corporis ſpecialiter ſubiugati, talis diſpoſitio eſt ſubrogata in locum actionis hypothecariæ, quæ datur contra tertium poſſeſſorem de iure communi, ſed
46 creditor hypothecarius † de iure cōmuni reuocat rem hypothecatam inſolidum à tertio poſſeſſore, vt tota res vendatur, & de pretio ſatisfiat creditori, & nō pro rata corporis hypothecati, ergo eodem modò inſolidum agi debet via exequtiua contra tertium poſſidentem corpus ſpecialiter ſubiugatum.

Item licèt actione hypothecaria expreſſa agatur inſolidum contra tertium poſſeſſorē, vt tota res hypothecata vendatur, de pretio ſatisfiat creditori hypothecario, nō tamen agitur inſolidum reſpectu totius crediti prætenſi per ipſum creditorem, quia pro reſiduo debet agere cōtra alios poſſeſſores corporum hypothecatorum, quia contra eos habet regreſſum, & ſic hoc verbum inſolidum contra tertium poſſeſſorem intelligitur reſpectu totius rei hypothecatæ poſſeſſæ per tertium, non reſpectu creditoris, & ideò dico, quod quatenus ageretur virtute contractus ſubiugatorij contra tertiū poſſeſſorem corporis ſpecialiter ſubiugati pro penſione debita via exequtiua, & reali per primum, & ſecundum decretum ad ipſum corpus poſſeſſum, & nō in perſonam ipſius tertij poſſidētis ratione poſſeſſionis corporis prędicti ſpecialiter ſubiugati, & tūc benè agi poterit inſolidum iuxta qualitatem penſionis, ſeu redditūū, aut fructuum percipiendorum ex corpore ſpecialiter ſubiugato, & nō iuxta quantitatē æſtimationis ipſius corporis ſubiugati, & ſic attenta ratione redditūum, & non patrimonij ipſius corporis ſpecialiter ſubiugati, quia cum agatur in perſonam tertij poſſeſſoris, ipſe tertius non tenetur, niſi quò ad emolumentum, quod percipit ex penſione, & ex redditu, & non quò ad patrimonium, vel æſtimationem corporis ſpecialiter ſubiugati, & ita loquitur *tex. & ibi Ioann. de Plat in d. l. 2. C. de præd. nauic. lib. 11. & ideò dixit Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem in vlt. col. inſtit. de act. dum allegat Bar. in d. l. moſcbis,* quod poterit agi contra tertium poſſeſſorem inſolidum quatenus ad eum per-

peruenit,& ſic pro quantitate æſtimationis corporis ſpecialiter hypothecati,ſeu ſubiugati, quando agitur actione hypothecaria contra tertium poſſeſſorem attenditur valor,& æſtimatio rei hypothecariæ; prout erat tempore alienationis, quando peruenit ad iſtum tertium poſſeſſorem ita quòd liberatur poſſeſſor ſoluendo æſtimationem corporis hypothecati prout erat tempore alienationis abſque aliquo pretio,vel æſtimatione melioramentorum *vt voluit Bar.& Ioann. de Plat. in in d. l.2.in 2.col. in 10.not.C. de præd. nauic. lib.* 11. ita in propoſito ſi agatur contra tertium poſſidentem corpus ſpecialiter ſubiugatum via exequtiua iuxta formam contractus venditionis iurium cenſualium,attendi debet æſtimatio rei, quæ erat tempore alienationis,ſi agatur realiter non habita ratione melioramentorum,ſeu reddituum ſuper excreſcentium poſt dictam alienationem.

Cõfirmatur hoc,quia ſicut tertius poſſeſſor corporis ſpecialiter ſubiugati tenetur inſolidum reſpectu totius debiti, & non reſpectu reddituum corporis ſubiugati, ſi dum redditus non aſcenderet totam ſummam iuris cenſus debiti, ſeu petiti, talis contractus redderetur illicitus, quia ſequeretur quod ex tali corpore ſpecialiter ſubiugato nõ producerentur tot fructus, ſeu redditus à ſolo ſeparati, qui ſufficerent ad totam ſummam annualiũ iurium cenſualium quolibet anno impoſitam ſuper dicto corpore ſpecialiter ſubiugato, & per conſequens talis venditio excederet decimam partem fructuum, ſeu reddituum prouenictium ex illo corpore ſpecialiter ſubiugato prout voluit *Lau.de Rodulph. in ſuo tract. de vſur. in 12.. quæſt.primæ part.Guid.Pap.in tract. ſu de contract. illic. in 6. col. & ſeq.verſ. quid ſi vendidi,de quo latiùs ſcripſi ſupra in 6. quæſt. princ.verſ. tertio requiritur,* & hãc tertiam opinionem teneo tamquã magis ſapientem æquitatem, & conformem iuri communi, & fauentem contractui prædicto.

Quartum priuilegium eſt, quod talis contractus habet exequtionem paratam & contra perſonas, & bona quorumcunque ſingularium detẽtorum: nam Regia pragmatica ſanctio in præcedenti priuilegio conceſſit huic contractui priuilegiũ exequtiuum contra tertium, vbi de iure communi dato priuilegio exequtiuo cõtra principalem,non competebat contra tertium prout ibi latius dixi, ſed in hoc priuilegio conceditur,quod eſt plus,quia conceſſit hoc ius exequtiuum non ſolum contra bona, ſed etiam contra perſonas
47 † quorumcunque ſingularium detentorum,& ſingularis detentor rei ſpecialiter oneratæ non nominatus in tali cõtractu tenetur de perſona,actione perſonali, via exequtiua ratione totius dententationis abſque aliqua obligatione perſonali præcedente, & iam certum eſt, quod actio perſonaliter oritur ex cõtractu,vel quaſi actio vero realis oritur ratione poſſeſſionis in perſonam conuentæ *l. ſi in rem ff. de reiuend. inſt. de act. §.*1. ſed ex forma pragmaticæ ſanctionis datur ius exequtiuum in perſona tertij detentoris non nominati in tali contractu, & ſic nulla
18 præcedente obligatione,quia † cõtractus, non obligat niſi perſonas nominatas in illo *l. ſtipulatus §.Chryſogonus ff. de ver. oblig. declarat Bald. in l. ſi. pro te C. de dot.promiſſ.* ſed ratione ſolius detẽtationis, quæ non obligat poſſidẽtem,niſi realiter tantum,& non perſonaliter,& ſic tribuit maximum priuilegium, in quo concurrunt plura ſpecialiter exorbitantia à regulis iuris communis contra ea, quæ notant *gloſ.& Doct. in l. 1.C. de dot. promiſſ.* & hoc ſpeciale fuit inductum fauore emptorum iſtorum iurium cenſualiũ, ſicut aliàs eſt ſpeciale fauore Reipublicæ, vt perſonalis actio, ſeu venditio ex lege ambulet cõtra tertium poſſeſſorem bonorum debitoris Ciuitatis, & ſic talis
49 actio perſonalis † ſequitur fundum *tex. in l. fin.ff.de contraben. empt.& in l. 1.§. text. in l. 2.C. de debit.Ciuil. in 1.col.& ſeq. lib. 11. & idem Ioann. Plat. in l. 2. not.C. de præd. nauic. lib.* 11.& quia hoc priuilegiũ erat nimis odioſum vt aliquis ſine culpa, & facto ſuo alterius odio pergrauetur *cap. non debet quis de reg. iur. lib.6.* vt teneatur de perſona ſua vbi non reperitur expreſsè,& perſonaliter obligatus ex forma contractus: propterea fuit
50 addita illa clauſula † in dicta *Regia prag-*
L *matica ſanctione* videlicet (quamdiu * apud eos illorum detentio fuerit) & ratio eſſe poteſt, quia iſte ſingularis detentor, prout eſt depoſitarius, commodatarius, Inquilinus, Colonus, conductor, & quos ponit *tex. & ibi Bart. in l. officium ff.de reiuend. & enumerat Specul. in lib.1. & 2. decret.§. reſtat verſ. boc etiam nota,et verſ. quis poteſt nominare dominum in iudicio, vt eſt tex. in l.2. C. vbi in rem act.* dominum nominando.ita demum liberatur ab inſtantia iudicij ipſe ſingula-

ris dentor, ſi poſſeſſionem, ſeu detentatio
nem, quam habet alieno nomine in do-
minum transferat, alias non abſoluitur
ita declarat *Bart. in d. l. 2. in princ. in*
3. col. in fi. & ideò dicitur quandiu non
transfert rem, & ſic retentio rei eſt apud
eum procedit exequtio contra eum & il-
lud verbum intelligo † procedere tam re-
51 ſpectu temporis pręteriti, quam etiã fu-
turi per illud verbum (fuerit) quod eſt
ſubiunctiui modi, & apprehendit tempus
præteritum, & futurũ *l. ſi inter ff. de pact.*
dot. declarat *Bart. in l. ſolemus ff. de con-*
dit. & demonſtr. & latius ſcripſi in pecu-
liari meo in tit. de verb. generalibus in
princ. licet ſecus ſit intertio detẽtore rei
emphytheoticæ, vel feudalis, quia ille te-
netur euitandam pęnã caducitatis prop-
ter Canonem non ſolutum, vel ſeruitium
non pręſtitum, & aliud quid ſimile pro to
to tempore, * quo fuit ceſſatum, & ante-
quam dictæ rei emphytheotæ, vel feuda-
lis apud eum detentio fuerit, vt declarãt
DD. poſt Bart. in l. 4. §. cato ff. de verb.
oblig. de quo vide D. Matth. de Afflict. in
deciſ. ſua 95. incip. Ang. & ideò cautum
52 eſt huic tertio † detentori rei ſpecialiter
oneratæ, ſeu ſubiugatæ ſi noluerit pro fu
turo tempore teneri ad annuum cenſum
ſoluendum ſuper ipſa re detenta per eum
quod iudicio per cedulam notificatoriã
factam emptori, ſeu creditori renuncian
do huiuſmodi detentioni * rei ſpecialiter
oneratæ, maximè ſi talis annuus cenſus
excedit quantitatem fructuum, ſeu reddi-
tuum dictæ rei ſpecialiter oneratæ dedu
ctis legitimis expenſis *iuxta l. fructus, &*
ea, quæ habentur ibi per Doct. ſol. matr. &
ſic pro futuro non tenetur ad huiuſmodi
annuum ius cenſus perſoluendum..

53 Secundò intelligo † illud verbũ (quam-
diu) procedere quatenus cõtra huiuſmo-
di detentorem rei ſpecialiter oneratæ a-
geretur in eius perſonam, quia tunc be-
nè procedere poteſt exequtio quamdiu
apud eum dictæ rei detentio fuerit, ſecus
54 autem ſi ageretur in rẽ † ſuper ipſo cor-
pore ſpecialiter onerato per primum &
ſecũdum decretum, quod iure agi poteſt
pro toto tempore præterito à die con-
tractus citra, & ſic anteqnam apud eum
eius rei detentio fuerit, quoniam hoc ius
exequtiuum contra tertium detentorem
corporis ſpecialiter onerati ſubrogatum
fuit in locum actionis hypothecariæ, quę
contra tertium datur de iure communi,
vt in §. item ſeruiana inſtit. de act. & ibi
per Doct. declarat Bal. in l. ſi pro te C. de
dot. promiſſ. ſed actio hypothecaria datur
pro toto debito, ſi pro toto debito ſuffi-
cit prædiũ rei hypothecatæ, alias vt ſupe
rius dixi *in priuil. verſ. quartò* aduertẽdũ
eſt vt vendatur corpus, & de pretio ſatiſ-
fiat creditori, *vt in d. § itẽ ſeruiana*, ergo
tale ius exequtiuum contra tertiũ deten
torem dabitur in rem pro toto debito, &
ſic prò toto tempore pręterito à die con
tractus citra, & non quamdiu apud eum
illius detentio fuit.

55 Tertiò intelligo † iſtud verbũ (quam-
diu niſi ille tertius detẽtor rei ſpecialiter
oneratæ poſſediſſet ea iuſto titulo, & bo-
na fide ſpatio decem annorum, quia tunc
tale ius exequtiuum ſubrogatũ fuit in lo
cũ actionis hypothecariæ, quę datur con
tra tertiũ poſſeſſorem, *vt in d. §. item ſer*
uiana, & declarat Bald. in l. 1. col. C. com.
de leg. & Alex. in l. 1. §. ſi hæres in 1. col.
56 *ff. ad Trebell.* ſed tertius † poſſeſſor de iure
cõmuni præſcribit iuſto titulo, & bona fi
de contra creditorem agentem actione
hypothecaria contra eum ſpatio decem
annorum, *vt declarat Bart. in l. 1. & 2. C.*
adu. cred. & ibi Salic. de quo vide Alex.
in conſ. 58. incip. viſo in 2. col. in 6. vol.
ergo eodem modo hic tertius detentor
corporis ſpecialiter ſubiugati præſcribe-
re poterit iuſto titulo, & bona fide con-
tra creditorem agẽtem virtute huiuſmo-
di contractus iuxta formam *Bullæ, & Re*
giæ pragmaticæ ſanctionis via exequtiua
ſpatio decem annorum, quia talis actio
exequtiua ſubrogata ſapit naturã actio-
nis ordinariæ, in cuius locum ſubroga-
tur *l. ſi cum §. qui iniuriarum ff. ſi quis*
caut. & eſt te. vbi declarat gloſ. & Angel.
in l. 1. §. cum prædium ff. de pign.

57 Verum quia dicta Regia pragmatica †
ſanctio pariformiter reijcit omnem ex-
ceptionem tàm contra tertium detento-
rem rei ſpecialiter oneratæ, quàm con-
tra principalem præterquàm realis ſolu-
tionis, videtur, quod ſicut talis exceptio
præſcriptionis non competit principali
contra quem cauſatur talis exequtio, ita
nec etiã cõpetat tertio detentori rei ſpe
cialiter ſubiugatæ, quia vna determina-
tio exequtionis faciendę reſpiciens plura
determinabilia, contra quos exequtio fit,
debet illa æqualiter determinari *l. iã hoc*
iure ff. de vulg. & pup. l. quamuis C. de im-
pub. cũ ſim. niſi forte inferatur aliqua ra-
tio diuerſitatis inter principalẽ, & tertiũ
detentorẽ, vt vna determinatio ratione
diuerſitatis inter vnũ caſum, & alium nõ
habet æqualiter determinare, ſed talis ex
ceptio

ceptio præſcriptionis poterit prodeſſe
tertio detentori rei ſpecialiter oneratæ
poſt ſolutionem in cauſa oppoſitoria, vt
ea mediante retractetur exequtio cauſa-
ta contra eum, de quo vide, quæ dicam
infra *9. quæſt. in fin.*

58 Quartò intelligo † illud verbũ (quãdiu)
ratione temporis, quo hic tertius detẽtor
detinuit rem ſpecialiter oneratam, & nõ
ratione quantitatis fructuum, ſeu reddi-
tuum per eum receptorum ex tali fundo
ſpecialiter onerato, putà ſi hic tertius de
tẽtor ex tali fundo percipit vncias vigin-
ti, & talis fundus reperitur ſubiugatus ad
vnciam vnam quolibet anno, & poſſedit
per annos quinque tantũ, & creditor cau
ſauerit exequtionẽ pro annis nouẽ, quia
tenebitur hic tertius poſſeſſor ad ius cen
ſus annuum pro annis quinque, & ſic pro
vncijs quinque tantum, vt habita ratione
temporis, quo poſſedit, & non ad ius an-
nuum cenſus pro annis nouem habita ra
tione quantitatis fructuum, quos ex tali
fundo percepit, quia dictio (quamdiu) eſt
aduerbium temporis, & non quantitatis,
& hic tertius detentor tenetur ratione
rei ſpecialiter oneratę pro tempore, quo
poſſedit, & non ratione fructuum percep
torum ex tali fundo, ſed pro tempore an-
norum quinque tantum tenetur, & non
vltra, ſuper quo tamen melius relinquo
cogitandum.

Quintũ priuilegiũ eſt quia dato, quòd
ex forma ſtatuti, ſeu Ritus Regni contra-
ctus habeat exequtionem paratam, illam
tamen habet contra tertium poſſeſſorem
vt declarat *Bal. d. l. ſi pro te C. de dot. pro-
miſſ. & ſuperius ſcripſi in 3. & 4. priui-
legio*, & dato, quod talis exequtio ambu-
let contra tertium detentorem rei ſpecia
liter oneratæ ex forma *Regia pragmati-
ca ſanctionis*, vt ſuperius dixi in quarto
priuilegio tamen tribuit hæc eadem *Re-
gia pragmatica ſanctio* vnum aliud priui-
legium plus, per quod procedi † poterit
59 via exequtiua contra iſtum ſingularem
detentorẽ rei ſpecialiter oneratæ abſque
aliqua bonorum principalis debitoris di
N ſcuſſione: * nam de iure communi † non
60 poteſt procedi cõtra tertium poſſeſſorẽ,
niſi via ordinaria, & hypothecaria diſcuſ-
ſis prius bonis principalis debitoris, *vt
in auth. hoc ita C. de duob. reis, & in auth.
præſenti C. de fideiuſſ. & in §. item ſer-
uiana vbi latè per Iaſ. inſtit. de act. & po-
nunt Doctores in l. fi. ff. ſi cert. pet.* Qui-
nimò dato, quod contractus ex forma ri-
tus paratam habeat exequtionem cõtra
nomen debitoris, vel fideiuſſoris obliga-
ti ex contractu, illa tamen exequtio non
niſi diſcuſſis bonis mobilibus & ſtabilibus
debitoris, & fideiuſſoris fieri poteſt pro-
ut ibi latius habetur, & ita diſponitur e-
tiam ex forma ritus, & nihilominus hæc
Regia pragmatica ſanctio tribuit hoc ma
ius priuilegium huic cõtractui venditio-
nis iurium cenſualium, vt ambulet con-
tra quemlibet ſingularem detẽtorem rei
ſpecialiter oneratæ abſque aliqua bono-
rum principalis debitoris diſcuſſione, vt
ibi patet.

Sextum priuilegium eſt quod in cauſa
exequtionis huiuſmodi virtute dicti cõ-
61 tractus, is † contra quem cauſata fuerit
exequtio exceptione ſolum allegatæ ſolu
tionis aduerſus huiuſmodi exequtionem
non audiatur appellans, ſupplicans, vel
O recurrens, * prout dictant verba Regiæ
pragmaticæ prædictæ, & ita tale manda-
tum de ſoluendo vicem prouiſionis iudi-
cialis habet, vt ibi dicitur.

Ex quibus verbis infero primò, quod
ſi impleta exequtione præfata conuẽtus
ſe opponit, & interloqutum fuerit, quod
tales oppoſitiones reijciantur ante factã
realem ſolutionem aduerſus huiuſmodi
interloqutoriam non datur conuẽto re-
medium appellationis, & quia licet alias
ex diſpoſitione ritus & capitulorum Re-
gni à ſententijs latis in cauſa exequtiua,
ſeu oppoſitoria admittatur appellatio, li-
cet illa nõ ſuſpendat exequtionem, vt ha-
betur in interpretatione *cap. cum varia
verſic. item ſi lata ſententia*, vel quando
eſſet lata ſentẽtia cum voto Doctoris in
cauſa exequitua, prout habetur *in quar-
to cap. Regni à Rege Iacobo conceſſis in an
no Domini* 1460. *ſub tit. de non appell.
cauſ. termin. per Doct.* vel quando lata
eſſet per Magnam Regiam Curiam ratio
num, *vt in primis capitulis ab Alphonſo
Rege conceſſis in anno Domini* 1446. *ſub
tit. de ſent. Magiſtr. Ration.* tamen aduer
ſus interloqutorias latas etiam in curijs
inferioribus, in cauſis exequtiuis virtute
Regiæ prag. ſanctionis prædicta non ſolũ
ſuſpẽditur exequtio, ſed nec etiã admitti-
tur appellatio ſuccũbentis per prędicta.

Secundò infero, quod nec etiã dabitur
62 huic cõtractui remedium reuiſionis, nec
alterius recurſus ad ſuperiorem per viã
appellationis, aut quęrelę, quod ſatis pro
batur ex illis verbis, (vel recurrens) vnde
licet ex forma ritus denegetur remediũ
appellationis à ſẽtẽtijs latis per M. R. C.
propter præeminentiã M. R. C. non dene-

getur remediũ reuiſionis per viã ſuppli-
cationis vt dicitur in eadem interpreta-
tione *cap. eum varia verſ.ſi verò*,quia be
neficium reuiſionis conceditur ex gratia
Principis *Præfecti ff.de minor.& l ſi quis
aduerſus,& in auth.quæ ſupplicatio C. de
prec.Imp.offer*.tamen aduerſus huiuſmo-
di exequtionẽ virtute contractus vendi-
tionis iuriũ cenſualiũ forma *Regiæ prag-
maticæ ſanctionis prædicta* non admitti-
tur aliquod remediũ ordinariũ ex capite
iniuſtitiæ aduerſus ſententiam per viam
appellationis, nec extraordinarium per
viam ſupplicationis ex gratia Principis
per prædicta.

63 Tertio infero,quòd non datur etiã re-
medium nullitatis, † quod veniet officio
Iudicis, & comprehẽdi potuit ſaltem per
viam recurſus,vnde denegato recurſu, de
negabitur quodcumque remedium, per
quod ad ſuperiorem recurri poteſt.

Quarto infero, quòd nec etiam reme-
64 dium contrarij Imperij † admitti poteſt,
quia aut illud habebitur ad inſtar ſuppli
cationis,vel recurſus,& vtroq; modo cen
ſetur eſſe denegatũ,vt in eo ſuccumbens
audiri non poſſit, quia pragmatica ſan-
ctio denegat audientiam dum dicitur nõ
poſſit, quia pragmatica ſanctio denegat
audientiam dum dicitur non audiatur,&
etiam ex officio Iudicis denegata audien
tia admitti non poteſt.

Et ideo lata interloqutoria, quod op-
poſitiones reijciãtur poteſt ſuccumbens
audiri facta ſolutione,quia dicta Regia
pragmatica ſanctio reſeruat cognitionẽ
allegatæ ſolutionis, & aliarum quarũuis
exceptionum, ſeu iuriũ vtriuſque partis
in alia iudicij inſtantia, prout ibi dicitur,
& propterea dici ſolet (facta ſolutione
audiatur præſtito per creditorem de re-
ſtituendo in caſu ſuccũbentiæ)quia quan
do non impeditur exequtio illa præſtito
prius per creditorem de reſtituendo in
caſu ſuccumbentiæ fieri debet, *vt vo-
luit Paul. de Caſtr. in l. ſi feriatis ff. de
fer. & habetur in Ritu Regni ſuper in-
* ter. cap. eum varia verſ. Item ſi lata ſen-
tentia*.

65 Et ſi fortè lata fuerit interloqutoria
in fauorem debitoris,quòd oppoſitiones
ſtent, vt quia fortè allegata exceptio ſo-
lutionis Realis,vel aliqua alia non recta
ab eadẽ *Regia pragma. ſanctione*,nũquid
eo caſu creditor,ſeu emptor ſuccumbens
audiatur appellãs, ſeu recurrens, videtur
dicendum quod non ratione æqualitatis
ſeruandæ prout voluit *Bar. in l.ſiff.C. de
fruct.et lit.expenſ.& Felyn.in cap.ſignifi-
cauerunt de excep.* dum loquitur de ſpo-
liante,qui fuit liberatus, ſi verò tenemus
dictã *Regiã prag.ſanctionem* fuiſſe conceſ
ſam in fauorẽ creditoris cauſantis exequ
tionem,vt exequtio per eum cauſata cu-
iuſuis exceptionis obiectu impediri non
valeat quomodolibet,vel differri,tunc ſe-
cus eſt *arg.l.quod fauore de leg.*ſuper quo
relinquo melius cogitandum.

Septimũ Priuilegiũ eſt quod huiuſmo-
66 di annualia iura † cenſualia,neque illorũ
annualitates, ſeu penſiones per quemuis
illorum emptorũ, vel eorum etiã in tem
ſucceſſorum crimina, vel delicta, præter-
quàm pro crimine lęſę Maieſtatis *in 1.ca
P pite confiſcati*, ſequeſtrari,*aut in cauſam
pignoris,vel aliter fiſco etiã inſtante de-
ferri,apprehẽdi, aut publicari poſſint ita
dictant verba *Regiæ prag.* & ſic infertur
ex his,quod vbicunque venit confiſcatio
bonorũ propter aliquod delictum ibi nõ
veniunt applicanda fiſco iura cenſualia
prædicta debita condẽnato iuxta formã
Bullæ Apoſt.ac Reg. prag.ſanctionis, vnde
pro inceſtis nuptijs cõtractis pro quibus
venit pena confiſcationis bonorũ *vt in l.
qui contra C.de inceſ.nupt*.no venit con-
fiſcatio iurium cenſualium prędictorũ,&
67 ſic etiã per ſententiã † foriudicationis la-
tam cõtra aliquem pro qua venit cõfiſca
tio bonorum foriudicatorũ, vt in conſt.
pęnã,& in ſententia foriudicationis con-
tinetur non venit confiſcatio dictorũ iu-
rium cenſualiũ,& ſic de ſingulis,ſequitur,
quod quemadmodũ bona conditionalia
† debita condemnato ſub conditione nõ
veniunt in cõfiſcatione bonorũ vt decla
68 rat *Bar.et ibi declarat Alex.in Apoſtill.in
l.nam ad ea ff.de condit.& demonſtr.* nec
69 etiã bona ſubiecta † reſtitutioni, *vt Bar.
tenet in l. Imperator ff. de fideicõm.* liber
vbi ſcripſi concordantes ita etiã talia iu-
ra cenſualia non veniunt in cõfiſcatione
bonorũ ex forma *Reg.pragm.ſanct prædi
ctæ*, quæ tribuit hoc priuilgiũ dicto con-
tractui venditionis annualiũ iurium cen-
ſualium contra diſpoſitionẽ iuris cõmu-
nis,licet hoc hodie rarò cõtingere poſſet
70 in hoc Regno,vbi omnia delicta † publi-
ca redacta sũt ad inſtar priuatorũ ex for
ma ritus exceptis aliquibus caſibus ibi
expreſſis tantum,pro quibus delictis pri-
uatis non venit publicatio bonorum
*vt voluit gloſ. ſingul. & ibi Bald. & alij.
quos refert. Iaſ. in l. 2. in 4. col. qui teſt.
fac. poſſ.*

Octauum priuilegium eſt, quod tollit
hæc

hæc *Regia pragmatica ſanctio* quæuis re-
71 ſcripta † Regia, ſeu Regiorum officialium quouis officio, aut poteſtate fungentium ſub quauis forma, ſeu colore, & pro quibuſcũque cauſis publicam vtilitatem quomodolibet concernentibus, vel quæ ad alicuius inſtantiam, etiam pro eis, qui pro Republica perſonaliter militarent, aut aliter actu ſeruirẽt imputari, aut motu proprio concedi contingerit, quæ exequtionibus vigore contractus huiuſmodi faciendis directè, vel indirectè impedimento eſſe poſſunt, ita quod per prædicta reſcripta, ſic vel aliter impetrata, vel conceſſa exequtiones huiuſmodi tunc impediri differri, aut retardari poſſunt, quinimò eis non obſtantibus exequtiones ipſæ ſuum debitum ſortiantur effectum, prout in dicta *Pragmatica ſanctione* hęc, & alia formaliter continentur.

Ex quibus infero, quòd licet in diebus feriatis in honorem Dei fieri non poſſit
72 † exequtio * virtute huius cõtractus ven
Q ditionis annualium iurium cenſualiũ, benè tamen fieri poterit diebus feriatis in fauorem hominum, & ſic tempore meſſiũ, aut vindemiarũ prout declarat *Bart. in l. omnis & l. 2. C. de fer.* & ſic fieri poterit talis executio tempore Tonnaræ, aut Cannamelarum introducto virtute *Regiæ pragmaticæ*, quia illa non poterit impediri, quo minus illo tempore talis exequtio procedat per prædicta.

Secundò infero, quod licet aduerſus exequtionem cauſatam virtute alterius contractus habentis paratam exequtionem iuxta formã *ritus* Regni poſſint op-
73 poni exceptiones † Guidatici, vel moratoriæ, aut aliæ dilatoriæ, & de quibus creditor non habeat notitiã dummodo creditori reficiãtur expenſæ tãm exequtionis, quàm aliæ iudiciales legitimè factæ, prout habetur ex forma *ritus in interpretatione cap. cum varia verſ. item ſi creditor in fin.* tamen aduerſus exequtionem, quæ fieret virtute huiuſmodi contractus venditionis annualium iurium cenſualiũ opponi non poſſunt aliqua ſuperſedimenta, * guidatica, emolumenta, moratorię, ſalui conductus, & ſimilia; quinimò eis nõ obſtantibus, exequtio ipſa ſuum debitum ſortiatur effectum.

Et ſi fortè dicatur nonne moratorię, & quinquẽnales dilationes certo modo permiſſæ fuerunt ex forma capitulorum Regni, ſi poſt contractum debitoris caſum aliquem fortuitum, ſiue ſiniſtrum legitimè debitores probauerint incurriſſe pro ut habetur *in capitulis Regni à Ioanne Rege conceſſis in anno Domini 1460. ſub tit. de morat. quinquenn. & ceſſ. bonor. et ſuperſeſſ. non conceden.* Reſpondeo, quòd tale capitulũ Regni loquitur de alijs contractibus, qui fiebant inter mercatores, ne à mercimonijs deſiſtant vt ibi patet, & non de contractibus venditionum annualium iurium cenſualium iuxta formã *Apoſtolicæ Bullæ*, & *Regiæ pragmaticæ ſanctionis*, quæ per prius condita fuit in anno 1452. vnde ſequitur, quod lex noua capituli Regni accepit interpretationem à lege antiqua dictæ *Regiæ pragmaticæ ſanctionis l. non eſt nouum, & l. ſed poſteriores ff. de leg.* latè declarat *Iaſ poſt gloſ. & Doct. in l. ſciendum in princ. ff. qui ſatiſd. cog* maximè quòd eadem *Regia pragmatica ſanctio* habet clauſulam derogatoriam ad moratorias, & aliàs dilationes concedendas ibi (quinimò eis nõ obſtantibus) ideò nõ derogat *capitulum* Regni Regis Ioã. dictam *Regiam pragmaticam ſanctionem*, niſi de ea ſpecificam, vel indiuiduam feciſſet mentionem per ea, quę ponit *Bal. & alij Doct. mod. in l. fi. C. ſi contra ius, vel vti publ.*

Tertiò infero, quod ex quo dictum *capitulum* Regni à Rege Ioanne cõceſſum, & aliud *capitulũ* à Rege Ferdinando conceſſum in anno Domini 1481. *ſub tit. de ceſſ. bon.* permittunt certo modo ceſſionem bonorum concedi poſſe, & eadem *Pragmatica ſanctio* non habet clauſulam derogatoriam ad futuras ceſſiones bonorum concedendas, quod reſpectu ceſſionis bonorum ſtabilimus dictis *capitulis*
74 Regni, & ſic poterit debitor virtute contractus ſubiugatorij admitti ad beneficium ceſſionis bonorum † dummodo iuxta formam dictorum *capitulorum* admittatur, & non aliter, & maximè quod eadem *Regia pragmatica ſanctio* tollit omnia ſuperſedimenta, & alia ibi expreſſa, quæ exequtionibus vigore contractuum huiuſmodi cenſualium faciendis directè,
R vel indirectè impedimento eſſe poſſunt, ſed per huiuſmodi beneficium ceſſionis bonorum * non impeditur, nec differtur, aut retardatur exequtio contractus huiuſmodi in bonis debitoris cedentis, præſertim per illud verbum relatiuum, quod reſtringit diſpoſitionem pręcedentem *l. hoc legatum & l. ea tamen adiectio*
75 *ff. de leg. III. Poni Bartol. & Doct. in l. I. C. de Sũm. Trinit. et Fid. Cathol.* Tãto fortius, quia beneficium † ceſſionis bonorum, vt puta beneficiũ perſonale, & clauſum

ſum in corpore iuris ex pacto iurato inter contrahentes tolli non poteſt per ea, quæ ponunt *Doct. in l.fin C. qui bon.ced poſſ.& in §.fin. inſtit. de act. & in §. fin. inſtitut. de replic.*

Quartò infero, quod licet Rex cauſam pendentē coram aliquo magiſtratu poſſit ad ſe aduocare *c.vt noſtrum, & ibi declarat Philipp.Franc.et Doct.extr.de appell.* & inhibere Iudici, ne iudicet in cauſa *l.iudiciū ſoluitur ff.de iudic.& declarat Bal. in l.1.in fi.C.quomod.& quād.iud.*tamen
76 cauſam †executionis cauſatā virtute cōtractus venditionis iuriū cenſualium annualium pēdentē corā aliquo Magiſtratu non poteſt Rex, nec alius Regius officialis ad ſe aduocare,nec ſuper ea inhibitiones,auocationes, reſeruationes, iuriſdictiones,abdicationes,aut ſuſpenſiones facere,prout apertè colligitur ex verbis dictæ Regiæ pragmaticæ ſanctionis.

Quintò infero,quod ex quo talia reſcri-
77 pta † non habent huiuſmodi impedimento eſſe etiam ſi pro eis,qui cum Domino Rege,aut pro ſua Republica perſonaliter militarent,aut aliàs actu ſeruirēt fuiſſent impetrata, vel motu proprio conceſſa, quod aduerſus huiuſmodi exequtionem nō poterit opponi exceptio hoſticæ ſubmonitionis ſeruitij militaris,de qua in cōſtit.hoſticæ, quo minus ea exceptione nō obſtāte talis exequtio ſuū debitū ſortiatur effectū,& ita ſeruamus hodie in Regno.

78 Nonum priuilegiū eſt quòd res,& bona,vel iura ad pręſtationē huiuſmodi cenſualium ſpecialiter obligata propter penſiones etiā ſtatutis terminis non ſolutas, huiuſmodi rerum iurium,vel bonorū deteriorationem, aut earū alienationē, aut
S aliàs minimè in cōmiſſum* incidere poſſunt ita formaliter dictant verba *Pragm. Regiæ*,quorum ratio eſſe poteſt,quia in
79 multis differt hic contractus † vēditionis annualiū iuriū cenſualiū à contractu emphytheotico, nam in illo trāsfertur vtile dominiū, & poſſeſſio in emphytheutā, q̄ manu ſua propria percipit ſibi fruct⁹ rei emphytheoticæ,ſed ex hoc cōtractu venditionis prædictæ non trāsfetur vtile dominiū,nec poſſeſſio in emptorē accipientem,ſed quoddam ius cēſus impoſitū ſuper fructibus,ſeu redditib⁹ corporis ſubiugati manu venditoris iuxta ea,quæ ponit *Bart.in l.fundi Trebatiani ff.de vſufr. leg* & eſt quędam quaſi ſeruitus perſonalis,quæ debetur à re perſonæ,prout declarat *Bart.in l. pomū ff.de ſeruit. & voluit Alex.in conſ.18. in 1.& 2.col.in 5.vol. de quo ſcripſi in 9.q. in princ.cōſtit.* Ideò nimirum ſi in hoc contractu vēditionis iurium prædictorum non habet locum vitiū caducitatis,vt propter penſiones non ſolutas, aut propter deteriorationem,vel alienationem rerum bonorum, vel iuriū ſpecialiter ſubiugatorum nō dicitur venditor incidere in cōmiſſum, quia plus iuris conſequitur emphytheuta ex contractu emphytheotico, quàm emptor illorū iurium cenſualium per ea, quæ habentur *in l. 2. & 3. C. de iur. Emphyt. iunctis his, quæ dicuntur in Regia pragmatica ſanctione.*

T Item ſi hoc ius caducitatis in pactum *deduci poſſet in hoc contractu venditio-
80 nis annualium iurium cenſualium, cum tale pactum † ſit pars pretij *l. fundi partem ff.de cōtrahen.empt.* ſequeretur,quod talis contractus excederet decimam partem pretij principalis, & ſic eſſet vſurarius contra formam dictæ *Bullæ Apoſtolicæ prout ſcripſi ſupra in 5. quæſt. verſ. quintò requiritur*, licèt in hoc contractu iuſtum pretium dicatur quando decimā partē pretij principalis excedit,tamen in cōtractu emphytheotico iuſtum pretium dicitur, quia pars totius pretij principalis ſit ad rationem de quinque pro quolibet centenario,*vt voluit gloſ.fi.in auth. præterea C. de Sacroſ.Eccleſ.* & ſic propter illud plus iuris,quod conſequitur emphytheuta cōtractu emphytheotico,quā conſequatur emptor ex venditione iſtorum annualium iurium cenſualiū in pluribus differunt dicti contractus in ſe, & ab vno ad aliud non infertur *l. Papinianus ff. de minor.*

Aliæ quamplures etiam inter hos cōtractus differentiæ colligi poſſunt, quarū perquiſitio potiùs eſſet laborioſa, quam ſubtilis, & de natura plurium contractuū plures differentias, & cognitiones poſuit *Præpoſ. in prælud. feud. in pen. & vlt. col. verſ. notandum.*

Decimum priuilegiū eſt,quia talis Regia pragmatica ſanctio cōdita in vim edictalis legis perpetuo valituræ,& vt perpetua ſtabilitate ſubſiſtat idē Rex Alphōſus per ſe,hęredes,& ſucceſſores quo quoſcū que huiuſmodi cēſualium emptoribus, & eorum ſucceſſoribus promiſit,& fidē publicā pollicitus ea omnia,& eorū ſingula tenere, & inuiolabiliter obſeruare, & obſeruari facere,nec contra facere,vel venire, aut quouis reſpectu,vel colore aliquid eorum vllo vnquam tempore immutare, prout ex verbis eiuſdem Regiæ pragma-

ticæ

ticæ ſanctionis colligitur expreſsè .

81 Ex quibus infero, † quod hæc pragmatica ſanctio tranſiuit in vim contractus incolis,& habitatoribus vtriuſque Regni Siciliæ citra,& vltra farũ,quorum indemnitati,& proſpero ſtatui bene conſultum, atque perſpicuum fuit, vt ibi patet ,quia illud verbum (*promittimus)* intelligitur per ſtipulationem *§. ſi ſcriptum inſtit.de inutil.ſtipul. & declarat Bart. in l.ſciendum ff. de verb. obligat. & moder.in l. lecta ſi cert.petat.* immo tranſiuit in vim
82 contractus † iurati per illa verba *(& fidem publicã pollicemur)* quia à pari procedunt præſtatio fidei, & præſtatio iuramenti *cap.3.de fideiuſ. ponunt Doct. in l. ſi quis maior C. de tranſact. & ſcripſi in peculiari meo in tit.de argum.& paritat. termin.* & propterea reuocari , aut immutari no poteſt,*vt dixit Bart.in l.quod ſemel ff.de ſtat. ab ordin. fac.voluit Aret. & Felyn. poſt alios in cap. nouit de iudic.* & non ſolum per ipſummet Regem conditorem , ſed nec etiam per eius in vtroque Regno ſucceſſorem reuocari , & immutari poteſt , *vt dixit Bal. & Paul. de Caſtr. in l.digna vox C.de leg. de quo latius ſcripſi in alio tract. meo de conceſſ. feud. in 7. quæſt.* prima *part. princip.* & hoc totum tendit in priuilegium, & maiorem roboris firmitatẽ contractus venditionis annualium iurium prędictorum.

ADDITIO.

A *Inuentarium.]* Intellige hoc dictum authoris ſi talis hæres † cum beneficio inuentarij eſ-
83 ſet poſſeſſor ſubiugatarum,ſecundum quam opinionem aliàs fuit deciſum in M.R.C.*pro Gaſpare Bonet contra Decium Gaetano in anno* 1506.vt adnotarunt *Montal.Nicolaus Saccanus,*
* *& Iacob.Chirco ſuper hac Bulla * Adde nouiſſime Anton.de Ball.quæſt.*4.*ſuper prag.Alſo. qui defendit.authorem contra Mila.infracitandum,Caſa.Barti.deciſ.*56.*nu.*1.*cum ſeq.*ſecus verò ſi eſſet hæres ſimpliciter , & non poſſideret bona ſubiugata : nam tali caſu communis Doct. concluſio eſt contra Authorem, vt exequtio contra eum non procedat ita firmant *Ant.Lancea, Blaſcus, Iacob. Chirco, Philipp. de Pater. & alij relati per Milan. deciſ.*12. *num.*76.*cum ſeq. lib.* 2. qui affirmant ita pluries fuiſſe determinatum & per alios , mouentur per Doctrinam *Bart. in l. fi. §. in computatione C. de iur. delib. Anchar. conſ.* 401. & eſt ratio quia licet ſtatutum poſſit obligare hæredem *Bart. in l. poſtulante ff. ad Trebell* tamen illud non procedit quando hæres confecit inuentarium *Salic. in d.§. in computatione Alex. in d. l.poſtulante Bald. in d. l. ſi vxor C. de bon. autho. iud. poſſid. Alex. in l. ſi debitor in princip. C. de pact. Bero. quæſt.* 57. *Roll. Auall. de inuentario §. ſeptima eſt vtilitas fol. mihi* 119. *Foller. ſuper Bulla in verb. tamquam res num.*20.

* Quod tamen limita niſi exequtio fuerit adimpleta ſuper bonis hæreditarijs , quia tunc etiam confecto inuẽtario exequtio procedet vt fuit iudicatum pro Chriſtofalo Baſcet contra Don Cæſarem Albamonte ex traditis per *Foller. & Mil. in locis allegatis & doctum Maur. Burg.de Laudim. par.*1. *inſpet.*15.*num.*12. *Auenda. de Cenſib. cap.*95.

* Sed quid ſi hæres fuit de perſona conuentus , & præſtitit in quindena an videatur renuntiaſſe huic priuilegio,vide allegatos *per Petr. Pech. de iur.ſiſte. cap.*18. *num.*6. *tom.*3.*par.*2. vbi tenet quod non, Sed contra *Bongior. in l.*1.*C. de relat.*

* *Tertium.]* Adde *Ball.ſuper prag. Alſon. quæſt.*7.*& quæſt.*19. & nota quod in Gallia tertij detentores pro annuo redditu tenentur actione perſonali, vt dixit *Roder.de ann. red.lib.* 2. *quæſt.*9. *num.*7. *Auenda. de Cenſib. cap.*96.

* *Colonum]* Quæro hic an poſſit interponi & recipi ſecundum decretum rei ſubiugatæ citando colonum tantum,& contra eum ſollemnia faciendo, videbatur dicendũ quod ſic,quia ſicuti habet priuilegium exequtiuum perſonale multo magis reale authentica multo magis *C.de Sacroſan.Eccleſ.*Tu dic contra,quia ſententia ſecundi decreti lata contra colonum non afficit dominum *Bart. & ibi Iaſ. in §.omnium num.* 100. *cum ſequ. Inſt. de actio.* poſt alios concludit in puncto *Anton.de Ball.ſuper prag.Alſonſ.quæſt.*29.& ita vidi pluries iudicatum.

B *Diſcuſſione .]* Et dixit Author † ſupra *in* 2. *priuileg. verſ. ſecundo infero num.* 5. *Foller.*
84 *vbi proximè num.* 12.17. *&* 18.*Caſſan. in conſuetud. Burg. rubr.*11.*§. in princ. num.*6. *Couarr.variar. reſolut.lib.*3. *cap.*7. *nu.*6. *Ioan.Baptiſt.Lup.de vſur.cõment.*2.*§.*2.*nu.*66.*Milan.*
* *deciſ.*2.*n.*6.*lib.*2.*Felicia.de Cenſib.lib.*3.*cap.*4.*nu.*8.*& cap.*3.*nu.*1.*&* 2.* Adde *Fider.Martin. de cenſ.c.*9.*n.*112.*cum ſequ.* Sed an iſte tertius poſſit impedire exequtionem? & dic quod ſic, ſi contra eum non fuit cauſata exequtio,de quo dicto vide latiſſimè *Milan.deciſ.*12.*lib.*2.vbi ita refert pluries iudicatum .

* * Adde multa per *Anton. de Ball.ſuper pragm.Alphonſ.quæſt.*2.*Corſet.quæſt.forenſ.*4.*lib.*1.

Fami-

C *Familiaritatis.*] Et hæc exceptio ſemper admittitur in prima inſtantia non obſtante Reg. prag. reijciente omnes exeeptiones præterquam realis ſolutionis ex traditis per *Authorem, Hieronymum Fimiam, Ferdinandum Bongior. & alios in eorum adnot. ſuper hac Bulla*, quos nouiſſimè refert *Milan. deciſ. 3. lib. 2. ex dictis per Paul. de Caſtr. in l. qui iure familiaritatis ff. de aequir. poſſeſs.* & ratio eſt, quia iſti, qui iure familiaritatis detinent dicuntur potius detineri, quam detinere *Paul. de Caſtr. in prædicto loco Bart. in l. & habet §. hoſpites ff. de precar.* vbi ponit in terminis, & loquitur etiam de hoſpitante, & de famulis, & facit quia iſti non ad eorum, ſed ad alienam vtilitatem poſſident, vt dixit Author noſter hic, *cui addo Curt. Iun. conſ. 108. num. 26. & 28. conſ. 110. num. 4. cum ſeq.* vbi loquitur de inquilinis, & commodatarijs, qui ad eorum vtilitatem poſſident, de quibus loquitur Regia prag. *Bald. in l. contractus C. locat. Cauale. de vſufruct. mulie. nu. 102. & optimè firmat Florian. in l. communi diuidundo §. neque colonis num. 7. ff. commun. diuidun.* vbi dicit, quod verba ſtatuti ſi quis reperiatur tenere, & poſſidere non comprehendunt eum, qui alieno nomine tenet, & ratio eſt, quia illi fructus non percipiunt, quorum ratione cogi poſſunt *Milan. d. deciſ. 3. num. 68. lib.*
* *2. Burſat. conſ. 303. nu. 2. vol. 3.* vbi allegat concordantes; * *Adde Anto. de Ball. ſuper pragmat. Alfon. quæst. 7.*

86 Sed quid in filio habitante † in domo cum patre, & matre, an & is dicatur poſſidere iure familiaritatis, reſponde quod ſic & ita determinat *Hieronymus Fimia ſuper hac Bulla* in verbo detentorem, & allegat *Paul. de Caſtr. in d. l. qui iure familiaritatis ff. de acquir. poſſeſſ. & dixit Bero. conſ. 60. num. 24. vol. 3.*

87 Idem dicas in madre, † quæ adminiſtrat bona filij *Bero. conſ. 58. num. 9. volum. 3.*

88 Idem in marito, † qui poſſidet bona vxoris vt ſæpius fuit iudicatum in M.R.C. *Milan. de-*
* *ciſ. 3. num. 128. lib. 2. Surd. conſ. 572. num. 18. Burſat. d. conſ. 303. num. 2.* * etiam ſi fuiſſent reſtituta conſtante matrimonio, vt notanter dixit *Capic. deciſ. 46. num. 4.* & fuit iudicatum pro Don Vincentio Naſellis contra Don Petrum Pizzinga, & ego iudicaui pro Philippo Luci contra Petrum Laperia de anno 1606. *Fab. de Anna conſ. 116. num. 1. vol. 2.*

Sed limita ſi conſtaret bona fuiſſe empta ex pecunia viri vt Iudicauit Conſiſtorium pro Vrſula Cuſari.

89 Idem in Patre, † qui poſſidet bona, quæ ipſe filio donauerat, in his enim patri quæritur vſufructus *Imol. in l. ſi quis pro eo §. 1. ff. de fideiuſſ.* & ita fuiſſe iudicatum *refert Milan. d. deciſ. 3. num. 124. lib. 2.* vbi latiſſimè pertractat quæſtionem.

D *Detentor.*] Hodie indiſtinctè dicas, quod poteſt agi contra conductorem, † ſiue ſoluerit
90 penſionem, ſiue non, beneuerum eſt, quod ſi ipſe vult recedere à re conducta, poteſt hoc facere, & non tenebitur, ſecus verò ſi in ea vult permanere: nam eo caſu debet adimplere, & ſoluere totum intronſurium debitum ſuper d. re conducta vt ſancitum fuit per S.R.M. vigore ſuarum litterarum dat. Madrid. die 26. Auguſti 1581. pro quarum exequtione fuit edita Regia Pragm. in hoc Regno per Eccellentiſſimum Marcum Antonium Columnam olim huius Regni Proregem optatiſſimum, quem non ſine maximo cordis dolore recolo die 14. menſis Martij 1582. *Auenda. de Cenſib. cap. 108. num. 9. vbi poſt ſelſeiat. in ſimil. tract. p. 2. lib. 3. cap. 4. num. 20. ponit quando poſſit pænitere, & iterum poſſidere.* & iſte terminus infra quem conductor tenetur relaxare rem conductam eſt iudici arbitrarius iuxtà perſonarum, & rei conductæ qualitatem, & ita ſeruatur, vt refert *Milan. deciſ. 11. num. 38 lib. 2.*

Venditore.] Author noſter de iure veriorem tenet opinionem negatiuam, licet ſtantibus verbis Reg. pragmaticæ contrariam ſeruari ſubdat, quem ſequitur *Couarr. variar. reſol. lib. 3. cap. 7. num. 6. Biſſel. cap. in ciuitate num. 12. de vſur. ſed contrarium tenent Alua. Velaſ. de iur. emphyt. quæſt. 32. num 13. Molin. de contract. diſput. 383. poſt alios Fider. Martin. cap. vlt. num. 112. vbi bene diſtinguit.*

De iure communi.] Hoc priuilegium tãquam mirabile notat *Scipio Rouitus ſuper hac pragmat. ſub num. 14. & ſequ.*

E *Edictalis lex.*] Imò poteſt de ſtylo fieri quod inſtrumentum poſſit exequi contra tertium
91 *vt notat Bertran. conſ. 303. num. 7. & 8. in 2.* & ſimiliter valet ſtatutum, quod obligatio perſonalis tranſeat contra ſingularem ſucceſſorem, vt inquit *Dec. conſ. 88. col. fin. Foller. verb. tanquam num. 71.* & Authorem noſtrum hic ſequitur *Milan. deciſ. 2. num. 3. lib. 2*

F *Detemptore.*] Adde *Caſſan. in conſuet. Burgun. in tit. de Cenſib. rub. 11. ibi contra Letenementum num. 1. cum ſequ. Milan. deciſ. 3. num. 60. lib. 2.*

G *Curiam.*] Et in hoc omnes Doct. in Regno tenent indiſtinctè, quòd non admittatur hæc
92 exceptio † in prima inſtantia, ſed poſt factam ſolutionem, & ita ſempee fuiſſe deciſum per M. R. C. & numquam vidiſſe contrarium determinatum refert *Milan. deciſ. 1. nu. 173. verſ.*

In

In hoc puncto lib. 2. *& in deciſ.* 17. *num.* 31. vbi dat aliam rationem, quia hæc eſt exceptio reſolutionis dominij, quæ non admittitur, & allegat *concord. in vtraque deciſ.* & ego pluries iudicaui, & præſertim in caſa Donnæ Antoniæ de Bononia, quæ dicebat poſſidere vigore adiudicationis factæ pro ſuis dotibus cauſa ſatis anteriori, in qua ego determinaui, qnod oppoſitiones reijcerẽtur, licet in alio iuditio cauſæ oppoſitorię deinde pronuntia-
* uerim, quod exequtio retractetur. A *mplia prædictam concluſionem etiam ſi res emphytheotica perueniat ad dominum directum ex cauſa adiudicationis, & ſic inre creditoris dummodo fuerit decretum receptum pro canone non ſoluto, *vt dixit Anton. de Ball. ſuper prag. Alphon. quæſt. 9. & in quæſtion* 2. *num.* 15.

H *Priuilegiata.*]Et quod iſta exceptio admittatur etiã in prima inſtãtia tenent cõmuniter Doct. in Regno ratione parilitatis priuilegij *ex Bal. in l.* 2. *C. de priuil. fiſc. & ibi Salic. n.* 3. *verſ. Itẽ,* qui dicit quod inter pariter priuilegiatos melior eſt cõditio poſſeſſoris, & in pari cauſa melior eſt cõditio conuẽti *per tex. in l. ſi minor vigintiquinq; annis ff. de minor.* & ita per hanc rationẽ firmãt *Antonius Lancea, Iacobus Chirco, & Ioãn. Aloyſius de Septimo ſuper hac Bulla,* & dicũt ita omnes tenere in Regno *Milan. deciſ.* 1. *n.* 173. vbi ait ita fuiſſe iudicatũ in Sancto Officio referente D. Vincẽtio Reſignauo Conſultore in anno 1592. & nouiſſimè per M.R.C. pro Don Paſquale Reitano contra Don Raymundum Marquetto, quæ interloqutoria fuit confirmata per Sactum Regium Conſiſtorium die 26. Aprilis 1599. & ſecundum eam ego bis iudicaui eodem anno & facit adhoc, quod ſi quis agit ſpoliatorio iudicio non auditur ante factam reſtitutionem *cap. fin. de ordin. cognit. l. ſi quis ad ſe fundum C. vnd. vi.* & facit Ritus noſter in Regno, qui expreſsè denegat omnes defenſiones, & tamen ſi conuentus agit de contrario ſpolio anditur, quia ex quo poſſet agere cõtra vltimo loco ſpoliatum, priuilegium non habet locum contra eum, & propterea dicit *Abb. in d. cap. fin. de ordin. cognitio.* quod priuilegium conuenti eſt reſpectu eiuſdem cauſæ, & magis fauetur reo prout ibi latè proſequitur.

Corroborantur prædicta, quia talis poſſeſſor rei ſibi obueutę pro debito pariter priuilegiato dnm ſe opponit de poſſeſſione prædicta allegat ius retentionis ex cauſa anteriori, quæ qnidem retentio non videtur excluſa per *Reg. pragmaticam* reijcientem omnem exceptionem, cum retentio non ſit exceptio, imò vbi à iure eſt denegata exceptio non dicitur denegata retentio, ita in duobus debitis, quando aduerſus exequtionem vnius denegatur exceptio, & iure alterins compenſatio firmat *Bald. conſ.* 315. *vol.* 3, & qui retinet rem hypothecatam ratione hypothecæ non compenſat, neque deducit, ſed ſuſpẽdit exequtionem *Cor. conſ.* 61. *nu.* 27. *verſ. eſt etiam aduertendum vol.* 3. vbi etiam per totum firmat, quod licet aduerſus depoſitarium non poſſit opponi exceptio compenſationis, vel dominij, tamen poteſt opponi exceptio retentionis ratione hypothecę.

Nec obſtat quod *Regia pragmatica* priuilegiat exequtionem, & actionem, & non exceptionem quoniam dupliciter reſpondetur. Primo nam poſſeſſor ex cauſa anteriori pro debito iuxta formam Bullæ: & priuilegiato per *Regiam pragmaticam* fuit conſequtus rem ipſam pro exequtione, & actione priuilegiata, & ſic durat priuilegiata retentio rei proueniẽs ex cauſa actionis, & exequtionis priuilegiatæ, quia hypotheca anterior priuilegiata non dicitur extincta, ſed remanet efficax ſuper ipſa, & licèt fuerit effectus dominus, quando reuocabile eſt dominium non extinguitur hypotheca *Doct. in l. neque pignus ff. de reg. iur.* & cni damus actionem, multò magis, & retentionem *l. nemo inuitus §. cui damus ff. de reg. iur. vbi Dec. & Cagnol.* quia facilius permittitur retentio, quam petitio, maximè quando actio, & retentio tendunt ad eundem finem *Decian. conſ.* 94. *num.* 29. *in* 3. *vol. Milan. deciſ.* 1. *nom.* 173. *verſ. & ſic tenendo opinionem lib.* 2. *Ioann. Aloyſ. de Septimo vbi ſupra.*

Secundò reſpondetur quod attento fine propter quem contractus *Bullæ* habeat exequtionem paratam *ex pragm.* contra poſſeſſores verum erit dicere, quod non ſolum agendo, ſed etiam excipiendo priuilegium habuerit: nam ea ex cauſa datur prędictum priuilegiũ, ne ſubiugatarius damnũ patiatur caſu quo cenſus non ſolnatur, ſed de bonis obligatis ſibi ſatisfieri poſſit, quæ vtique ſatisfactio nil iuuaret ſi per alium poſteriorem habentem cenſum iuxta formam *Bullæ* dicta bona auferri poſſint, vnde meritò competit exceptio: nam cui damus actionem damus pariter exceptionem *d. l. inuitus §. cui damus ff. de reg. iur.*

* * Prædictam concluſionem ſupra firmatam intellige, dummodo ille poſſeſſor ex cauſa priuilegiata acquiſierit rem ſubiugatam ex adiudicatione, ſecus ſi alio titulo vt ſenſit *Milan in deciſ.* 1. & ita ego pluries iudicaui. Sed quid ſi poſſideat partim ex cauſa anteriori pariter non priuilegiata, *vide meam deciſ.* 37. *in* 1. *vol.* ſecundum quam pluries fuit Iudicatũ, & quid ſi poſſideat extincto ſimulato tunc non admittitur exceptio anterioris, vt dixit D.

Mar. Giurb. deciſ. 22. *nu.* 8. vbi refert ita iudicatum, ſed an tertius poſſit comparere impediendo executionem huiuſmodi contra cenſualis *Auend. de cenſib. cap.* 109.

Quæro ſi tertius non poſſidet ex cauſa anteriori, ſed ex ęquali cauſa pariter priuilegiata puta pro interuſurijs eiuſdem contractus Bullæ, ſeù pro parte crediti orientis ex eadem origine, vel contractu, an eius exceptio ſit iuridica & admittatur in prima inſtantia dic quod ſic quia in pari cauſa potior & melior eſt conditio poſſidentis *tex. eſt in l. ſi debitor. verſ. citra ipſos ff. de pign. Aſin. de exequ. §. 7. cap. 21. Vinc. de Franch. deciſ.* 260. *nu.* 4. vbi ille præfertur, qui poſſidet, quia eo ipſo quod poſſidet plus iuris habet, & etiam quia in pari cauſa præfertur qui præuenit alleg. *Bal. d. l. ſi debitor & in l. neganda C. qui accuſ. non poſ. Idem dicit Neguſ.* 2. *memb.* 5. *par. nu.* 31. *in fi. qui alios alleg.*

Et generaliter in pari Cauſa vel gradu plura ſolet operari præuentio de quibus *Tiraq. retract. lign. §.* 11. *gloſ.* 10. *Ioſeph. Ludou. concluſ.* 6.

Et in terminis noſtræ pragmat. adducuntur noſtrates ſupra in præcedenti quæſt. qui mouentur ex hoc, qui in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis, & ita annis præteritis fuit deciſum per curiam præturæ patrocinante V. I. D. Blaſco Ioppulo eruditiſſimo cauſarum patrono.

Sed quid ſi ille qui præuenit ſit vnus ex cohęredibus an teneatur alter cohęredi iudicio familiæ erciſcundæ communicare, vel eos ratione præuentionis excludat latæ diſſerit *Neguſ. vbi ſupra num.* 36. *& ſequ. & vide tex. in l. eaque in nominibus C. fam. erciſc. & Carroc. de loc. et conduct. verſ. de re cõmuni n.* 46. *fo.* 193. vbi quid de habẽtibus rem in cõmuni.

Quæro etiam tertius conuentus ex contractu Bullæ de anno 1570. excipit poſſidere ex alio contractu Bullæ de anno 1580. qui trahit originem & hypothecam ex alio debito nõ bullari, ſed cum hypotheca de anno 1550. an ipſe tertius ſit audiendus in prima inſtantia. Primò eſt videndum ſi ex conuerſione vnius debiti, vel cauſæ ad aliam prima actio & hypotheca ſit eſtinta vel conſeruata aut repetita *vide tex. in l. nouatione ff. de nou. & tex. in l.* 3. *in princ. vbi etiam Bart. ff. qui pot. in pign. hab. Aſin. optime de exec. §.* 7. *cap.* 43. *Neguſ. de pign.* 3. *memb.* 6. *par. num.* 7. *Cartar. deciſ.* 118. *Doct. in l. ſingularia ff. ſi cert. pet. Milan. deciſ.* 8. *num* 360. *& ſeq. & deciſ.* 13. *num.* 21. *& ſequ. lib.* 1. *& deciſ.* 9. *num.* 64. *& ſeq. lib.* 2. *& alleg. infra quæſt. ſeq. & dixi in mea deciſ.* 40. Sed ſuppoſito quod hypotheca anterior non ſit eſtincta an requiratur quod tertius ſit anterior non ſolum in hypotheca, ſed etiam in priuilegio, & ſic in ſubiugatione iuxta formam Bullæ, vel ſufficiat poſſidere ex cauſa alterius ſubiugationis, quæ licet non ſit anterior in priuilegio eſt tamen anterior reſpectu hypothecæ & orginis? punctus pendet in M.R.C. ideo relinquo cogitandum, *vide tamen tradita per me in deciſ.* 26.

Quæro tamen, quid ſi tertius poſſideat ex cauſa anteriori, quoad capitale, non autem
94 quoad cenſus decurſos, an militet eadem ratiò, & concluſiuè reſpondeas, quod ſic, quia licet anterior in capitali nõ dicatur anterior in intronſurijs *ex Paul. de Caſtr. in l. ideò condemnatus ff. de compenſat.* vbi debitum priuilegiatum non intelligitur, quo ad pænam, quæ peruenit ex illo debito, quem ſequitur *Cannet. in cap. volẽtes verb. At non erit otioſa fol.* 92. vbi determinat, quod intronſuria doti de paragio, & reſtituendæ dotis non ſunt onus feudi; Tamen opinio prædicta *Cannet.* non eſt vera, & contrarium tenet *Blaſc. Lancea in d. cap. volentes* ſecundum quam opinionem fuit pluries iudicatum in M.R.C. præſertim pro Donna Beatrice Sances contra Marchioniſſam Auolæ die 15. Iunij 1583. *vt alias dixi in tract. de dot. de parag. quæſt.* 36. *verb. onus littera A, & facit tex. in l. lutius ff. qui pot. in pign. habe. & l. pignus C. de vſur. & Soc. ſen. conſ.* 41. *vol.* 4. vbi in puncto dixit, quod intronſuria ſuccedunt loco ſortis, dum ſoluuntur, quando ſors non eſt repetibilis *Milan. deciſ.* 13. *num.* 27. *lib.* 1. vbi dicit, quod emptis redditibus eorum intronſuria non poſſunt adaptari ad terminos vſurarum, nec ad terminos pęnæ, quia eſt emptio, & venditio annui redditus ex illa pecunia priuilegiata, quia annui redditus ſunt loco pecuniæ, maximè vbi ſunt retenta priuilegia anterioritatis, quo caſu non inducitur nouatio pignorum, ſed durat prima hypotheca *l. ſi creditor & l. ſi prior qui potio in pign. habean. vbi Doct. Neguſa. de pign.* 2. *memb.* 5. *par. num.* 13. *Salic. & Ang. in d. l. creditor.*

95 Prædicta tantò fortius procedent, † quando capitale pro quo debentur intronſuria eſt aptum natum de ſui natura facere fructus, & vſuras, vt in dote *ex dictis per Cannet. in prællegato loco*, vbi in hoc caſu procedere opinionem *Blaſci* affirmat; *Roder. de annu. reddi. lib.* 3. *quæſt.* 7. *& q.* 8. Similiter in legitima, *vt dixit Milan. d. deciſ.* 13. *n.* 29. *lib.* 1. quia ex fructibus augetur, & ita refert fuiſſe iudicatum; Similiter in debito tutelæ, quia eo caſu nõ tantum vſuræ, ſed vſuræ vſurarũ debẽtur *vt dixit Dec. in cap. cũ venerabilis col.* 5. *de excep.*

Caual.

Caual.de tut.& curat.n.116.fol.73.& dixi ſupra in q.3.verb.vſurarũ littera C.& in hoc caſu mihi videtur procedere *tex.in d.l.lutius*, loquitur enim,quãdo pignora fuerunt hypothecata pro ſorte & vſuris,quæ quidẽ obligatio non intelligitur facta ſub illis verbis ſolitis apponi in noſtris contractibus cum refectione damnorũ,& expenſarũ: nam illa clauſula procedit,quoad expenſas iudiciarias,& intereſſe accidentale,nõ autem naturale, vt ſupradictũ
* eſt,& ita iudicaui contra Vincentiũ lo Giiuſo.* Sed quid ſi replicaretur de nullitate adiudicationis,cuius vigore excipit poſſidere titulo anteriori;diç quod non admittitur talis nullitatis exceptio in hoc iudicio,*ita Cardi.in cap.cum ſuper quem ibi refert Fel.de re iudi.*vbi ait hoc dictum eſſe centum manibus ſignandum *Gozad.conſ.*103.*Roll.conſ.5. num.2. lib.2.* & ita ſeruari in M.C.*dixit Octau.Corſet.quæſt.forenſ. verſ. primus eſſet*, ratio eſt ſecundum eum quia de titulo conſtat per authenticata documenta & publica,& ita non ſemel vidi iudicatum in Conſiſtorio.

I *Onerata.*] Vide *Milan.*† *deciſ.1.nu.55. cum ſeq.lib.2.* vbi allegat alios Doct.Regni & ſe-
96 quitur Authorem noſtrum hic *Scipio Rouit.ſuper hac prag. ante num.16.*

97 Ex eodem fonte oritur videndum qualiter ſint recipiendi † teſtes ad verificationem extremorũ,ad hoc vt poſſit procedi contra tertiũ vigore huius contractus ſubiugatorij & dicas quod hæc probatio fieri poteſt parte incitata iuxta formã Ritus,& modo ſequenti,aut prędiũ poſſeſſum per tertiũ non eſt nominatim expreſsũ in contractu ſubiugatorio,ſed ſub illis verbis cõprehẽditur(*ſuper omnibus,et ſingulis bonis ſuis ſtabilibus*)& tunc debet actor probare, quod illud prædium erat in dominio ſubiugantis tempore initi contractus ſubiugatorij,& de præſenti poſſidetur, ſeu detinetur per iuſtum tertium; Aut verò prædium eſt indiuidualiter,& nominatim expreſſum in contractu ſubiugatorio cum deſignatione confiniũ,& tunc debet probare tantum de poſſeſſione de præſenti iſtius tertij detentoris,& identitas rei probetur, quod hæc res aliquando fuit poſſeſſa per ſubiugantem, & in hoc ſecundò caſu non requiritur illa probatio,quòd erat in dominio ſubiugantis,quia elicitur ex verbis enuntiatis contractus,dum eſt ſpetialiter,& nominatim ſubiugatum vti res ſua;& verba contractus nedùm probant contra contrahentem, ſed etiam contra quemlibet tertium & hæc eſt practica,quæ hodie ſeruatur in Regno *vt refert Milan.deciſ.1.nu.114. lib.2.*

Quæro ex prædictis quando recipi debeãt iſti teſtes,ſi eſt cauſata exequtio contra tertiũ poſſeſſorem,& videbatur dicendum,quod poſſunt recipi infra quindenã,& ſic poſt adimple-
98 mentum *vt teſtatur Ioan. Aloyſius de Septimo in cap.*Ritus 103.& dicit hanc opinionẽ ſeruari in M.R.C. & veram eſſe etiam de iure cõmuni per doctrinã *Bar.in l.1.col.2.ff.iudicat. ſolut.& Paul.de Caſtr.conſ.*301.*in antiquis Montaltus,& Petrus Pitrolus ibidem Socc.ſen. conſ.96.nu.12.in* 4.vbi ponit in caſu ſimilis ſtatuti poſſe exequtionẽ corroborari ex probationibus factis infra quindenã,& in terminis quãdo liquidatio,ſeu verificatio eſſet facienda habito reſpectu ad perſonam conuẽti,quod ſit talis, quod inſtrumentũ contra eum exequi debet, etiam ſi eſt cæptũ à captura non verificato prius, quod ipſe captus ſit talis vt poſſit capi,quia poteſt poſt capturam, & poſt cęptam executionẽ verificari,& probari,& interim non ſit relaxandus firmant *Ruin.conſ.152. num.9. in 4. Socc.ſen.d. conſ.96. num.12. in 4 Crauett.conſ.46. num.7. & poſt alios Peruſ.deciſ.40.*

99 In contrariũ † eſt veritas quod vtique nõ niſi ante adimplementũ exequtionis,& ſic ante capturã perſonæ,expignorationẽ,vel quindenam recipi debeant tales teſtes,& hoc in primis firmo *ex deciſ.Alex.in conſ.*188.*n.*1.*vol.*2.vbi cõcludit quod licet inſtrumentũ ſit liquidũ vt poſſit exequi cõtra principalẽ debitorẽ, tamẽ cõtra nõ nominatũ in cõtractu quod ſit talis vt contra eum inſtrumentũ exequi debeat,debet liquidari antequam cõtra eũ fiat. exequtio allegat *Innoc.in cap.quia in fine de iudic.*& hãc opinionẽ tenet *Soc.ſen.d.conſ.96 nu.12.in* 4.licet in caſu ſuo teneat contrariũ propter verba ſtatuti,quia ſtatutũ ibi diſponebat,quòd prius deberet fieri captura & poſt capturã porrigeretur petitio, in qua exprimatur res cauſa,& quantitas pro qua eſt captus,& producatur inſtrumentũ probationis,& melius dixit *idẽ Soc.ſen.in conſ.89.n.1.cũ ſeq.vol.3.* vbi dicit,quod quando agitur de verificando,vel liquidando perſonã conuẽti,quod ſit talis,vt contra eũ exequi debeat inſtrumentũ,quod debeat prius verificari,& probari,ſeu liquidari,antequã incipiatur ab exequtione, & ex noſtratibus ita voluere *Latus Doctor antiquus ſuper d. Ritu* 103. *& ibi Anton. Lancea*,& ita etiã tenẽt (ſi benè aduertatur)*Ioan.Aloyſ.de Sept.& Montal.*in contrariũ allegati vt infra dicã,& poſt prędictos hãc ſentẽtiã ſequitur *Milan.deci.1.n.114. verſ.debet actor lib.2.*vbi dando modũ,& practica circa receptionẽ,& depoſitionẽ prædictorũ teſtium concludit ſub his verbis,debet actor,& executionẽ cauſans in vim extremorũ iuxta formã Ritus priuſquã coueniat tertiũ poſſeſſorẽ probare,quod illa res,&c.&ſic apparet,quod iſti teſtes ante exequtionẽ recipi debeant,licet in alia *deciſ.3. n.45.verſ. in hoc puncto* tractando

quæſtionem hanc dicat quod M.R.C.non inclinauit neque in primam,neque in ſecundam opinionem ex quo ex confeſſione ipſius conuenti conſtabat de poſſeſſione, & detentatione in eius perſonam,& ad hoc facit *Nouiza. conſ.53. vbi alios retulit*.

Secundò facit pro hac opinione,quod prag.præſupponẽs detẽtationẽ, ſeu poſſeſſionẽ rei ſubiugatæ dat viam executiuam contra ipſum tertium poſſeſſorem,vnde non verificata illa qualitate ſuper qua ſe fundat non procedit eius diſpoſitio *l.prætor §. docere ff. vi bono rapt. Bar. in l.1.§.1.ff. ne quid in flum. pub.Ioan.And. in cap.1.de homicid. in 6.Bero.quæſt.115. num.3. Natt. conſ.266. nu.5. Rol.conſ.46. nu.4. Decian. reſp.43.nu.2.lib.2.*& iſta qualitas ante omnia verificari, & probari debet, & probatam eſſe tempore exequtionis,& hoc tam ex diſpoſitione iuris communis ex ſupradictis in primò fundamento, quam in terminis ſtatuti, *vt dixit Ber. conſ.167. num. 6. lib.* 2. vbi loquitur quod qualitas requiſita non poteſt adeſſe ex poſt facto. *Decian.* vbi proximè dum dicit, quod ante omnia probanda, & verificanda eſt qualitas requiſita à ſtatuto *Rol. à vall. conſ. 20. per totum vol.* 1. *Bald. in l. per diuerſas C. mand. Boer. decif.* 10. *& in terminis tertij poſſeſſoris dixit Felin. in cap. quia num.4. de iudic. vbi ad hoc allegat Aret. Bart. & Bald.*

Tertiò,& vltimò ſupradicta cõfirmantur,quia hoc ius exequtiuũ actionis perſonalis ſubrogatum fuit loco actionis hypothecariæ *vt dixit Author hac q.ſub n.* 54. Sed agens actione hypothecaria debet prius probare, quod reus poſſideat tempore moti iudicij alias liberatur *Neguſ.de pign.par.8. in 3.memb.num.6. in fin.verſ. Item creditor*.

Quartò,& vltimò hanc opinionem tenuit *Foller.ſuper Bulla in verb. Tamquã nu.39.* vbi dicit numquid quando fit exequtio contra perſonam tertij poſſeſſoris,ſeu eius bona debeat conſtare,quod ipſe poſſidet rem oneratã cenſui?& dicas quod ſic vt habetur *in tex.*ibi(*quãdiu apud eos illorum detentio fuerit*) & ideò cõcludit ipſe debet præcedere hæc informatio. Et his diſcuſſis ſecundũ hanc opinionẽ fuit iudicatũ me patrocinante per Reg.Cur.Præt. de 1586.pro Vincentio Riolo,ꝙ oppoſitiones ſtarent,ex quo teſtes ad verificationẽ extremorũ fuerũt recepti datã quindenã,quę interloquutoria fuit cõfirmata per M R.C.& ſimiliter hoc anno pro Luciano Corſo,& pro Petro de Imperatore & cõtra illos de Valdaura,& ego dum
* eſſem Iudex ita ſemper iudicaui * & ita paſſim iudicatũ fuit poſt hanc apoſtillã impreſſam.
Non obſtant in contrariũ allegata:nã *Ioan.Aloyſ.de Sept.et Montal.*dũ dicũt ſub his verbis, an talis probatio ſufficit vt poſſit poſt exequtionem fieri,vidi practicare ꝙ ſic ita de iure ait *Bar.in l.1.ff.iudic.ſol.*puto tamẽ ꝙ adhuc nõ debeãt reijci oppoſitiones aduerſus exequtionẽ prædictã;& ideo dico,ꝙ per hæc verba ipſi teneãt hanc ſecundã opinionẽ,quia fortè mouentur(licet nõ exprimãt)quia ante exequtionẽ fundatã exceptiones legitimæ ſunt,& ideo reijci non debeant,licet verificatio, & liquidatio actionis proſit pro cauſa oppoſitoria tantum fortè ſecundum eos non pro reiectione oppoſitionum ex pacto reiectiuo & ita dicit *Milan.d.deciſ.3.num.43.in fi.*

Secundò reſpondetur,quod ipſi non loquntur in terminis tertij poſſeſſoris conuẽti vigore Regiæ pragmaticę, quo caſu vt ſupra fundatum eſt debet iſta poſſeſſio verificari ante adimplementum; ſed loquntur in verificatione mortis, vel perſonæ hæredis in quibus terminis etiam allegaui *Rol.Soc.Fely. & alios* contrarium tenentes.

Non obſtant *Soc.Ruin.& alij* relati per *Peruſ.deciſ.*40.nam ſi benè aduertatur & ipſi noſtram opinionem confirmant,dum dicunt quod ſi quis fuit carceratus,& captus non ſeruata forma,reuocatur captura,ſed ſtatim confirmatur,& non relaxatur,& ſic patet quod captura eſt nulla,vt per ipſos ſecundum prædicta concludo.

Secũdò principaliter quæro teſtes fuerũt recepti ad verificationem extremorũ pro probanda poſſeſſione,ſeu detentatione alicuius tertij poſſeſſoris, ſed ipſe tertius nõ comparuit, vel aliquo alio modo non potuit deueniri ad exequtionem, niſi poſt multos dies à tempore receptorum teſtium,an talis tertius poſſit cogi abſque alia verificatione? & reſponde quod
100 ſi ſumus inſta menſem † ſufficiunt ex Doctrina *Paul. de Caſtr. in l. ſiue poſſidetis C. de probatio. nu.9. verſ. ſed ſi probo*, & ita hodie practicatur.

Sed quãdo res eſt talis ex qua de anno in annũ, vel de quinquẽnio in quinquẽniũ fructus percipiũtur,pręſumitur de ꝓxima recollectione vſq;ad illud tẽpus poſſidere,ꝙ nota in poſſeſſ. reddituũ qui exiguntur de anno in annum, & nõ poteſt probari medio tempore aliquod ſignũ poſſeſſionis & vide ad hoc *Salic.in l.non ignorabit C.ad exhib. Rot.Genu.deciſ.127. n.5.*

Tertio quæro,dictũ eſt ſupra *n.97.ex Milan.* cui addo *Foller.ſuper Bulla in verb.tãquam*
101 *nu.*40.vbi refert *Alex.& alios* quod tales teſtes † poſſunt recipi parte incitata,an hoc ſuffi-
102 ciat in cauſa oppoſitoria;† & reſponde quod debent repeti parte citata,quia tunc ſumus in iudicio ordinario,ſeu plenario,quod caſu neceſſe eſt ꝙ repetãtur parte citata dato termino & facta publicatione,alias nõ probãt *Marſil.ſingul.*81.& licet hoc nõ fiat in prima inſtãtia,

& ſic

& ſic in cauſa ſtent, vel reijciantur, eſt quia extrema ſunt appenditia exequtionis,& ſufficit quod producãtur parte incitata *per Doct. ſuper Rit.* 10. *Marant. in Specul. par p.tr.6. in prin. num.9.* Imò plus dico,quod teſtes examinati ſummariè, & in iudicio ſummario etiam inter eaſdem cauſa in alia inſtantia fidem non faciunt,nec probant, niſi iterũ examinentur vt habetur *in cap. veniens ibique communiter Cano. de teſtib. & in cap. cum dilectus de ordin. cognit. per Bart. in l.2.§.1. in vlt. col. ff. bonor. rap. Bero. conſ.48. nu.22. & melius conſ.49. nu.* 18. *vol.* 3. & ideò vt dictum eſt teſtes in cauſa oppoſitoria non probant niſi repetantur parte citata,& ita ego iudicaui,& vidi iudicatum hoc anno per M.R.C. in cauſa Franciſci Lombardo contra Donnam Ioannã Corbera dum fuit dictũ retractetur exequtio ſaluis iuribus de melius probando,& in R.C.P. contra Monaſteriũ ſeptem Angelorũ die 30. Octob. 1600.

Quartò quæro,quid ſi fuerit cauſata exequtio,& ſponte fuerit præſtita fideiuſſio in quindena pro liberatione bonorum,an requiratur extremorum verificatio ad probandum detentationem, & conclude quod non,ſed datur actio tamquam in confeſſum lapſa quindena,vel lata interloqutoria,quod reijciantur *ex Afflict. in deciſ.* 135. *& Vrſill. deciſ.* 3. & ita fuit ſer-
103 uatum in Regno,& hodie indiſtinctè ſeruari video.

Quintò quæro an accuſatis teſtibus de falſo, † prout ſæpiſſimè fieri ſolet per debitores cenſuum ad effugiendum eorum ſolutionem, ſit ſuperſedendum in cauſa exequtionis cauſatæ,donec cognoſcatur de falſitate teſtium, & quicquid dici poſſet de iure communi ex traditis *per Bald. in l. ſi quis teſtib. col. penult. de teſti. Bart. in l. diuus ff. de petitio hæredit Loffred. conſ.6. num.4. cum ſequ. Boſſ. in tit. de falſ. num.* 111. dicas quod ſuperſederi non debet, quia iſta exceptio non admittitur ſtante Reg. prag. *vt dicit Milan. deciſ.8. nu.*31. *&* 32. *lib.* 2. & ita ego iudicaui pro quibuſdam de Saccano, & indiſtinctè iudicari video & ſeruari in M.R.C. tantò magis quia vt plurimum fieri ſolẽt tales accuſationes ad effectum calumniandi, & effugiendi,ac dilatandi exequtionem in quibus caſibus debet multum per iudices animaduerti *vt dixit Boſſ. in d. tit. de falſ. nu.* 150.

Intelligo tamen prędicta procedere niſi aduerſus verificationem extremorum opponeretur aliqua exceptio in contrariũ puta,quia cõſtaret de poſſeſſione, ſeu detentatione in perſonam alterius: nam prædicto caſu admittitur talis exceptio vt in terminis dixit *Author noſter infra quæſt.9. nu.16. Cur. Iun. in l. fi. nu.5. C. de edic. diu. Adrian. tollen. Milan. d.*
K *deciſ.8. num.18. cum ſequ. & deciſ.3. nu.154. & 155. lib. 2.*

104 *Rata corporis.*] Et quod tertius poſſit conueniri inſolidum, & non pro rata † prædij poſſeſſi *tenet Gouarru. variar. reſolut. l.b.3. cap.7. num. 8. Rodoan. de reb. Eccleſ. non alienan. in rubr. de conſtit. ann. cenſ. num.69.* & de magis communi opinione teſtatur *Lup. in tract. de vſur. comment. 2. §. 2. num. 68. Nauarr. in tract. de vſur. quæſt. 17. num. 114.* & hanc opinionem non ratione hypothecæ, ſed ex mente contrahentium firmat *Aluar. Velaſc. in tract. de iur. emphyth. quæſt. 32. num. 15.* & vſu receptum eſſe in Hiſpania *dixit Luduic. Molin. de iuſt. & iur. lib. 2. diſput. 383. fol. 843. verſic. conſtat deinde Honded. conſil. 117. num. 12. vol. 2. Boccac. de Cenſib. par. 3. num. 26. Felician. de Cenſib. lib. 3. cap.*
* *4. nu. 11. verſ. occurrit tamen* vbi infinitos colligit, & in materia latè *cap. 2. eod. lib. 3.** *Adde Roder. de annu. reddi. lib. 2. quæſt. 9. nu. 30. Fider. Martin. optime cap. vlt. num. 121. cum ſequ. & propriè num.* 131. & quid ſi eſſent plures inſolidum obligati *Roder. lib. 2. quæſt. 5. Salas in tract. de empt. & vendition. titul. de Cenſib. dub. x1. verb. Sed difficultas eſt. Leſ. de Iuſt. & iur. lib. 2. cap. 22. dub. 12. nu. 87. Rebell de oblig. iuſ. dub. 7. difficul. 6. & dub. 39. ad fin. Dominus Coſta in ſuo ſubtiliſſimo tracta. de portion. rat. de quæſt. 33. & 72. & 110. Author noſter hic verſic. Tertia opinio fuit num. 45. & ſequitur Milan. deciſ. 13. num. 53. lib. 2.* qui eam comprobat alijs rationibus, limitando tantum in eo, quod dicit Author noſter, quando agitur per creditorem ſubiugatarium contra tertium perſonali actione, & bonis proprijs tertij ex diſpoſitione Reg. pragmat. nam contra eum ſemper fuit ſeruatum, & iudicatum, & ideò limitat dicta per Authorem procedere in ſecunda inſtantia, & ſic in cauſa oppoſitoria, ſecus in primo iudicio ante factam ſolutionem: nam dicere, quod iſta res ſpecialiter ſubiugata non eſt tanti redditus, & quod ob id poſſeſſor in ſolidum non teneatur pro tota ſumma de perſona, nec in bonis ſuis cogi poſſit pro tota ſumma, reſpicit hæc exceptio modificationem exequtionis, quæ ex diſpoſitione Reg. pragmat. eſt reiecta, vt firmat *Ioann. Aloyſ. de Septimo ſuper hac Bulla, & ſequitur idem Milan. in loco præallegato vbi vide latius.*

Sed quando poſſeſſor alicuius prędij ſubiugati ſoluit totũ intronſuriũ,& obtinet à creditore iuriũ ceſſionẽ contra alia prędia ſubiugata,& eorũ poſſeſſores,non poteſt experiri iura ceſſa contra alios poſſeſſores cæterorũ prędiorũ in totũ,ſed pro rata,& ita cõcludit *Milan. d. deciſ.3. n.44. & n.52.* vbi refert ita fuiſſe iudicatũ per M.R.C.& ſecundũ eam ego iudicaui

pro

pro Cæſare de Auoſſa,& in alijs cauſis, obſtat.n.exceptio cędendarũ pro rata ſecundũ *Dec. conſ.104.facit tex.in l.cum poſſeſſor de Cenſib.Capic.deciſ.51.Milan.deciſ.1. lib.2. & ibi alij per eum relati,& in nu.26.* dicit hanc opinionem eſſe indubitatam in Regno,& eam ſeruauari in omnibus magiſtratibus,& numquam vidiſſe ſeruatum contrarium.

105 Limito tamen prædictã † cõcluſionẽ ſi iſte tertius poſſeſſor ſoluẽs licet eſſet obligatus ad cenſum in cõtractu ſubiugatorio habeat actũ ſeruationis indemnis cum declaratione,quod ad eũ non ſpectat ſubiugatorio,quia tali caſu ſoluens,& obtinens iuriũ ceſſionẽ agendo cõtra alios poſſeſſores ſibi nõ obſtabit hæc exceptio pro rata *ita Bart. et Doct.omnes in l.Modeſtinus ff.de ſolut Fan.de pign.5.mem.5.p.prin.n.7.et ita iudicatũ fuiſſe refert Mila.deciſ.1. num.54.Et in hoc puncto lib.2.*

L *Quamdiu.*] De hac clauſula † Doct. noſtri in Regno varia dixerunt circa eius intelligen
106 tiam,quos refert *Milan.deciſ.13 per totam lib.2.*& hodie non fit amplius difficultas ſtante nouiſſima pragmatica de qua ſupra diximus *in verb.detentor littera* D,& ita iudicatum per M.R.C. extitiſſe refert *Milan.d. loco.*

107 Aduertendũ tamen circa prædicta,quod poſt adimplementũ factũ† per tales tertios poſſeſſores,ſeu detentores non admittuntur amplius ad relaxandũ prædiũ ſubiugatũ iuxta formã d.pragm.ſicut dicitur de reſtitutione in integrũ,quę non impedit exequtionẽ ſententię, quando exequtio eſt cæpta ante petitã reſtitutionẽ in integrũ *Caph. conſ.263.nu.38.vol.2. Sforz.Odd.de reſtitut.in integr. par.1.quæſt.43. art.1. num.49.*& ita ſeruatum fuiſſe refert *Milan.deciſ.11.n.40.lib.2.* & ego iudicaui pro Confraternitate S.Michaelis.*vide in Auẽda. in tract de Cenſib.c.110.n.6.* & quod ècontra an poſſit poſt renuntiationẽ pęnitere, & iterũ poſſidere:teneo quod ſic,quia eſt priuilegiũ cõceſsũ detentori,cui poteſt renũtiare,pro quo faciunt tradita per *Felic. 2.p. cap.4. lib.3.n.20.quod ſequ. Auend.de Cenſib.cap.108. n.9.*

Sed an tertius poſſeſſor rei ſubiugatæ ſoluendo penſionẽ quãdiu poſſederit poſſit inuito
108 creditore †renuntiare?& dic quod ſic per ea,quę notat *Bal.in prælud.feud.verſ.tractatus in 4.col.in prin.& gloſ.in l.incola ff.ad Municip.la 2.Alber.in l.moſchis ff.de iur.fiſci Affl. deciſ. 319.in fi.Blaſc.Lancea in verb.ex quibus in hac parte vbi dicit.*Quæro an detentor rei ſubiugatę poſſit refutare rẽ creditori,& videtur,quod ſic quia ſublato emolumento tollitur onus annexũ *l.Pamphylus §.duas filias ff de leg.3.cũ ſimil.*Diſtingue tamen aut.n.vult refutare vt non ſoluat penſionẽ præteritã,& iam inductã & non poteſt,aut futuras & inducendas & poteſt arg.*glo.notab.in l incola ff.ad municip.*& hæc ſunt verba *Blaſci Lãceæ;* Hodie vt dixi extat ſuper hoc nouiſſima pragm.& de hac quęſt.*vide Tiraq.de retract.lignag.§.1.glo 6. n.21. Lup.de vſur.cõmen.2.§.3.n.89.Foller.ſuper Bulla in verb.Tamquã n.49.*vbi tenẽt,quod debitor cenſus non poteſt cogere emptore ad capiendum fundũ, vel rem ipſam ſuper qua annuus redditus eſt conſtitutus, & ab eo hoc modo ſe liberare, id enim dicunt ipſi ſpeciale eſt in caſu donationis,vel legati fauore donantis,vel liberalitatem exercenti vt ante eos *Bal.in l.ſi quis argentum num.7.verſ. Si verò nota C. de donatio.*

* *Detentationi.*] Adde *Milan. deciſ.11. lib.2. vbi latè.*

M *Toto tempore.*] Imò & laudimia † alienationũ factarũ per oẽs prędeceſſores emptores,ſi
109 non fuerint ſoluta *Vinc de Frãc.deciſ.430.*vbi dicit ita fuiſſe iudicatũ per Sacrũ Conſilium Neapolitanũ,& me patrocinante alias habui deciſum per M.R.C.contra Matthęũ Poſatori.

N *Diſcuſſione.*] Vide *ſupra in eodẽ verbo diſcuſſione littera* B,vbi concordantes allegaui.

O *Recurrens.*] *Foller.ſuper Bulla verb.Tamquã n.44.cum ſeq.*adde *Campix.ſuper hac Bulla in verſ. non audiatur* vbi refert ita iudicatum *Cæſar Barti.deciſ. Bono.56. nu.4.*

Sed contrarium tenet *Cumi.Rit.40.nu.213.allegans Philippum de Paternione antiquum Doct.Bon.de Cenſ.lib.1.art.79.* De veritate huius articuli dicam *in deciſ.51. 2. par.*

Sed quid ſi adimplementum ſit reale, an audiatur appellans, ſeu ſupplicans, quaſi quod eo caſu pro eo non ſtet, quin fiat ſolutio per interpoſitionem ſecundi decreti & poſſeſſionem bonorum, *vide meam deciſ. 99. lib. 1.*

P *Sequeſtrari.*] Et ſic poſſunt tantum pro crimine læſæ Maieſtatis confiſcari, & non pro alijs delictis vt dixit *tex. noſter hic & Foller.ſuper Bulla verb.neque illor.nu.1.* licet malè ac peſſimè in contrarium fuerint allegati à quoddam Catinenſe.

Ad illud, quod dicitur, non poſſint ſequeſtrari intellige niſi de debito conſtaret per publicum inſtrumẽtum, quia tunc permittitur ſequeſtrum *vt docet Foller. vbi ſupra in verb. Diſponit hic tex. fol. mihi 232.*

* *Superſedimenta.*] Amplia etiam in dilatione conceſſa ab indulto generali *vt dixi in meo commentario cap vlt. nu. 11. latè ponit materiam Auendan.de Cenſib. cap.110.*

Q *Exequtio.*] Theſaur.*deciſ.96.per cap.*omnes dies de fer.poterit tamen recipi fideiuſſio† in
111 quindena:nam vbi nõ vertitur cauſæ cognitio,tunc ille actus iudiciarius fieri poteſt, etiam

in

in diebus feriatis in honorẽ Dei *Menoc.de arb.iud.q.30.et ita decidit Guid.Pap.deciſ.215. nu.2.verſ.Aut quærimus per tex.in l.ſi prætor in princ.ff.de iudic.*vbi habetur, quod executor ſententiæ non habet cauſę cognitionem de ſententia,an ſit benè lata,vel nè,ſed eſt merus executor,& ideo benè poterit fieri executio inſtrumenti, quãdo in eo non requiritur cauſæ cognitio,nec ſtrepitus iudicij per prædicta,& quod talis fideiuſſio poſſit præſtari in die feriato ex quo in ea nulla requiritur cauſę cognitio dixit ſingulariter *Bar.in l.1.§.nuntiato ff.de oper. nou. nuntia. nu.29.& faciunt not. per Caſtr. in l.1. nu.6. in fin.ff. de fer.*

Et ideò alias cum fuerit cauſata quædã executio ad litteras Tribunalis S. Officij contra Ioannẽ Vellanoua,& fideiuſſio in quindena fuerit præſtita die 5.Octobris in feſto S.Placiti feriato in hoc Regno per Kalẽdarium omniũ Tribunalium fuit per dictũ Tribunal iudicatum valere fideiuſſionẽ,& reiecit oppoſitiones de anno 1595.& ita alias fuit iudicatum in M.R.C.vt adnotabat in quibuſdã alleg. *D.Octauius Corſet.magnus Doct.*tãtò magis quod tales cõmiſſarij executiui non ſolum non habent cauſæ cognitionem, ſed ſunt meri executores & eſt bonus *text. in cap. Paſtoralis §. penult. de offic. deleg. faciunt not. per Hoſtien. in cap. cum ſemper de re iud.* ſed etiam eis expreſsè prohibetur cauſæ cognitio.

112 Quod ſi eſſemus † in Vrbe,& nõ ſuaderet aliqua ratio neceſſitatis in die feriato, puta q̃a debitor eſſet exter⁹,vel eſſet ſuſpect⁹ de fuga,nõ ita de facili hoc admittẽdũ eſſe arbitror:nã vt dicit *Abb.in c.fi.col.penul.verſ.7.de iudic.*licet talis executio facta teneat,verũ fieri non (deberet.

R *Ceſſionis bonorum.*] Vide *Roder. de annu. reddi. lib.2. quæſt.10. n.12.*

* *In Regno.*] Hoc idem intellige quãdo Baro fuiſſet conuocatus ad Regiũ colloquiũ,tunc enim datur etiã exceptio Hoſtica *Corſet.in rep.in verbo exceptio hoſtica,*& ita ſeruatũ vidi.

S *In cõmiſſum.*] Et quòd cenſuarius ceſſans in ſolutione cenſus etiam per mille annos nõ
113 priuetur iure ſuo,ſed ſolum compellatus † ad ſoluendũ cenſum pro tempore præterito voluit *tex.in cap.conſtitutus de Relig.domib.iuncta gloſ. in verb.iuxta ratam Corbol.in tract. de iur.emphyt.rub.de cauſ.priuat.ob non ſolu.cano.limit.33.Ruin.conſ.160. nu.6.lib.1. Burſat.conſ.143.nu.79.lib.2.Rodoan. de reb.Eccleſ.non alien.q.24.incip.ſed quid n.2.Maſcard. concluſ.281. in prin.Menocch.conſ.414.n.13.lib.5.vbi teſtatur hanc eſſe receptã opinionem, Hond.conſ.81.n.3.& ſeq.vol.2.* Adde Roder.de annu. reddit.lib.2.q.2.vbi latè Felician. de Cenſib.in procem.n.11.Surd.conſ.537.num.11.lib.4.Auendan.de Cenſib.c.90.& 91.Sala.de Cenſib. dub.x1. verſ. ſeptimo vt non fiat,& dub.26.*

T *Pactum.*] Immo tale pactũ † non valet *vt dixit Bal.in l.rogaſti §.ſi tibi col.2.verſ.quid*
114 *ergo vbi Dec.in 2.lect.n.14.et ibi Cagnol.nu.116.de ſent. quæ pro eo quod inter.Plot. in l.ſi quando n.452.& ſeq.C.vnde vi Nauar.de vſur.n.93.Molina de iuſt.& iur.lib.2.diſp.390. fol.907.in prin.verſ.Ac ſanè imponere Rodoan.de reb.Eccleſ.non alien.rub.16.n.71.Pizarro ad ſtatutũ de Guadalupe gloſ.en mucho.mas col.3.Mexia in l.5.tit.3.lib.7. ordinat.2.par.2. fundam.nu.37.et 38.Guttier.lib.2.pract.q.168. Didac.Perez in procem.tit.2.de las vſuras li.8.verſ.Quæritur vlterius Velaſc.de iur.emphyt.q.30.n.31. Olano in ſua concord.Antinomiarũ iuris ciuilis,& Regij litera* A,*n.105.Mattienz.in lib.1.tit.15.de los cenſos lib.5.gloſ. 2.n.4.nouæ cõpilationis Moder.Pariſ.de vſur.q.52.n.356.Felician.de Cenſib.lib.1.c.10.nu. 11.vbi latiſſimè Zarab.in inſtruct.mercat.c.15.Foller.ſuper Bulla verb.huiuſmodi n.88.Boccac.de Cenſib.par.1.nu.60. Honde.in conſ.81.vol.2.*Aduertendum eſt tamen,quod tale pa-
15 ctum vitiabitur,ſed non vitiabit contractum † *vt dixit Felicia.in loco præallegato n. 28.* & hodie eſt expreſsè prohibitum per Bullam Pij V.

Don Garſias Maſtrillus.

S V M M A R I V M.

1 *Pacta quæ apponuntur in cõtractu venditionis annualium iuriũ cenſualium, quæ ſunt contra formam Bullæ Apoſtolicæ, & Regiæ Pragmaticæ an vitientur, vel vitient contractum?*

2 *Pacta contra formam Bullæ vitiantur, & non vitiant. Limita num. 10. & vide num.11. & 44. in add.*

3 *Pactum contra naturam contractus vitiatur, & non vitiat.*

4 *Pactũ appoſitũ in contractu mutui, in quo mutuaui decem,vt reddas vndecim vitiatur contractus in eo, quo excedit, & non vitiat totum contractum.*

5 *Pactũ,quòd cenſus ſoluatur de tertio in tertiũ vitiatur,et non vitiat,et n.42.in add.*

6 *Pactum,quod emptor exigat cenſum manu ſua vitiatur & nu.43. in add.*

7 *Cenſus debet exigi a manu debitoris,& nõ manu propria.*

8 *Pactũ quòd vẽditor obligauerit bona ſubiugata, & declarauerit precario nomine tenere,et poſſidere, an nõ ſoluens poſſit cõtra eum tentari iudicium ſpoliatoriũ, & vitiatur num. 9.*

ARGV-

formam Ritus, tale precarium, & conſti-
tutum per pactum erit contra formam
dictæ Apoſtolicæ Bullæ, quæ de ſui natu-
ra non trãsfert poſſeſſionem rerum ſub-
iugatarũ in emptorem,& per conſequens
9 vitiatur,† & habebitur pro non adiecto,
niſi fortè pactum precarij fuiſſet adiectũ
pro maiori & opportuna cõtrahentium
ſecuritate, tuitione, & indemnitate, quia
tunc talia pacta cum opportuna contra-
hentium ſecuritate, & indemnitate dicta
Apoſtolica Bulla fieri poſſe permittit,
prout in ea formaliter continetur.
10 Prædicta† tamen intelligo procedere,
quando talia pacta reperirentur appoſi-
ta in huiuſmodi contractu, in quo cenſus
annuus aſcenderet ad decimam partem
pretij principalis, ſed ſi fortè cenſus an-
nuus redactus fuit ad rationem de ſeptẽ,
E vel octo, aut nouem * pro quolibet cen-
tenario,quia tũc licet tale pactum dica-
tur pars pretij,tamen poteſt illud ita cõ-
cludi ſub alia annua penſione relaxata ex
pacto à decima parte pretij totius prin-
cipalis, ita quod non excedat decimam
partem totius pretij principalis,& ſic nõ
caderet in contractum vſurarium, nec il-
licitum, quando perpenderi non poſſet
tale pactum,an excedat, vel non excedat
decimam partem totius pretij principa-
lis computato eo pretio relaxato vſque
ad decimam partem cum eo pacto appo
ſito in contractu venditionis prædictæ;
totum hoc tamquam indeterminatum
ſecundum ſubiectam materiam, qualita-
tes rerum,& conditiones perſonarum iu
dicis arbitrio venit committendum *ar-
gum. l. 1.ff.de iur.delib. & in cap.de cau-
ſis ff. de off. de leg.*

ADDITIO.

A *Vitiantur.*] Et hanc opinionem † Authoris,quando pactum appoſitum cõtra ſubſtan-
11 tiam contractus & illum non poteſt transformare in alium contractum, quod eo caſu vi-
tiabitur & non vitiabit *tenet Coraſ. lib. 3. miſcellaneorum iuris ciuilis,Berenga. in l. pacta
conuenta in 1. cap.num.46. Guttier. in tractat. de iuram. confi par.1. cap. 12.num.6.Feli-
cian.de Cenſib. lib.1. cap.10. nu.22. Pizarro ad ſtatu.de Guadalup.condi.2.verſ. y ſuturos*
* *Surd. conſ.243. nu.31. vbi alios allegat vol. 2. Pariſ.Milleloq.336. incip.an pactum* * *Ad-
de Fide.Marti.cap.6. nu.275. & cap.5. nu.42, Anton.Ball.quæſt.17.Roder. de ann. reddi.
lib.2.quæſt.1.per totam,*vbi enumerat ſexdecim pacta quę vitiantur *& quæſt.x.Gail.pract.
obſer. lib.2. obſer.5. num.7.Surd.conſ.328. num.18.vol.3.D.Scipio Rouitus ſuper hac prag.
num 11. cum ſequ.*
12 Solet etiam in Regno adduci alia diſtinctio ad cognoſcendũ, quando pactum † vitiatur
vel vitiet contractum, quod vbicumque pactum appoſitum repugnat contractui non ge-
nericè conſiderato, ſed ſpecificè hoc eſt prout ipſe cum qualitatibus additis à ſtatuto, vel
aliqua diſpoſitione particulari,tunc pactum ſemper vitiatur,& non vitiat,aut verò pactum
repugnat cõtractui genericè conſiderato,& eo caſu vitiat totum contractum,& non vitia-
tur *ita voluit text. in l. per ſeruum §.fin.ff. de vſu & habità.Paul.de Caſtr. in conſ.69. in-
cip. viſa quadam vol.1. Abb.in cap. fin.de condit. opponen.Iaſ.in Auth. ingreſſi C.de Sacro-
ſanct.Eccleſ.nu.36. in fin.Couarr,qui de prædictis non facit mentionem in Epith. de Sponſ.
par.2.cap.3. §.1. nu.17.*& ideò dicit *gloſ. in d.l. per ſeruum §.fin. & tex. cum gloſ. magna
in cap.ad monaſterium de Stat. monac.* quod ſi monacus facit profeſſionem cum pacto de
retinendo bona, quod pactum eſt contra ſubſtantiam profeſſionis in totum vitiatur actus
vt latiſſimè dixit & atteſtatur hanc eſſe communem opinionem *Barbat.cõſ.3.vol.1.Aret.et
Alcia. in l.1.§.ſed ſi mihi nu.22.ff.de verbo.obligat.And.ab exea de pact.nu.510.Felicia.de
Cenſib.lib.1. cap.10. nu. 26.* & ratio eſt, quia non eſt veriſimile quod ille profitens feciſſet
profeſſionẽ, niſi reſeruatio teneret, meritò annullatur profeſſio, quia actus eſt indiuiduus
ex voluntate contrahentium *arg.l. ediles la 2.ff. de edil.edic.Alcia. in loco proximè allegato.*
13 Sed quæ ſunt pacta, † quæ vitiant, & quæ vitiantur quando ſunt appoſita in contractu
cenſus? *vide Pariſ. in tract.de contract.quæſt.75. per totam & in tract. de vſur.quæſt.50.
num.251. & quæſt.51.num.254, Felician.de Cenſib.lib.1. cap.10.* vbi latiſſimè.placuit ta-
men apponere aliqua pacta in præſenti apoſtilla, quæ vt plurimum ſolent apponi per cõ-
trahentes in ſimilibus contractibus, vt de eis melius cognoſcatur, quæ vitiantur & quæ
vitient.

Quæro igitur primò ſi reperiatur appoſitum in contractu ſubiugatorio pactũ † de re-
trouẽdẽdo reſtrictiuũ an vitiet,vel vitiabitur?*et vide ſupra in q.5.verb.reddimẽdi litera* K.

15 Secundò quęro an valeat pactum,† quod in redemptione,cenſus redimi debeat pro ma
iori pretio, & ſic quod venditor teneatur ad ſoluendum aliquid plus vltra pretium recep-
tum? Medina in tract. de reſtit.tit.de cenſu quæſt.23.Nauarr.de vſur.quæſt.11.nu.112.te-
16 nent quod ſic. Tu dic contra, † quod vtique tale pactū non valeat in cōtractu cenſuali vt
probant Conrad.de contract.quæſt.84.Couarr. poſt alios à ſe relatos lib.3. varia.reſol.cap.9.
nu.4. verſ. Sic etiam Felicia. de Cenſib. lib.1.cap.7. nu.14. Sot. de iuſt. & iure lib.6.quæſt.
5. art.6. in 1.concluſ.Lup.de vſur.commen.2.§.2.nu.70. Molin.de iuſt.& iur.lib.2.diſput.
391.in clauſula 9.fol.911.& faciunt diſpoſitiones Bullarum Apoſtolicarū,vt in Bulla Mar
tini,et Calixti ibi(pro eadem Summa)& in Bulla Nicolai V.ibi(inſtrumēto gratiæ pro con-
ſimili pretio)& in Bulla pij V.ibi (ſed etiam poſſe pro eodem pretio extingui) imò in Regno
eſſet etiam contra formam Reg. pragm. ibi (nihil vltra percipiatur) & ibi Foll. ſuper eo-
17 dem verb. verſ.& ideò prædicta procedunt. Quod ſi in pacto † de retrouendendo nihil di-
ctum fuiſſet pro quo pretio eſſet facienda retrouenditio intelligendum eſſet de pretio ven
ditionis,& vt expreſſim cautum eſt per dictas Bullas, quidquid de iure communi dici poſ-
ſet, quod intelligatur, vel de pretio,quo res vendita fuerit, vel de iuſto, vel de eo quod ab
alio reperiri poteſt vt apud Cagnol. in l.2.C. de pact. int.empt.& vend. col.6. Foller.ſuper
Bulla in verb. inſtr.grat.pro conſim.pręt.n.5. de quo vide latiſſimè Salas de Cenſib.vbi poſt
Leſi. & alios ponit,ponit,quando poſſit cenſus emi, vel vendi minori pretio, vbi latè.

18 Sed an hoc pactnm † vitiet totum contractum,vel vitiabitur Couar. & alij in locis alle-
gatis dicunt quod contractus eſt illicitus & conſequenter ſequitur dicendum, quod vitiet
totnm contractum vt determinat Felicia. vbi ſupra nu.28. verſ. Quarta quod teneatur,ſed
Bal. in cap.1. in vlt. col.de iur.iu.de quo meminit hic Author dicit, quod contractus vitia-
tur in eo tantum quod excedit, & ſic ſolum pactū vitiari,& non contractum,& hanc ſecun
dam opinionem veriorem eſſe arbitror * & vide quæ dixi poſt alios in deciſ. 94. volu. 1.
num.13. vol.1. & dicam infra num.21.

19 Tertiò quæro an pactum † per quod ſors efficiatur repetibilis vitietur totum cōtractū,
vel vitiabitur, & videbatur dicendum vitiare totum contractum, cum ſit contra ſubſtan-
tiam ipſius contractus cenſualis,in quo ſors debet eſſe demortua ibi (quæ mortua nuncu-
20 pantur.) Sed diſtinguendum † eſt, quod ſi pactum eſt appoſitum pro maiori ſecuritate ip-
ſius cenſus,& ſic data culpa venditoris ſors efficiatur repetibilis,& eo caſu validū erit pa-
ctum vt ſupra reſolui quæſt.5. verb.demortua litera R, alias autem vitiabitur,& non vitia-
bit,& ita receptum eſt in Regno,& ſæpius fuit iudicatum vt teſtatur Milan.deciſ.2.nu.31.
* lib.2. * Adde Roder. lib.1.quæſt.2.nu.4. Auenda.de Cenſib.cap.101.nu.10.

21 Quartò quæro an contractus † excedens decimam partem ſortis principalis iuxta for-
mam noſtræ Bullæ vitiabitur in totum, vel in eo tantum,quod excedit? Author noſter hic
nu.4. ex dicto Bal. in cap.1. in col. fin. de iur.iuran.concludit, quod contractus vitiatur in
eo tantum, quod excedit, Ego autem corroborando eius opinionem tamquam veriſſimā,
dico quod illa probatur per multa iura,& primò per tex.in l.eos §.ſi quis autem C.de vſur.
vbi viurę premiſſę vltra formam legitimā ibi traditam ſolutę,in ſortem cōputantur,& non
aliæ legitimæ & facit l.vſura & l.placuit ff.de vſur.& l.ſi autem et l.quod cum C.de Sacro-
ſanct.Eccleſ. & l.pecuniæ et ibi gloſ.ff.de vſur.et l.1.§.ſi ſtipuler. & ibi Doct.ff.de verb.obli-
22 gat.& tex.in l.ſancimus C.de donat. vbi quando donatio † excedit ſummam quingentorū
aureorum requiritur pro forma inſinuatio, & tamen ſi non fuerit inſinuata, non vitiatur
tota donatio,ſed in eo tantum,quod excedit dictam ſummam, & ratio deciſionis eſt, quia
licet hoc ſit introductum pro forma,tamen quādo ſumus in materia ſeparabili, vt in quan
titate,vtile per inutile non vitiatur,imò vnum ſeparatur ab alio per iura ſuperius allegata
& dixit Gabell. Milleloq.iur. Milleloq.266.nu.6.& hanc opinionem etiam ex dicto Bal. fir-
mant Bongio.& Paneal. hic ſuper Bulla quos refert Milan. deciſ.2. num.60.cum ſeq.Natt.
conſ. 497. num.11. cum ſeq. vol. 5. vbi ex pluribus comprobat dictum Bal. & communem
opinionem dicit eſſe Blaſc. Lanc. in apoſtill. ſuper hac Bulla & ibidem Saccanus vbi refert
ita ſemper temporibus ſuis fuiſſe iudicatum per M. R. C. & ita fuit nouiſſimè iudicatum
per Tribunal Sancti Officij pro Octauio lo Burgio cōtra Iac.Staiti. & notant Decian.reſp.
105. nu.26.vol.2.Caualc.deciſ.35.num.33. in 1.par. Molina de iuſt.& iure diſput.396.li-
tera D,fol.898.lib.2. Moder. Pariſ. de vſur.quæſt.10. num.139. Foller.de Cenſib. in verb.
* nihil vltra num. 15. & ita audio fuiſſe ſæpius iudicatum * Roder. lib. 1. quæſt. 7. quæſt.9.
num.0.& lib.2.quæſt.1. num.11.Fider.Martin. cap.5. num. 22. cum ſequ. & vide meam
deciſ.94. par.1. Adde Auenda.de Cenſib.cap.35.& 36.vbi latiſſimè materiam explicat poſt
multos per eum relatos & multa per Salas de Cenſib. dubit.21.

Quin-

23 Quintò quæro an pactum † quod emptor teneatur ad gabellam debitam pro contractu vitietur, vel vitiet contractũ,& reſponde diſtinguẽdo quod aut verſamur in terminis iuris communis, & quia ad emptorem ſpectat eius ſolutio *l.debet ff.de edil.edic.Bal.in rub.C.de reb. credi.Alexan.conſ.51.lib.3.Gloſ.Pariſien.§.23. & §.55.gl.2.Pinel. in l.2.C.de reſcind. vendi.p.2.cap.3.nu.40.Parlad. rer.quotidia.cap.3.§.7.num.44. Garſias in tract. de expen. & meliorat.cap.*18. *num.* 46. eo caſu pactum erit validum,quia nihil grauaminis de nouo additur ipſi emptori, aut verò loquimur ſtante aliqua cõſtitutione, ſiue ſtatuto de medio, & tunc ſi ſtatutum eſt conforme iuri communi, & idem dicendum eſt ; aut verò ſtatutum aliter diſponit prout in Regno noſtro ſtantibus cõſtitutionibus Regię Dohanæ, in quibus diſpoſitum reperitur, quod ius gabellæ debeatur pro medietate ab emptore, & pro alia medietate à vẽditore,& tunc pactum prædictum vitiatur, iniq; enim & ſine cauſa reijcitur totum onus ipſum emptorem;& præſertim in cenſu in quo non poteſt vendi pluſquam ad decem pro centenario,& ſtante dicto pacto augeretur pretium,& ita tenet *Foller. de Cenſib. in verb.nihil vltra num.24,Lup.de vſur.comm.2.§.1.nu.45.Boccac.de Cenſib.par.2.nu.* 123,*Viui.deciſ.369. num.*14. *Tho Boninſe.de contract. tit. de Cenſib.cap.12.Ioan.Bapt.Peruſ.ad Bullam Pij V gloſ.20.vbi alia dicit Lodou.Molin.de iuſt.& iur.lib.2.diſput.*391. & ibi limitat ſi cenſus fuiſſet conſtitutus de minus de decem pro centenario & dicit *Author noſter in hac quæſt. in ver.Prædicta tamen Natt.conſ.198.num.*18.*lib.*1.*Roll.conſ.40.num.* 35.*vol.*2.& dixit ante omnes*Bal in conſ.*311.*nu.*10.*lib.*5.vbi firmat pactum quod vẽditor teneatur ſoluere Gabellam cum ſpectet ad emptorem de iure cõmuni eſſe cõtra naturam contractus venditionis,& inducere præſumptionem vſurarũ. Prędicta procedunt etiam de
24 iure Hiſpano † vbi onus gabellæ ſpectat totum ad vẽditorem,& non ad emptorem *l.1.tit.* 17. *lib.9. Recopill. & dixerunt Parlad.& Garſias vbi proxime Olano in ſua concordia Annomiarum iuris communis,& Regij litera* G, *nu.2. Felicia.de Cenſib.lib.1.cap.10. num.2.*
* * *Roder.optime lib.1. de annu reddit.quæſt.4.per totam Menoch.de præſum.lib.3.præſump.* 122.*nu.58.Felicia.lib.2.cap.6. & vlt.*& ibi quando ex cenſu debeatur gabella *Fider.Martin.de Cenſib.cap.6.n.*216.& quid de cenſu empto ex pretio alterius cenſus *n.6.*& an debeatur de onere cenſus *n.*11.gabella quando debitor ex cõtractu cenſus *Auenda.cap.93.Salas de Cenſib. dub.*x1. Noua eſt vt non fiat.

Sed quid dicendum de illo pacto apponi ſolito in noſtris cõtractibus ſubiugatorijs, quo venditor cenſus obligatur in caſu redemptionis ſoluere iuſtas expenſas ? & videbatur dicendum illicitum eſſe: nam cum hic contractus celebretur gratia vtriuſque ſequitur,quod non debent omnes ſumptus reijci in alteram partem præſertim miſerabiliorem,ſed ſaltim debent eſſe cõmunes æqualiter, nec conceſſio facultatis redimendi videtur iuſta cauſa ſeſe exonerandi ab his ſumptibus,qnia hæc facultas non datur,ſed de neceſſitate ſine qua contractus ex parte creditoris eſſet nimis exceſſiuus, & iniuſtus. *Salas de Cenſib. dub.* 52. vbi loquitur de expenſis inſtrumenti.

In contrarium tamen eſt veritas vt talis clauſula & pactnm ſit inſtũ,ex qno facultas hęc non datur poſt certum tempus,ſed liberè & ab initio vt poſſit debitor ſi velit poſtridie redimere,quo caſu æquum eſt creditorem qui nihil lucri fecit, nec facere potuit indemnem reddi à debitore , qui licet non fuerit fortè vſus pecunia, tamen habuit facultatem, & ius perpetuò,vel quamdiu vellet vtendi, quod ius non habuit creditor in redditu, ſi igitur iuſtum eſt eum reddi indemnem ab initio,igitur & ex interuallo,quia ſi tempore medio percipit redditum legitimum caruit etiam pecunia cuius interuſuriũ eſt dicti redditus excrementum & ita concludunt *Moder.Pariſ. de vſur.quæſt.6.num.*130.*& ſeruamus in Regno*
* **Adde Biſſeld. in cap in ciuitate quæſt.*12.*concluſ.*19.*extr.de vſur.Menoch.lib.3. præſump.* 122.*nu.57.Fider.Martin.cap.6.n.*313.*Roder.de annu.reddi.lib.2.quæſt.4.nu.*17.vbi etiam ponit quę ſunt iſtæ expenſæ,& præcipuè de expenſis inſtrumenti *Cappell.toloſa deciſ.47.vbi addictio Azeuedo ad l.15. tit.25. lib.4.Recopilat.num.3. Montalu.lib.1.fori tit.8.l.1. verbo reciua el ſcriuano Laſart. in tract. de decim.venditio. cap.* 10. *nu.* 7. *Auendugn. de exequen. mandat.*2. *par.cap.*19. *nu.*2.*D.Scipio Rouit. ſuper hac pragm.num.*3.

25 Sextò quæro an pactum† quod venditor cenſus non poſſit vendere,nec alienare prædiũ ſubiugatum,niſi facta reluitione cenſus ſit validum. Et videbatur prima facie reſpõdendũ affirmatiuè , quia tale pactum non competit actio ad ſortem repetendam , neqne ad vendendum prædium pro habẽda ſorte, in tantum,quod ſi ſubiugatarius numquam voluiſſet, numquam ex dicto pacto ad enm vendendum,neque ad ſortem cogi poterat,& ſic ſors eſt demortua , & dictum pactum nil aliud operari videtur , niſi quia cenſus erat impoſitus ſuper dicto prædio, & ſubiugans ipſum alienando poterat ſubiugationem,& obligationem

ſuper dicto prędio eludere, ne ergo obligatio ſuper prædio perderetur ſit tale pactum, & ſic pro maiori ſecuritate cenſus, quod quidem permittitur per noſtrã Bullã ibi *(cum oppor tuna contrahentiũ ſecuritate.) Salas de Cenſib.dub.*27. & quid ſi dicat quod non poſſit vendere niſi requiſito emptore *idem dub.*28. *&* 29.

26 In contrarium eſt veritas,† talemque pactionem illicitam, ac iniuſtam eſſe tenent *Boccac.de Cenſib p.*1.*nu.*8.*&* 57. *Nauar.de vſur.nu.*115.*& glo.*6. *nu* 31.*Felicia.de Cenſib.lib.* 1.*cap.*10.*n.*2.& ratio eſt, quod cum per eam debitor priuetur libertate diſponẽdi de re, cuius habet dominium plenũ, & perfectum, vix eſt vt non contineat maximum grauamen in damnum, & præiuditiũ debitoris, & cum reſpiciat fauorem creditoris æſtimari debet pars pretij *arg.tex.in l.fundi partẽ ff.de contra.emp.*ideoq; tãto minoris creditor emit, quãti poteſt grauamen æſtimari, cum minoris ſit æſtimationis res, quæ venditur cum aliquo onere, vel grauamine, quam ſi liberè venderetur *cum Ioãnes de fid.inſtrum; vbi Abb.l.*1. *§.ff ſi haredes ff.ad Trebell.Tiraq lib.*2.*de retract.in præfat.nu.*20.*Couar.lib.*3.*variar.reſol.ca.*10. at cẽſus min⁹ iuſto pretio cõſtitutus nullus, & illicitus eſt vt ſupr.dictũ eſt *in q.*5.*in* 5.*requiſitio, et alibi ſæpius,*ergo cõuẽtio de nõ alienãdo rẽ ſubiectã cenſui inualida eſt per prędicta.

Secundò facit, quia ex tali pacto fit deterior conditio vẽditoris, quòd improbatur de iure *l.de die & l.Aſtilicinus ff.de pact.dotal.Tiraq.in l.ſi vmquam §.donatione largitus n.*31. *C.de reuoc.donat.Surd.conſ.*78.*nu.*2.& venditor tenetur ſe obligare ad ea omnia, quę ſunt de natura contractus, non autem ad ea, quæ non ſunt de natura contractus *Bal.in l.emptor C.de actio.empt.Petr.Raue.ſing.*776. *Boccac.de Cenſib. par.*2.*nu.*11.*& nu.*62.

Tertiò confirmantur prædicta, quia venditor cenſus non vendit totum prędium, ſed cenſum ſuper fructibus prædij, vt latè diximus ſupra *in quæſt.* 5. in tertio requiſito, vnde vt poſſit ſe liberare poteſt prædium vendere, quod eſt maioris valoris, & ſe liberare redimendo cenſum cum valore & pretio prædij, & ideò tale pactum illicitum eſt & vitiatur, ſed nõ vitiabit contractum, cum validus ſit ſublato dicto pacto.

Quartò ita expreſsè cautum eſt per Bullam Pij V. vbi quemadmodum nec pactum auferens, aut reſtringens facultatem alienãdi rem cenſui ſuppoſitam, *vbi eius gloſator Ioan. Bapt. Leon Bart.Peruſ. in gloſ.*11. *hanc defendit opinionem ex Nauar. per nos ſupra relato Couarr.variar.reſolut.lib.*7. *nu.& in fin. Thom Boninſegn.de contract.tit.de Cenſib.cap.*8.

Quintò & vltimo comprobatur prædicta opinio, quia tale prędiũ & ſi vendatur, & tranſeat in quemcumque poſſeſſorem, ſemper tranſit cum iſto onere vt poſt alios dixerũt *Boccac.de Cenſib.par.*1.*nu.*22.*Honde.conſ.*17.*nu.*11.*vol.*2. imò ſtante Reg. pragma. in Regno quilibet tertius etiã de perſona tenebitur, & ideò nulla poteſt conſiderari rationabilis cauſa ſuper iſto pacto, niſi quòd vere emptor voluerit ſortem principalem & conſtituere mutuum, & nõ cenſum, & ex hoc ceſſat obiectum, quod dicatur appoſitum pro ſecuritate cenſus: nam vt dixi circumſcripto tali pacto, non obſtante, quod prędiũ vendanur non ex hoc cenſus exigi non poterit, & poteſt etiam reſponderi quod Bulla concedit pactum pro ſecuritate cenſus dummodo quod ſit licitnm; ex his concludo, quod pactum vitiatur, ſed non vitiat. * *Adde in materia Roder. lib.* 2. *de annu. reddi. quæſtio.*9. *num.*55. *Ioann. Medin. de reb. per vſur. acquiſi. quæſtio.*15. *Biſſel. in d.cap. in ciuitate concluſ.*14. *de vſur. Fider. Martin. cap.*6. *num.*378. *Auend. de Cenſib. cap.*85.

27 Septimò quæro an pactũ, † quod dominus cenſus in alienatione rei ſubiugatæ poſſit retrahere pro eodem pretio ſit validũ, & appoſitum in contractu cenſus ſubſiſtat, & concluſiuè reſpondeo, quod ſic prout etiam tenuerunt *Ioan.Guteier.pract.quæſt.lib.*2. *quæſt.*167. *nu.*2.*&* 3.*Felicia.de Cenſib.lib.*1.*c.*10.*nu.*8.& ratio eſt, quia quod poſſit dominus cẽſus ab alio poſſeſſore oblato pretio retrahere fundum cenſiticũ, nullum eſt grauamen cenſus debitoris, quia vi huius pactionis ipſe ad nihilum obligatur, nec priuatur facultate diſtrahendi res ſuas, ſed ſolum domino cenſus facultas quædam tribuitur retrahendi magis directa in rem, quàm in perſonam arg. eorum, quæ tradit *Tiraq.de retract.lignag.in præfa.nu.*16. *Auend. de cenſib.cap.*86. *&* 87. *cum ſeq. cap.* vbi multa in materia cenſualis retractus.

28 Quam concluſionem amplio † primò vt adiecta tali pactione poſſit dominus rem cenſualem auocare à quocumque poſſeſſore *Tiraq.vbi ſuupra num.*5. *&* 6. *Felicia.in loco allegato num.*9. *& num.*29.

29 Secundò amplio † ſtante Bulla Pij V.vbi expreſsè cautum eſt emptori cenſus competere ius retrahendi fundum ſubiugatum ibi (vbi autem vendenda ſit volumus dominũ cenſus alijs omnibus præferri) & valet ſtatutũ & conſuetudo hoc diſponens vt in terminis huius Bullæ dixit ibi eius *gloſ. Ioan.Bapt.Leon.Barth. Peruſ.gloſ.*14. *poſt Tiraq.de retract. in præt.n.*13.*Fab.de Mont.in ſuo tract.de empt.quæſt.*3. *art.*21.*nu.*45.*& ſeq.Nauar.de vſur.*

num.

nu.92.Tho.Boninſegn.de contract.tit.de Cenſib.cap.9.& ita dixerunt idem Nauar.de vſur.
nu.127. Boccac. de Cenſib.par.2.nu.62. Adde Molin.de contra.diſp.394.Leſi.lib.2.de iuſti.
& iur. cap.22. dub.12. nu.84. Salas de cenſib. dub.20.
30 Tertiò amplio † vt hoc priuilegium competat non ſolum domino, ſed etiam eius hære-
di,& ceſſionario *vt dixit idem Ioann.Bapt.Leon. in loco præallegato col.2.*
Eandem concluſionem intelligo primò † vt ſtante tali pacto emptor cenſus in vendi-
31 tione rei cenſui ſubiectæ non præfereretur habentibus ius retractus ratione vicinitatis in
eadem re, vel conſanguinitatis, vt eſt ius prothomiſeos in hoc Regno, ſed tantum cæteris
commnnibus emptoribus *vt dicit Nauarr. in d. tract. de vſur. nu. 127. & ſequitur Lu-*
douicus Molina de iuſt.& iur. lib.2. diſput.394. in ſexto dubio.
32 Secundò intelligo † ſtante prædicta Bulla Pij V.quia gratia ac priuilegium domino cen
ſus in d. Bulla conceſſa neque tollit,neque impedit priores gratias ac priuilegia rite antea
conceſſa,quare dominus cenſus non præferetur habētibus priuilegium prælationis,*vt tra-*
dit idem Ludou. Molin. vbi proximè.
33 Tertiò intelligo † prædicta non procedere in Regno noſtro vbi ſeruatur Bulla Nicolai
V. nam circumſcripto tali pacto ex lege non competit ſubiugatario tale ius retrahendi,
vt dixerunt Auendagn. reſp.12. & reſp. 23. Martinez. in l.7. tit.11. lib.5. noua compila-
tionis gloſ.1. num.17. verſ. Quinto quaro Melina de iuſt.& iur. lib.2.diſput.372.fol.767.
* *verſ.Ac ſanè arbitror* * *Roder.de ann. reddi. lib.2. quaeſt.1. num. 29. verſ. Decimatertia*
clauſula cum ſeq. Felicia. lib.1.cap.10. nu.29.
34 Idem in Hiſpanijs † dicendum eſt non obſtante dicta Bulla eum in Comitijs de Madrid
anno 1587.Rex noſter Philippus Secundus feliciſſimæ memoriæ à procuratoribus Regno-
rum Hiſpaniarum conſulens ſuper hoc Regia lege reſpondit non eſſe apud eos moribus re
ceptum illum motum proprium, & ad Sanctiſſimum Pontificem ab eo Regio nomine eſſe
ſupplicatum,quare,vt inquit *Ignatius Salcedo in addit. ad pract. Bernardi Diaz. cap. 88.*
illa extrauagans in actionibus forenſibus ſupplicatione pendente adducenda non eſt,*& vi*
de ſuper hoc Ludouicum Molina de iuſt. & iur. lib.2. diſput.372. fol.766. litera D, * *Ro-*
* *der.de ann. reddi. lib.1. quaeſt.28.*
35 Octauo ex eodeni fonte quæritur, quid dicendum de venditione cenſus, † & diſtingue
aut extat pactum quod in venditione competat ius retractus, & eo caſu validum eſt & nō
vitiatur ex deductis in proxima quæſtione præcedenti *& dixit Imol. in l. qui Romæ §. co-*
heredes ff. de verb. oblig. Foller. verb. inſtr. grat. num. 64. in fin. de cenſib. aut verò lo-
quimur in terminis ſtatuti concedentis ius prothomiſeos, & quod in cenſu habeat locum
retractus dixit *Ioann Fab.in §.vltimo prope fin.inſtit. de duob.rei.Affl.de iur.prothomi.in*
princ.nu.7.verſ. Quid ſi vendātur annui redditus Tiraq.de retract.lignag.§.1.gloſ.6. nu.3.
& ſeq. & ratio eſt apud eos,qnia annui redditus appellatione immobilium veniunt ex infi-
nitis qnos cumulant,& ſequntur *Boccac. de cenſib. par.3. nu.60. Magon.deciſ.Floren.107.*
num.9. Surd. deciſ.204. per totam.
36 Contrariū antē † qnod imò retractus ſanguinis minimè procedere poſſit in annuis red-
ditib' dixerūt *Palut.rub.in l.70.Taur.n.30 31.et 32.Caſtill.in l.74. Tauri gl.magna col.5.*
et 6.copiosè reſoluit Mattien.in l.7.tit.11.li.5.noua cōpil.gl.1.n.22. & 23.Ludou.Molin.de
iuſt.et iur li.2.diſp.372 fol.765.verſ.alius eſt cōtractus cēſualis vbi allegat Couar.reſol. li.3.
c.11.n.5.Guttie.lib.2.pract.q.146.et 166.& ratiò eſt quoniā licet cenſus ille cum rebus im
mobilibus computetur,attamen neque eſt prædiū, neque pars prędij, ſed ius quoddam in
re comparationem eius prædij pet ſimile iuribus,quibus ſeruitutes reſpondent in prædijs,
huiuſmodi autem iura ad retractū non ſufficiunt *vt latiſſimè voluit Molina in d.diſp.371.*
* *lib.2.*& hæc ſecunda opinio ſeruatur in practica * Adde in materia *Fider.Martin.cap.vlt.*
num.158. de cenſib. Felicia. de cenſib.lib.1. cap.10. nu.29. vide omnino Auenda. de cenſib.
cap.89. vbi diſtinguit plures caſus.
37 Nonò quæro an valeat pactum † appoſitum in contractu cenſuali, qnod obligat ad ca-
ſum fortuitum, dicas quod non valet,& vitiatur, ſed non vitiat contractum ipſum *vt vo-*
luit Sarmient. lib.9.Selecta. interpret. cap.1. num.21. Pizarro ad ſtatutum de Guadalupe
condi. 2. verb. y futuros col. 5. Boccac. de cenſib. par.1. nu.7. & expreſsè ita cautum inue-
nitur per Bullam Pij V. & ibi vide *Ioan. Bart. Peruſ.gloſ.10.*
38 Decimò quæro an pactum,quod vēditor teneatur denuntiare per aliquos dies,vel men
ſes ante reluitionem faciendam licitum ſit?& reſpondeas affirmatiuè *vt voluit Nauarr.de*
vſur.gloſ.13.num.95.Auendagn.reſp.12.& reſp.23.& ita confirmat extrauagans Pij V. vt
not.*Boccac. de cenſib.par.1.num.77.& par.3.nu,37.cum ſeq.vide Ioan.Bapt.Peruſ. in gloſ.*
27. di-

* *27.dict. Bull.vbi alia notat.** *Roder.de annu.reddit.lib.2.q.1.n.6. Biſfeld. in cap.in ciuitate cõcluſ.*18.*de vſufr. Fider. Marti.de Cēſib.c.6.n.*382.*Auend.in loco cita.c.*102.*n.*10.& eſt rationabile pactum vt emptor poſſit reperire aliam rem ſuper qua collocare poſſit dictas pecunias, vel ob aliā cauſam ipſi emptori magis profiguam & tale pactum vidi in aliquibus contractibus cenſualibus, & præſertim in quodam contractu ſubiugatorio inito inter Ciuitatem Meſſanæ, & quoſdam de Interianis Genuenſis.

39 Tamen quidquid † ſtantibus prædictis deciſionibus,negari non poteſt quin hoc non ſit grauamen pro debitoribus cenſus impoſit,quod quidē admittendū non eſſe per principes ſeculares etiā ſtante Bulla Pij V.retolit *D. Ludouic.Molin.Doctiſſ. Ieſuita in tract.de iuſt. & iur.lib.2. diſput.*391.*clauſula decima in fi.Adde Salas de Cenſib.dub.*12.*nu.*vbi multa.

40 Vndecimo quęro an pactū† quod ius redimendi cedi non poſſit licitum dicatur ſi fuerit appoſitū in contractu ſubiugatorio, & videbatur dicendū quod ſic *ex not. per Guid.Pa.de ciſ.*569.*Tiraq.de tract.ligna§.*26.*glo.*3.*nu.*43.vbi dicunt quod valet pactum vt venditot id ius redimendi alteri cedere,vel alienare non poſſit,quin ipſe emptor alteri præferatur, & ita dicunt fuiſſe iudicatū per Curt.Delfi.Nihilominus in terminis noſtræ Bullæ tale pactum eſt inualidum & nullum, cum tollat liberam facultatem reddimendi requiſitam ex diſpoſitione noſtræ Bullæ vt ſupra latius dictum eſt *in quaeſt.*5.*in Octauo requiſito*,tanto magis, quia emptor tenetur in contractu cenſuali apponere pactum de retrouendendo, & ſic eſt propriū ius ipſius venditoris,& pactū de non alienando id,quod proprium eſt non valet *l. nemo & ibi Bar.ff.de pact. Imò in l.qui Roma §.coheredes ff.de verb.obligat.* imò ſi non apponeret pactū ipſum contractus eſſet nullus vt plenè adnotauimus *ſupra in d.q.*5.*verb.Redimendi mediante litera* K,*& ita firmat Foller. ſuper Bulla in verb.inſtrum.grat.red.n.*64.

Ego addo aliam conſiderationem,quia poteſt eſſe, quod venditor cedēdo illud ius reddimendi alteri,faciat aliam ſubiugationem cum diſcalarione cenſus, & ſic ſoluendo minores vſuras, quod quidem ſi prohibitum eſſet per pactum, arctaretur venditor maius intereſſe ſoluere, quam poſſet illud ius cedendo,& ideò concludo, quod tale pactum vitiatur, ſed non vitiabit totum contractum : nam ſublato tali pacto, remanet contractus validus, & iuxta formam Bullæ,& vide de hoc *Moder.Pariſ.de vſur.quaeſt.*75.

Non obſtant ſuperius in contrarium allegata, quia illa non procednnt in terminis noſtræ Bullæ per quam de forma tenetur emptor in contractu cenſuali apponere pactum redimendi,ſed in caſu, quo liberum fuerit emptori eam facultatem reddimendi non concedere: nam eo caſu poteſt eandē concedendo limitare *l.videamus §.iurare.& in l. actionibus §.*1.*ff. de de in lit.iuran.Cagnol.in l.*2.*C.de pact. inter empt.& vendit .Tiraq. in d. loco praallegato.*

Duodecimò quæro de notabili quæſtione, & quæ alias fuit altercata in M. R. C. quid ſi
41 fuerit appoſitum pactum† in cōtractu ſubiugatorio, quod fiat exequtio in bonis tantum, & non in perſona ipſius conſtituentis, an hoc procedat etiam in tertio, vt de perſona pro exequtione ipſius contractus non teneatur, & videbatur dicendum teneri tertium,cum illud priuilegium voluerit venditor pro eius perſona, & non loquutus eſt de perſona quę tenetur ex priuilegio Regiæ prag. & non ex contractu. In contrarium eſt veritas, quia ſicut contra tertium datur actio in rem ſcriptā, ita tertio paratur exceptio in rem ſcriptā *Bal. in l.ſi tertius ff.de aqu.pluu.arcen.*

Item & ſecundo quia contractus cenſualis requirit ſcripturam vt dixi in *quaeſt.*5. in decimo requiſito, & ſic neceſſe eſt, quod vtatur agens eo inſtrumento, ergo cum omnibus qualitatibus ibi appoſitis.

Tertiò quia ad quod non adſtringitur principalis, nec tertius tenetur, quia pragm. exceptionem extendit cōtra tertium, & ſic ſi non ſupponitur exequtio contra principalem, qui ſe non obligauit de perſona, nec contra tertium,nè fiat melior conditio principalis ſubiugantis, & debitoris,quàm ipſius tertij poſſeſſoris.

Quartò faciunt notata *per Milan. decis.*5.*nu.*33.*lib.* 2. vbi ſi ſit dictum quod fiat exequtio in vno Tribunali contra principalem, idem ſeruandum eſt contra tertium,& dat rationem : nam quando à lege vel à ſtatuto contractus & conuentio habet exequtionem eandem contra tertium ſicut contra principalem conuenientem & paciſcentem, tunc omnia pacta ſeruantur quo ad tertium, *& dixit in alia deciſ.*7.*nu.*30.*& ſeq.eod. lib.*2.

Quintò quia licet in pacto nihil ſit dictum de perſona tertij, illud intelligi debet : nam quilibet ſibi & ſuis prouidere præſumitur,ita contrahendo *vt dixit tex.in l.ſi pactum ff.de proba.* vbi habetur, quod ſi feci pactum titio debitori meo de non petendo, licet non dixerit de ſuis,tamen intelligitur niſi contrariū probetur,*& ibi gloſ.*allegat alia iura,& facit

tex.

cit *tex. in l.ſi neceſſarias §.de vendēdo ff de pign.actio.* vbi habetur quod ſi creditoris dumraxat perſona fuerit comprehenſa, etiam hæres eius iure vendit, ſi nil in contrarium eſſet actum;& ideò dicimus quod ſi me obligo retrouēdere cenſum Titio,eo caſu tenebor eius hæredi etiam extraneo retrouendere vt voluit *Foller. in pract.cenſual.verb. inſtrum.grat. nu.26. cum ſeq.* & ſecundum hanc opinionem fuit iudicatum in M.R.C. in anno 1554. inter quoſdam de Hieremia vbi fuit dictum ſtent oppoſitiones tertij poſſeſſoris,contra quem fuerat facta exequtio in perſonam ſtante prędicto pacto cum principali ſubiugante vt refert *D.Octauius Corſettus in ſuo repertorio in verb. exequtiuo,* & fuit nouiter deciſum in eadem M.R.C. in cauſa Gaſparis Bellacera cum.Philippo de Oria,& ita ego iudicarem.& ſic nulla poteſt oriri diſputatio ſi huiuſmodi contractu cenſus poſſit fieri obligatio perſonalis de qua latè differit *Auenda.de Cenſib. cap. 59.*

Tertiodecimò quæro quid ſi pactum ſit, quod debitor teneatur ſoluere huiuſmodi cen-
* ſum in domicilio creditoris * de hac quæſtione vide omnino *Roder. de annu. reddi. lib.2. quæſt.6. Fider. Martin. cap.6. nu.88.* & diſtingue, quod aut contrahentes ſunt eiuſdem fori,& quia tenetur eo caſu reus ire ad domũ creditoris *iuxta gloſ in l. item illa ff. de conſtit.pecun.vbi Bart.Bal. Ang. Alber. & cæteri Doct. Bal. in l. fin.C.de condi. inſer.Imol.in l. cum filiusfamilias §.fin. ff. de verb. oblig.* non videtur ex hoc pacto aliquid grauaminis imponi venditori cenſus, ſed diſpoſitum fuiſſe id,quod de iure tacitè inerat.

Aut verò ſunt diuerſi fori & tunc non valet pactum prædictum : nam cum eo caſu de iure non teneretur debitor ire ad domum creditoris vt voluerunt *glo.in l.item illa per illum tex.vbi Bart.nu.8. Paul.de Caſtr.nu.12. & ſeq.Bal.& alij Alber. in l.2.nu.22.C.de iur.emphyt.Ruin.conſ.151. ſub nu.2.vol.1.Corbol.de iur.emphyt.de cauſ priua. ob non ſolut.Cano. limi.15.nu.5.vbi alia dicit Rodoan.de reb.Eccl.non alie.quæſt.75. nu.26.vſque ad fi. Pariſ. Milleloq.304.& tract de vſur.quæſt 9. nu.331.* ſequitur quod pactum facit redditum exceſſiuum, tum quia de iure hoc onus non ineſt, ſed oppoſitum vt dictum eſt, tum quia ſi magna eſt diſtantia locorum,negari non poteſt,quin debitor magno labore,expenſis,& periculo afficiatur in deferendo cenſum,& quoties debitor tenetur portare ad domum creditoris, intelligitur proprio ſumptu, & periculo, & non creditoris *vt notat Bald. in l.fin. C. de condit. inſer.*

Aduertendum eſt tamen quod ſi redditus annualis iuxta formam Bullæ non conſiſtat in pecunia, ſed in frumento, oleo, vel vino prout conſtitui poſſe affirmauimus ex noſtra Bulla *ſupra in quæſt.5. nu.225.* eo caſu etiam quod contrahentes eſſent eiuſdem fori, pactum prædictum nō valet, & ratio eſt quia in his deferendis ex natura rei requiritur ſumptus & labor,& de iure creditor in prædicto caſu debet accedere,vel mittere ad domum debitoris vt tollat ſumptu ſuo & periculo *vt eſt tex.in l.1.§. licet autem ff.de peri.& comm.rei vend. l.cum res ff.de leg.1.l.Prætor §.fin.de iudic.Bart. in d.l.item illa in fin.verſ.ſi vero eſſet ff. conſtit.pecu. & ibidem Paul.de Caſtr. in fin.* etiam ſi eſſent eiuſdem domicilij,& ſic in iſtis clarum eſt quod etiam ſi ſint,& maneant eiuſdem fori dictum pactum ſuperaddit onus notabile debitori, & ideò redditus erit exceſſiuus.

Concludo igitur quod pactum prædictum, quando contrahentes eſſent eiuſdem fori & redditus conſiſteret in ſpecie, & non in pecunia vel quando eſſent diuerſi fori vitiatur, ſed non vitiabit : Intelligendo tamen niſi redditus fuiſſet conſtitutus ad minus de decem pro centenario *vt infra dicam in litera* E, *adde in materia Auenda. cap.92.*

* *Manu propria.*] *Fider.Martin.cap.6.nu 367. Rode. lib.2. quæſt.7. num.16.*

B *In tertium.*] Imò tale pactum † valet & licitum eſt, quoniam per noſtram Bullam nou
42 cauetur,quo tempore cenſus ſolui deberet, & ideò ſolui debet eo tempore,quo per partes fuerit conuentum *vt dixit Nauarr.in conſ.9.nu.9. in tit.de Cenſib.lib.3.* & ſic etiam in initio anni ſolui poterit,ſi ita per partes fuerit conuentum *ſecundũ Bon.de Cenſib.art.nu.20. & ſeq.Hond.conſ.17.nu.19.vol.2.* quidquid per Bullam Pij V.diſpoſitum ſit,cum in Regno
* recepta non ſit.* *Adde Fidet.Martin.de Cenſib.cap.6.nu.385. Felicia lib.1.cap fin.nu.28. verſ.ſexta acceleratio Roder. lib.2.quæſt.1.nu.9.Scipio Rbuitius ſuper hac prag.nu.7.& omnino Salas de Cenſib.dub.9.& 10. Leſ.lib.2.de iuſt.& iur.cap.22.dub.12. nu.81.& dub.42. Rebell. de oblig. Iuſti.p.2. lib.10. quæſt.6. nu.9. in fin.*

Nec obſtat quod Bulla Nicolai tractet de annalibus cenſualibus vt innuit Author hic : nam illud dicitur de ſolutione facienda in quolibet anno,tempore dicti anni,& nihilominus concludo hic cum Athore intelligendo prout infra.

C *Vitiatur.*] *Foller.ſuper Bulla* † *in verb.Tamquam res nu.54.* allegans *Caſſan.in conſuet.*
43 *Burgun.tit.des cenſus nu.4.verſ.Quartum,* dicit quod poteſt quis pro cenſu nō ſoluto pro-

pria

pria authoritate capere fructus rei cēſualis,vel bona cēſuarij, quouſque fuerit eidem perſolutum & dicit hoc eſſe ſpecialem fauorē cenſus contra regulas iuris & eſſe notandum.

Tamen non eſt recedendū ab Authore hic vt tale pactum non valeat, cum hoc emptor facere debeat cum iudicis authoritate, & non ex ſe ipſo *vt dixit Boccac. tract. de Cenſib. part.2.nu.129. & part.3.num.51.& pro hoc opinione conſuluit D. Octauius Corſettus pro Comite Adernionis Fider. Martin. de Cenſib, cap.6. nu.367.*

D *Venditor.] Milanen. deciſ.9. nu. 139. par. 2.* vbi refert dicta hic per authorem & concordantes cumulat, & idem dixit *Author infra quæſt. 10. verſ. Tertiò ibi non puto tamen*

* * *Roder.lib.2. quæſt.7. num.17. Felician. cap.4. num.*

E *Aut nouem.]* Et ita limitant & intelligunt *Ludouicus Molina de iuſt.et iure lib.2.diſput. 390. fol. 900.* litera B, *fol. 901. verſ. quod attinet & fol. 904. verſic. Quo ad cenſus, & ex noſtratibus Corradin. Puteus, Hieronymus Fimia, Aloyſ. de Septimo, & alij in apoſtillis ad Bullam noſtram.*

Sed an pactum quod debeat redimi in eadem moneta, quæ hodie non reperiatur, ſed ſit minoris valoris vel maioris *dixi in deciſ.33. lib.1. Salas dub.24. de Cenſib.*

Don Garſias Maſtrillus.

SVMMARIVM.

1 *Contractus cenſualis iuxta formam Bullæ, vt habeat exequtionem paratam, quæ requirantur & nu.11.*

2 *Contractus de iure communi non habent exequtionem paratam.*

3 *Lex noua recipit interpretationem ab antiqua.*

4 *Legitimatio perſonæ requiritur in agente vigore contractus cenſualis.*

5 *Hæres debet verificare ſe hæredem ſi agit, vt hæres.*

6 *Statutum reijciens omnes exceptiones nō tollit exceptionem illigitimationis perſonæ.*

7 *Exceptio incompetentiæ Iudicis admittitur aduerſus contractū iuxta formam Bullæ. Limita ſi renunciauerit num.8. & num 17. 18. & 19. in add.*

9 *Contractus iuratus non obligat niſi perſonas nominatas.*

10 *Iuramentum non ligat, niſi perſonas iurantium.*

12 *Contractus iuxta formam Bullæ, vt exequtionem habeat debet eſſe redactus in altero Regnorum Siciliæ.*

13 *Executio poteſt procedere cedente die ſolutionis, ſi adhuc dies non ceſſerit.*

14 *Contractus iuxta formam Bullæ vt exequtionem habeat debet eſſe confectus infra decennium à die, quo petitio cenſus competit & num.23. remiſſiuè.*

15 *Cenſus annui debiti à decennio ſupra petuntur per cedulam condemnatoriam actione in factum.*

Et an procedat contra tertium num. 25. in add.

Exceptio intentionis, & facti admittitur aduerſus exequtionem cenſus iuxta formam Bullæ etiam parte non opponente.

ARGVMENTVM.

Contractus venditionis iurium cenſualium iuxta formam Bullæ, vt exequtionem paratam habeat, quæ requirantur?

QVÆSTIO VIII.

1 OCTAVO quæro quę requirantur ad huc vt contractus vēditionis annualium iuriū cenſualium iuxta formā Apoſtolicæ Bullæ, & Regię pragmaticę ſanctionis paratam habeat exequtionem. In hac quæſtione præſuppono, quòd nullus
2 contractus † de iure communi habet paratam exequtionem *l. minor xxv.annis, cui fidei commiſſum ff.de minor.* exceptis aliquibus, quos enumerat *Iaſ. in l.fin. de ædit. Diu. Adr. tollendo,* ſuperuenit poſtea Ritus Magnæ Regię Curiæ huius Regni qui dicitur lex Regni cōdita per Regem Alphonſ. qui conceſſit paratam exequtionem nonnullis contractibus per dictū Ritum enumeratis, quibus dedit certum modum procedendi via exequtiua; prout ibi patet: deinde ſucceſſit hæc Regia pragmatica ſanctio eiuſdem Regis Alphonſi, quæ promptam, & paratam tribuit exequtionem huiuſmodi contractibus annualium iurium cenſualium iuxta

for-

formam eiuſdem Bullæ,quæ pragmatica
quatenus expreſſe diſponit circa exequ-
tionem dicti contractus , & reiectionem
exceptionum aduerſus exequtionẽ præ-
dictã, & circa aliqua priuilegia in ea ſpe-
cialiter,& expreſſe cõtenta ſtandũ eſt Re-
giæ pragmaticæ ſanctionis prædictæ, quę
tamquam lex Regni poſterior tollit prio
rem legem Ritus,etiam ſi de ea nullam
faciat mentionem *cap.1. de conſt. lib.6.l.
pacta nouiſſima iunctis bis, quæ habentur
per Iaſ. ibi C.de pact.* quatenus vero non
diſponit expreſſe circa alia deducta ex di
ſpoſitione Ritus in hoc modo proceden-
di via exequtiua, regulariter exequtio fa
A cienda virtute huiuſmodi cõtractus* ven
ditionis iurium cenſualium annualium ſe
cundum diſpoſitionem Ritus tamquam
in caſu omiſſo à Regia pragmatica ſan-
ctione ſtemus diſpoſitioni Ritus tam le-
gi anteriori *l.commodiſſimè ff.de liber. &
poſthum.l.ſi cum dotem in princ.ff.ſol.ma-*
3 *trim.* vt lex noua † Regiæ pragmaticæ
ſanctionis recipiat interpretationem ab
ab antiquiori lege Ritus Regni iuxta ea,
quæ habentur *per gloſ.et Iaſ.poſt alios in
l.ſciendum in princ.ff. qui ſatid. cog. iun-
cta auth.auferatur C.de lit.conteſt.*& hęc
inferri poſſunt ad multa, de quibus infra
dicam.

Hoc igitur præſuppoſito requiritur
primò,quòd interueniant ea,quę concer-
4 nunt legitimationem perſonæ † agentis
B * quoniam in omni iudicio etiã ſumma-
rio,& exequtiuo prius, & ante omnia le-
gitimanda eſt perſona agentis , *vt decla-
rat Iaſ. in rubr. C. qui admitt. & voluit
Fely. in cap.veniens de teſt.* & ideò ſi fue-
rit pupillus requiritur authoritas tuto-
ris, ſi fuerit iunior, quod compareat da-
to prius curatore ad litem ; ſimiliter per
procuratorem iuxta Regni conſtitutio-
nes ſi verò fuerit hæres agentis , † prius
5 verificetur de morte emptoris,& eius ſuc
ceſſione *vt declarat Bald. in l. per diuer-
ſas C. mandat.& Paul.de Caſtr. in l. po-
ſtulante ff.ad Trebell.* & in tantum eſt ve-
rum hoc , ſi venit vt hæres habet neceſſe
verificare ſe eſſe hæredem etiã ſi non op-
ponatur à parte *ita dixit Philipp.Dec.in
ſuo conſil.61. in col.penult. & Card.conſ.*
72.quia tunc agitur de fundamẽto inten
tionis; prout dicã infra *in ſeq.quæſt.verſ.*
prędicta tamẽ intelligo.Et eſt ratio præ-
6 dictorum quia licet tollatur † omnis ex-
ceptio contra inſtrumẽtum,vel eius exe-
quutionem,non tamen eſt ſublata dicta e-
xequtio cõtra perſonam Iudicis ſi eſt in-
competens , nec perſonam agentis ſi eſt
bannitus , vel excommunicatus *ita deci-
dit D. Bened. de Bar. in tract. ſuo de in-
ſtrum. guarent. in 13. quæſt. nu. 10. 3.
par. princ.vt ibi latè per eum.*

Secundo quæritur, quod interueniant
7 †ea , quæ concernunt perſonam Iudicis,
corã quo cauſatur huiuſmodi exequtio,
vt ſit Iudex competens vẽditoris conuen
ti,quia licet Apoſtolica Bulla plenam li-
centiam,& liberam facultatem concedat
contrahentibus poſſe facere quaſcunque
obligationes , ſubmiſſiones cuiuſcumque
fori , non tamen tollit declinatoriam fo-
8 ri, niſi quatenus cõtrahentes ipſi cuicun
C que foro ſe ſubmiſerint,& renũtiauerint;
*prout dictant verba Bullæ Apoſtolicæ,
& ſic Apoſtolica Bulla,& Regia pragma-
tica non tollit priuilegium, & declinato-
riam fori, niſi quatenus partes expreſſe
renũtiauerint,quia caſus ommiſſus rema
net in diſpoſitione iuris communis *l.com
modiſſimè de lib.& poſth. l. ſi cum dotem
in princ.ff.ſolut.matr.* fortius dico, quòd
tam ſi non eſſemus in caſu omiſſo à decli
natoria fori, quia tunc talis exceptio re-
cuſationis iudicis ſapit defenſionem de
iure naturali, quę non potuiſſet tolli per
Principem, non ergo pręſumitur ſublata
per dictam Regiã pragmaticam ſanctio-
nem *vt voluit Phil. Franc. in cap.poſtre-
mò in 2. col. verſic. ſed aduertè de appell.*
quinimò dico,quòd ſtante renuntiatione
fori,quò ad venditorem,& eius fideiuſſo-
res,& hæredes vt puta nominatos in ipſo
contractu vẽditionis iurium annualium,
vt aliquis ex his declinatoriam fori alle-
gare non poſſit,illa tamen renuntiatio fo
ri facta in dicto contractu etiam cum iu
ramento non tenet tertium poſſidentem
corpus ſpecialiter ſubiugatum, vt puta
nominatum in principali contractu , ſed
tantum conuentum ratione poſſeſſionis
rei ſpecialiter oneratæ ex forma Regiæ
pragmaticæ ſanctionis,& non ex forma
contractus,quo minus declinatoriam fo-
9 ri ſui allegare poſſit , quia contractus†e-
tiam iuratus nõ obligat,niſi perſonas no
minatas, & in eo perſona extrinſeca non
ſubauditur *l. ſi ſtipulatus §. Chryſogonus
ff. de verb.oblig. & declarat Bal. ſi pro te*
10 *C. de dot. promiſſ.* & iuramentum † non
ligat,niſi perſonam iurantis,& eius hære-
des ad obſeruantiam contractus *vt decla
rat Bart. in l. qui ſuperſtitit ff.de acquir.
hæred.*

11 Tertiò requiritur , quod interueniant
ea,quę concernunt ſubſtantiã ipſius con-

tractus venditionis annualiũ iurium cenſualium, quæ ſuperius enumerauit *in 5. quæſt. princ.*

Ex quibus verbis infero primò, quòd requiritur quòd huiuſmodi cõtractus ſit inſcriptis redactus in altero Regnorum Siciliæ citra,& vltra farum,& inter incolas, habitatores dictorum Regnorum, & probet obligationem expreſſam, & præſentem petitionem inducat,ita quod ceſſerit dies annui iuris cenſus ſoluendi *iuxta text.in l.cedere diem ff.de verb.ſignific.* quia præſens petitio purè intelligitur, & non in diem,nec ſub conditione *l.cum ad præſens ff.ſi cert.pet.*& ſi fortè fieret exequtio prædicta, nec dũ ceſſiſſet dies ſolu-
13 tionis faciendæ,poterit Iudex †ex officio etiam parte non opponente prouidere, quod procedat exequtio cedente die ſolutionis,& non ante *vt declarat Bar.in l. cum qui §.qui ita ff.de verb.oblig.& in l. vbi pactum vbi per Iaſ. poſt alios* C. *de tranſ. & in l. lecta ff.ſi cert.pet.*

Secũdò infero,quòd huiuſmodi cõtra-
14 ctus † debet eſſe confectus infra decen-
D nium * à tempore, quo cenſus annui petitio competit prout diſponitur ex forma Ritus:nam licet ex forma Reg. prag. ſanctionis huiuſmodi exequtio fieri poſſit vſque ad triginta annos, quamdiu durat actio,in cuius locum fuit ſubrogata exequtio,tamẽ,quia ſuper huiuſmodi decennio nil eſt diſpoſitũ virtute Reg.prag. ſanctionis præfatæ, ideo tamquam caſus omiſſus ſuppletur à Ritu,vt exequtio cauſata virtute contractus venditionis prædictæ nõ habeat paratam exequtionem, niſi vſque ad decennium tantũ iuxta formam Ritus *per ea,quæ ponit Bal.in l.planè ff. quòd fal. tut. authen.*& hic eſt vnus de caſibus, in quo Regia pragmatica ſanctio, quò ad decẽnium ſuppletur à Ritu, prout ſuperius dixi:à decẽnio verò ſupra proceditur actione in factum per viam
15 cædulę † condẽnatoriæ,* & ita ſeruamus
E hic in Regno,alias ſi aliquid ipſorum requiſitorum deficeret in iſto caſu venditionis annualium iurium cẽſualium,& aliquibus ex his deficientibus fieret exequtio,tunc pars plena exceptione poſſet ſe opponere aduerſus dictum contractũ,& ea, quæ de ſubſtantia requiruntur ad huiuſmodi exequtionem faciendam,vt quia dicatur ſine actione,& de iure excluſiuo experiri,vt ſicut de factoagit nõ interueniẽtibus his,quæ de neceſſitate requiruntur ad huiuſmodi cauſandam exequtionem, ita de facto opponatur & hæc erit exceptio intentionis, & facti, quam
16 etiam Iudex †ex officio parte non opponente admittere poſſet & repellere agentem *per ea,quæ ponit Bart.in l. ſi filius ff. quod cum eo. Bart. & Moder. in l. vbi pactũ C.de tranſact.& Iaſ.poſt alios in l. qui ſe debere ff. de cond. ob cauſ. & Ang. in l.fin. de pet. hæred. & dicam infra in ſeq. quæſt. verſ. prædicta tamen intelligo.*

ADDITIO.

A *Contractus.*]Quid ſi fuerit cancellatus,& an cancellatio facta fuerit perſona non legitima *vide meam Deciſio. Conſiſtorij* 47. *& deciſ.*72.

B *Agentis.*] Quid ſi agat ceſſionario nomine an admittitur exceptio contra nullitatem ceſſionis *Milan. deciſ.*1. *lib.* 2.

* *Dies ſolutionis.*] *Fider. Martin. de Cenſib. cap. vlt. num.*138.

C *Declinatoriam fori.*] Et quod exceptio† incompetentiæ iudicis admittatur non obſtan
17 te Reg.pragm.reijciente omnes exceptiones vltra *Authorem hic voluit Foller. ſuper Bulla in verb.quæ quidẽ exequtio nu.*10.*per Doctriuã Bal in l.in criminali C.de iuriſd.omn.Iud. Couar.pract.q.c.* 25.*n.*5.*Fely.in c.paſtoralis n.*11.*verſ. Collige de excep.*vbi ait quod prohibitus excipere adhuc excipere poteſt de incompetẽtia iudicis, *eſt glo.in cap.quoniã contra & ibi Abb.de probat.*& ita fuit pluries deciſum in M.R.C.vt in cauſa Donnę Laureæ Platamone contra Baronẽ Cuto,& pro Iuratis & ſindaco Ciuitatis Syracuſarum cõtra Don Lutium de Grauina tàm in M.R.C.quàm in Conſiſtorio,& in cauſis delegatis de anno 1584. & 1586. & ita ego iudicaui pro Franciſco de Xiacca Commiſſario Magni admiratus,& in
* ſcripturis fuerunt miſſæ plures ſimiles interloquutoriæ * *Adde Anton.de Ball.q.*24.

Limitatur ſupradicta concluſio non procedere, quando agatur cõtra perſonam obliga-
18 tam ex inſtrumento,vel eius hæredes & fideiuſſores,qui renuntiauerint † declinatoriæ fori in cõtractu ſubiugatorio,vel aliter vt expreſſe firmat in bulla noſtra ibi*(et ſubmiſſiones cuiuſcumque foro)* quam ad vnguem ſeruari iubet Rex Alphõſus per Rẽg.prag.*Mila.deciſ.*5. *n.*31.*lib.*2.quod etiã procedere in Clerico *ait Vrſil.ad Affl.deciſ.*206.*num.*4.*Cotta in ſuis memorab.verb.Clauſula generalis Foller.in verb.& ſubmiſſiones cuicumque foro nu.*1.*et* 2. *& in*

* *& in præallegato loco verſ. Sed fortè* * & renuntiatio non reddit contractum nullum, & il-
licitum ? de quo vide plura *per Fide. Martin. cap-6. nu.* 320.

19 Sublimita prædictam † limitationem non procedere quoad tertium ex traditis *per Au
thorem hic*, nec obſtant notata *per Milan. in d.decif.5. nu.*33.nam procedunt in pacto de
non opponendo & alijs exceptionibus reiectis per Reg. pragmatic. ſecus quoad compe-
tentiam iudicis, quę reiecta non eſt per Regiam pragmat. vt ſupra fundatum eſt & de iu-
re,& in practica vt ex deciſionibus relatis,nihilominus ſuper hoc cogitandum relinquo.

20 Sed quæro, quid ſi opponatur, quod contractus eſt vſurarius, & per conſeqens obſtat
exceptio incompetentiæ iudicis,cum eius cognitio ſpectet ad iudicem † eccleſiaſticum,an
admittatur hæc exceptio,& reſponde quod licet verum ſit vt ſupra reſolui quod exceptio
incompetentiæ iudicis admittitur, tamen in caſu propoſito admittenda non eſt, quia
data pro vera illa concluſione tam legiſtarũ,quam canoniſtarum, quod ſi agatur numquid
contractus ſit vſurarius,vel non,eius cognitio ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum, neque
poteſt Iudex Secularis in ea vllo modo ſe intromittere *vt dicit Iaſ.conſ.*153. *num.*3. *lib.*4.
*Bal.in l.filium eum diffinimus ff. de his qui ſunt ſui,vel alie.iu. vbi dicit ita ſeruari de con-
ſuetudine. Dec. conſ.*170. *nu.*3. *vbi ait quod ita concludunt Doct. omnes latiſſimè Rol.con-
ſil.*96. *num.* 44. *vſque ad fi. vol.*2. *& hanc eſſe communem opinionem refert Soc. conſ.* 88.
*nu.*23.*vol.*4. *Clar.in pract. crim.§.fin. quæſt* 37.*nu.*2. Tamen quando opponitur per mo-

21 dum exceptionis cõtractum eſſe vſurariũ,tunc benè poteſt iudex † laicus cognoſcere etiã
ſuper quæſtione iuris,& contractũ ipſum tãquã vſurariũ annullare,& reſcindere,& eſt com
munis opinio omnium *Doctorum* vtriuſque cenſuræ *vt refert Guid. Papa conſ.* 180. *nu.*2.
*quem ſequitur & dicit ita ſeruari Clar. in præalleg. loco ante nu.*3.*verſ. Hæc tamen omnia.*

22 Licet in criminalibus † nulla ſit difficultas, quin vterque iudex tam eccleſiaſticus,quam lai-
cus poſſit pro ipſo crimine criminaliter contra vſuarium procedere *vt dixit Couar. lib.*3.
*variar.reſolut.c.*3.*poſt nu.*1. *verſ. Quarto non eſt, refert ita in practica ſeruari Clar. in §.
vſura verſ. Et ex hoc infertur*,& ita in Regno ſeruamus,& ego dum eſſem iudex Curiæ Ca
pitanialis huius Vrbis Panhormi liberaui quendã proſecutum de vſuraria prauitate com-
pilato proceſſu & captis informationibus per prędictam Curiam,& hoc facta relatione Il-
luſtriſs.ac Excellentiſs.Proregi, & in pluribus alijs cauſis ſeruaui & ſeruari vidi.

D *Decennium.*] Adde *Milanen.* † *decis.* 12. *num.* 13. *cum ſequ. lib.* 2. * *Vide Anton. de*

23 *Ball. quæſt.*15. *&* 32. *Roder. de annu.reddi. lib.*2. *quæſt.*9. *nu.* 69. vbi etiam ponit quali-
ter interrumpatur hoc decennium *Felicia. lib.*3.*cap.*1. *nu.*5. *cum ſeq. Guttier lib.*1.*pract.*
90. *& alios quos ipſi cumulant.*

24 Sed quid ſi fuerit diſpenſatum† per Principem,quod procedatur via executiua non ob-
ſtante lapſa decennij, & quidquid dici poterat his temporibus elapſis; Hodie adſunt literæ
Suæ Catholicæ Maieſtatis datæ Madrid die 8. Aprilis 1591.exequtoriatę in Regno eodem
anno per quas diſponitur ſub his verbis, ibi y que pues por capitolo del Reyno paſſados
dies años ſe perde el drecio exequtiuo, ne ſe deſpenſe à eſte capitolo, ſe no, que ſe guarde
lo azercha dello ſe deſpone,Et ideò hoc anno cum fuiſſet cauſata quędam exequtio ad in-
ſtantiam Don Pauli Giſulfo pro cenſibus decurſis à decennio ſupra vigore cuiuſdam pro-
uiſionis factæ per Excellentiſs. Comitem Oliuarẽs tunc huius Regni Proregem,per quem
fuerat conceſſum, quod procedatur via exequtiua non obſtante lapſu decenij,& fuiſſet ad-
impleta per primum decretum interpoſitum ſuper bonis ſubiugatis contra Dõnam Aloy-
ſiam Maſtrilli Baroniſſam Terræ Tortoreti matrem meam vti detentricem priuilegio Re-
giæ pragmaticæ, fuit interloqutum per M. R.C. ſtantibus prædictis literis Suæ Catholicæ
Maieſtatis, quod oppoſitiones ſtarent de menſe Martij 1600. & in iudicio reuiſionis fuit
confirmata interloqutoria per S.R.C. die 7. Octobris eiuſdem anni.

P *Condemnatoriæ.*] Sed an poſſit † agi contra tertium poſſeſſorem elapſo decennio per

25 viam cedulæ, & videbatur dicendum,quod non, quia pragmatica priuilegiat tantum exe-
qutionem datam per pragmat. & non actionem, & aliud eſt actio,& aliud ius exequtiuum
vt per Bart. in l. creditores C. de pignor.

Secundò facit, quia contra tertios non competit iſta via forma Ritus, quia in modis
traditis per Ritum, quando agitur per viam cedulæ non eſt caſus iſte, quia non compre-
henditur tertius, quandoquidem dicitur ibi*(ex inſtrumento)* & ſic dictio illa *(ex)* deno-
tat cauſam immediatam, ſcilicet inſtrumentum *Iaſ.in l. non dubium C. de leg.* Vnde cum
non ſit inſtrumentum contra tertium, quia eſt obligatus reſpectu poſſeſſionis vt ex forma
pragmaticæ, agi non poterit.

Poſtremò facit,quia ſumus in correctorijs, & exorbitantibus,à regulis iur is communis,

ergo lex noua correptoria non recipit extenſionem paſſiuam à lege antiqua ſecundũ communem relatam *per Alex. in l. ſi conſtante ff. ſolut. matrim.*

His non obſtantibus contrariam opinionem eſſe veriorem arbitror,& quę hodie ſeruatur ex verb.Reg.pragm ibi *(non ſolum) contra perſonas,&c.)* Et ideo per hanc dictionem *(non ſolum)* fit æquiparatio inter principales debitores,& tertios ſicut aliàs fit per dictionem *non tantum* & ibi *Alex. in 1. col.ff. de re iud.*

Secundò confirmatur ſupradicta opinio, quia pragmatica dictat contractus cenſuales habere exequtionem paratam contra tertios,& ſic Reg. pragmatica excedit, quod illa inſtrumenta vendicent ſibi locum contra tertios & quia pragmatica dabat exequtionem paratam etiam vltra decennium fuit æquum, quod recipiat interpretationem à Ritu, quod elapſo decennio procedatur per viam cedulæ.

Tertiò & vltimò prædicta corroborantur,quia tales contractus ſunt tamquam res iudicatæ,& ſententiæ tranſactæ in rem iudicatam vt expreſsè diſponitur per Reg.prag.& ideò ſicuti pro exequtione ſententiæ elapſo decennio agitur per viam cedulæ, ita & hic vt dicit *D.Antonius Lanc.in adnot.diuerſor. in verb. non ſolum* & ſecundum hanc opinionem fuit iudicatum in cauſa D.Georgij Ricchiſens contra Ioannẽ Corbino per M.R.C.& ſententia fuit confirmata per Tribunal Sacri Regij Conſiſtorij vbi in cauſa erant Iudices Hieronymus Fimia, & Ferdinandus Bongiornus vt inueni in quibuſdam allegationibus antiquis.

Non obſtant in contrarium allegata, quia hæc opinio verior eſt & ita iudicando recepta,& hodie ſeruatur.

26 Poſſet tamen dubitari an tertius † audiatur ante factam ſolutionem,quando agitur pro cenſibus decurſis à decennio ſupra per viã cedulę,& dic quod ſicut quando proceditur per viam cedulæ non denegantur oppoſitiones ex forma Ritus, *ita & hic arg.l. non eſt nouum & l. ſed poſteriores ff.de leg. Alex.conſ.122. cum ſeq.vol 4. Anton. Lancea in præallegato loco Iacob.Chirco in verb.quæ quidem exequtio*,& ſecundum hanc opinionem fuit iudicatum *vt refert Milan. deciſ.12.nu.115.lib.2.*vbi multa alia ponit in confirmationem huius concluſionis *à nu.109. cum ſeq.*

Don Garſias Maſtrillus.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones quæ opponi poſſunt aduerſus exequtionem cõtractus iuxta formam Bullæ, quæ ſint.*

2 *Exceptio realis ſolutionis tantum eſt admiſſa per Reg.pragm. aduerſus exequtionem contractus iuxta formã Bullæ.*

3 *Solutio cõfeſſata non ſufficit,cum illa realis non ſit.*

4 *Priuilegium conceſſum doti, non cenſetur conceſſum doti confeſſatæ.*

5 *Solutio ſi ſit facta per bancum,& in banco non reperiatur partita deſcripta nil operatur amplia nu.6.*

7 *Depoſitum non habet vim realis ſolutionis & num.25. in add.*

8 *Solutio trium annorum præteritorũ non impedit exequtionem aliorum interuſuriorum in contractu iuxta formam Bullæ, & nu.26. In add.*

9 *Solutio debet conſtare ante captionem perſonæ,vt impediat exequtionem contractus Bullaris.*

10 *Solutio realis debet conſtare authenticis documentis.*

11 *Solutio probata per teſtes non ſufficit ad impediendum exequtionem cenſus Bullaris limita num.27. in add.*

Nec per apocam priuatam num. 12. & num. 28. in add.

Limita ſi per partitam banci num. 13. & num.29. in add.

14 *Statutum reijciens omnes exceptiones præterquam realis ſolutionis nulla alia etiam, quod habeat maiorem rationem admittatur.*

15 *Exceptio firmat regulam.*

16 *Exceptio aduerſus contractum non dicitur reiecta per Reg.pragm.& num.18. & quæ ſint nu. 17.*

19 *Exceptiones,quæ impediunt exequtionem contractus iuxta formam Bullæ ſunt reiectæ per* Reg.prag.

20 *Res iudicata non reijcit exceptiones modificatiuas.*

21 *Exceptio cedendarum admittitur aduerſus exequtionem contractus iuxta formam Bullæ & num.32. in add.*

22 *Exceptio modificatiua admittĩt aduerſus exequtionẽ cẽſus bullaris et n.33.ĩ add.*

23 *Exceptio quæ opponitur aduerſus exequtionem cõtractus iuxta formam Bullæ debet conſtare per ſcripturas publicas.*

24 *Exceptio præſcriptionis an poſſit apponi per tertium detentorem rei ſubiugatæ & num.34. in add.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

Quæ exceptiones admittuntur aduerſus exequtiones contractus iuxta formam Bullæ.

QVÆSTIO IX.

NONO principaliter quæro, quæ exceptio-
1 nes † opponi poſſunt aduerſus exequtionē cauſatam virtute cōtractus vēditionis annualium iuriū cenſualiū iuxta formā Apoſtolicę Bullæ,& Reg. prag. ſanctionis:Reſpondeo viſum fuit ſupra *5.quæſt.*Quæ requirantur de ſubſtantia huiuſmodi cōtractus ad eius validitatem, poſtea præſuppoſita validitate contractus viſum fuit in pręcedēti,quę requirantur ad validitatē exequtionis virtute dicti cōtractus:modo data validitate cōtractus, & exequtionis eius virtute ſubſequtæ videndum eſt, quæ legitimæ exceptiones aduerſus exequtionem prædictam ad eam retractandam opponi poſſunt,ſuper quo dicendum eſt, quod ſtante executione poterit opponi ſola excep-
2 tio † realis ſolutionis annui iuris cenſus pro quo cauſata fuit exequtio, quod elicitur ex verbis dictæ Reg. pragmat. ibi quæ quidem exequtio nulla falſitatis, nullitatis, aut alterius cuiuſuis exceptionis obiectu impediri valeat quomodolibet, vel differri, præterquam realis ſolutionis,ſi de illa ante captionem perſonæ debitoris, vel eius bonorum iudicialem diſtractionem legitimè conſtiterit authenticis documentis, & alijs ſcripturis plenam fidem facientis vt ibi patet.

Ex quibus infero primo,quod non ſuf-
3 ficit allegare exceptionem † ſolutionis confeſſatæ,quia illa non dicitur realis ſolutio, prout requiritur ex Reg. pragm. ſanctione,ſicut dicimus in dote confeſſa-
4 ta, quæ non ſortitur priuilegium † dotis realiter ſolutæ per ea,*quæ volūt Doct.in l.fi.C.de dot.caut.nō nume.per gl.et Doct. in l.aſſiduis C.qui pot.in pign.hab.et Bar. in l.cum pater §. codicillis ff.de leg.2.*

Secundò infero, quod non ſufficit etiā
5 allegare ſolutionem † cenſus factam per Bancum talis Banchèrij, ſi in banco talis partita, ſeu ſolutio non reperiatur,non
6 obſtante † quod in contractu ſit clauſula renūtiationis nō numeratæ pecuniæ quia talis ſolutio dicitur cōfeſſata per relationē ad alium ſub tacita conditione ſi talis ſolutio in banco reperiatur, quia referēs eſt in relato *l.in teſtam.ff.de cōd. et demo. & in aut.ſi quis in aliquo C.de eden.*Ideò ſi deficit relatū,vt quia fortè nō reperiatr pecunia debitoris in bāco, vel bācherius nō facit ſibi bonā talem partitā, deficiet confeſſio facta in contractu referente, & renuntiatio ſolutionis non factæ non facit ſolutionem valere in vim realis ſolutionis ſi illa realiter non interueniat.

7 Tertiò infero, † quod non ſufficit aliter ſatisfacere creditori dando pignora,
A vel fideiuſſores,nec faciēdo depoſitū * de annuis cenſibus, pro quibus cauſata fuit exequtio, quia non veniunt appellatione realis ſolutionis *tex. eſt in l. promiſſor §. fin.gloſ.& Bar.ff.de conſtit.pecun. tex. eſt & ibi Bar. in l. Item liberatur §. comparatus ff. quib. mod. pign. vel hip.ſolut. & habetur per gloſ. & Amgel. Aretin. in §. vendita inſti. de rer.diuiſ.*

Quartò infero quod licet per probationē ſolutio.per tres apochas immedia-
8 tè præcedentes inferatur ſolutio † omnium annorū aliorum præteritorum *vt voluit Bar.per illum tex. in l. quicunque C.de Apo. pub.lib.10.vbi ſcripſi cōcordan-*
B *tes in text.* tamen talis præſumpta * ſolutio nō habebit vim realis ſolutionis prout requiritur ex forma pragmaticæ aliorum annorum præteritorum.

Aduertendū eſt tamen & primò, quod
9 de illa reali ſolutione † conſtare debet ante captionem perſonæ debitoris,quòd intelligo de captura perſonæ effectiue pro annuis cenſibus ſoluendis poſt lapſum quindenæ, quando diſſoluitur bancus,non autem de captione perſonæ,quę facta fuit ab initio pro implemento ſolutionis, quoniam exequtio dicitur plena per carcerationem perſonæ iuxta formā Ritus, & inde plena exequtione cadunt oppoſitiones, quæ non poſſent competere, ſi de prima captione perſonæ, quæ fuit pro implemento exequtionis facta intelligeretur, ex quo ante plenam exequtionem oppoſitiones competere non poſſunt vt dicitur in Ritu, tantò fortius,quia vna determinatio reſpiciēs plura determinabilia debet æqualiter determinare *l.iam hoc iure ff. de vulg. & pup. & l.quamis C.de impub & alijs ſubſt.* ſed ſi fieret exequtio virtute huiuſmodi contractus, & habeat effectum realiter ſuper bonis debitoris, ſufficeret quod de reali ſolutione annualium iurium cenſualium, pro quibus cauſata fuit exequtio conſtet

poſt

poſt capturam pignoris ante eius iudi-
tialem diſtractionē, ergo pariter, & mul
tò fortius ſufficit,quod quando fit exequ
tio in perſonam debitoris cōſtet de rea-
li ſolutione ante diſtractionem perſonæ,
quæ fit quando diſſoluitur bancus, & de-
tinetur carceratus ad penam non tempo
re, quo fuit captus ab initio pro imple-
mento executionis,& eius carcerationis,
& ita ſeruamus in Regno.

Secundò aduertendum eſt, quod dici-
10 tur de reali ſolutione † legitimè conſta-
re authenticis documentis prout diſponi
tur ex forma Reg.prag.ſanctionis, quan-
do de debito cenſus annui conſtat per
contractum publicū *vt declarant Doct. in auth.ſi quis in aliquo C. de eden.* & ſic
11 non ſufficit † de ea conſtare per teſtes,
quoniam aduerſus illos competit termi-
nus ad opponendum, & reprobandum
C * *vt declarat Bart. in extrauag. ad repri-
mendum in verb. de plano vbi ſcripſi con-
cord.* Nec etiā ſufficit de ea conſtare per
12 apocham † priuatam * manu propria ip
D ſius creditoris, ex quo illa requirit habe-
re verificationē ſcripturæ per teſtes, vel
comprobationem literarū *iuxta ea quæ
habentur in l. comparationes* C. *de fid.in-
ſtru.et per Bar.et Doct.in l.admonendi ff.
de iur. iur.* & ideo magis cautum eſt ſol-
uentibus annuum cenſum vt ſibi fieri fa-
ciant apocham publicam,non priuatam.

Tertiò aduertendum eſt, quòd dicitur
de reali ſolutione legitimè conſtare per
ſcripturas plenam fidem facientes iuxta
formam Reg. ſanctionis, quando conſtat
13 per partitam banci † de ſolutione annui
cenſus,pro quo cauſata fuit exequtio ad-
iuncta confeſſione vtriuſque partis vide-
licet (diſſero)vel ipſius creditoris tantū,
quia licet illa partita banci dicatur ſcrip
tura priuata, tamen quia bancherius eſt
conſtitutus à publico,& illa loquitur cre
ditorem, & debitorem,& reperitur ſcrip
ta in libro banci de voluntate creditoris,
& debitoris, ideo plenam fidem facit in-
ter ipſos contrahentes *vt declarāt Doct.
in l. Admonendi ff.de iure iur.& Bar. in
l. ſciendum in princ. ff. de verb. oblig.per
tex.in l.optimam C. de contra. & cōmitt.
ſtipul.* quia ibi non denegatur probatio
per confeſſionem partis *vt declarat gl. et
Bar. in auth.ſed iā neceſſe C.de donat.an-
te nupt.et Fely.in cap.quinto de præſump.*

Quartò aduertendum eſt,quod cum
aduerſus exequtionē virtute contractus
14 prędicti non reperiatur admiſſa,† nec re
ſeruata per Reg. prag.alia exceptio præ-
terquam realis ſolutionis,quòd nulla alia
exceptio eādem, vel maiorē rationē ha-
bens admitti poterit *ita ſignanter decla-
rat Ang.in l.& non tantū §.1. vbi ſcripſi
ff.de petitio.hæred.et idem voluit Ang. in
conſ.134.in vlt.col.Bar. in l.4.§. quæſitū
in fi.ff.ſi quis caut.Alexan.in auth. ex te-
ſtam.C.de collat. & voluit Iaſ. in l ſi con-
ſtante in 12.col.verſ. limita iſtam regulā
nu.66.& ibid.in col.ſeq.nu.73.ff.ſol.matr.*
15 quia exceptio† firmat regula in caſib.nō
exceptuatis *l.namque liquidè §.fi.et not.
gloſ. in l.1.ff. de reg. iur.*

Confirmatur hoc ex dictione taxatiua
(ſolum) poſita ibi, in qua ſolum de alle-
gata realis ſolutionis exceptione,confir-
matur etiam ex illis verbis (aut alterius
cuiuſuis exceptionis obiectu) quæ dictio
(cuiuſuis) tollit omnem aliam exceptio-
nem etiam concretam, quę legitur in in-
ſtrumento *vt voluit Ang. in ſimili in d.
conſ.304.in vlt.col.iunctis his,quæ voluit
Felyn. in cap.ad hæc de reſcrip.vbi ſcripſi.*

Prædicta tamen intelligo primo proce
dere quatenus opponeretur alia qua ex-
ceptio, præterquam realis ſolutionis ad-
uerſus exequtionem ſinnui iuris cenſus
prædicti, & ita formaliter dictant verba
Reg. pragma. ſanctionis ibi (planè circa
exceptionis vigore contractuum huiuſ-
modi cenſualium faciendas & exceptio-
nes aduerſus eas quomodolibet oppo-
nendas) & ibi quę quidem exequtio nul-
lo falſitatis, nullitatis, aut alterius cuiuſ-
uis exceptiones obiectu impediri valeat
quomodolibet vel differri præterquam
realis ſolutionis exceptione)ſecus autem
16 ſi oppneretur aliquid † aduerſus contra-
ctum venditionis annualium iurium cen
ſualium prædictum quatenus in eo defi-
ceret aliquid quod eſt de ſubſtantia hu-
iuſmodi cōtractus, vel deficeret aliquod
F extremum * ad parandam eius exequ-
tionem, quia dicta prag. ſanctio ſua edi-
ctali lege perpetuò valitura dare voluit
certum, & determinatum ordinem circa
exceptiones vigore contractus huiuſmo-
di cenſualium faciendas: & ſic præſuppo
ſitum fuit talem contractum in ſui eſſe
deductum,& in ſui forma perfectum,pro
ut ex forma Bullæ Apoſtolicæ, & Regiæ
prag. ſanct. requiritur, & cū ordo datus
à Principe habeat vim formæ *vt voluit
Bart.in l.prolatam in penult. col. de ſent.
& interloqu.omn. iud. quem refert & ſe-
quitur Iaſ. in §. item ſeruiana in 10.col.
verſ.vlt.inſt.de actio.* ſequitur quod quid
quid deficit à forma deficit etiā à forma-
to,&

17 to,& ideò quatenus talis contractus † ex
ſui facie, & eius viſione appareat, quod
non eſt contractus publicus,nec in ſcrip-
G tis redactus, vel non eſſet authenthicus *
iuxta formam Ritus,ſed fortè ſcriptura
priuata *prout voluit Bal. in l.diuus ff. de
teſt. milit.* vel non haberet obligationem
expreſſam,& præſentem *vt voluit Bar.in
H l.cum qui §.qui ita delier.obl.*vel eſſet eap
18 ſum decennium † *prout voluit Bald. in l.
planè ff.quod falſo tutore,et habetur ex for
ma Ritus*,vel annuus cēſus impoſitus fuiſ
ſet non ſuper bonis ſubiugatis tempore
contractus ſubiugationis prędictæ,vel an
nualis cenſus decimā partem principalis
excederet *vt voluit Bal.in l.rogaſti § ſi ti
bi ff.cert.pet.& in c.1.in vlt.col.de iu.iur.*
vel pecuňia pretijprincipalis non eſſet de
mortua *prout voluit Bal.in l.1.col.4.col.
C.de Sum.Trinit.*vel non concurrent ali-
qua ex his, quæ requiruntur de ſubſtātia
contractus vēditionis iurium annualium
cenſualium prædictorum iuxta formam
Apoſtolicæ Bullæ & Reg.prag. *de quibus
latius ſcripſi ſupra in 5. quæſt. princ.* vel
deficeret aliquid ex his,quæ requiruntur
ad cauſandā exequtionem virtute cōtra
ctus prædicti,*de quibus ſcripſi ſupra in
præced.quæſt.* Tunc & eo caſu l cet non
poſſit pars ſe opponere aduerſus exequ-
tionem prædictam, poterit tamen ſe op-
ponere aduerſus contractum,cuius vigo
re cauſata fuerit dicta exequtio, quate-
nus in eo deficerent aliqua ex pręmiſſis,
& illa apparent ex facie ipſius contra-
ctus *vt voluit Rom. conſil.*42. ſi bene lo-
quatur, quia tunc non diceretur contra-
ctus in ſui forma perfectus venditionis
annualium iurium cenſualium iuxta for-
mam Apoſtolicæ Bullæ,& Reg. pragmat.
prædictę & talis oppoſitio potius eſſet de
fectus intentionis agentis ad demonſtran
dū, quod ſine iure requiſito à Reg.prag-
mat.experitur, & ſicut de facto agit, ita
de facto opponatur etiam ex officio iudi
cis non implorato *quæ ponit Bart. in l.
vbi pactum & ibi Mode. C. de tranſact.
& Bar.in l.ſi filius ff.quod cū eo vbi ſcrip
ſi cōcord.& Iaſ.in l.qui ſe debere ff de cōd.
ob cauſ. de quibus aliquid ſcripſi ſupra in
præceden. quæſt. in fine, & vide qui cu-
mulat Ioan.de Imol. in l. fin. ff. de appel-
lat.& Bald. ponit vnam quæſt.in l.ſi non
ſortem § indebitū in fi ff.de condit.indeb.
& vide Ang. in l.fi. ff. de pet.hæred.*

Secundò prædicta intelligo procede-
re, quod licet non poſſit aduerſus exe-
qutionem prædictam alia exceptio oppo
ni,quām realis ſolutionis,poterit tamen
opponi exceptio, quæ non impugnat ip-
ſam exequtionem, quia Reg.prag.reijcit
omnes exceptiones, per quas dicta exe-
qutio cuiuſuis exceptionis obiectu im-
pediri valeat quomodolibet, vel differri,
& in fine dictæ pragm. ſanctionis dicitur,
quod cōtenta in ea inuiolabiliter tenean
tur,& obſeruentur; exequantur, & com-
pleantur, per quoſcumque officiales ab
omni obſtaculo, & quibuſuis impugna-
tionibus reiectis, & funditus repulſis, er-
19 go tollit † eas tantum exceptiones quæ
impugnant, impediunt,& differunt exe-
qutionem prędictam: Confirmatur hoc,
quia dicitur in princip. dictæ Reg. prag.
ſanctionis,quod huiuſmodi cōtractus iu-
rium cenſualium, ſeu inſtrumenta tam-
quā res iudicatæ nulla prouocatione ſu-
ſpenſę promptam, & paratam habeant
20 exequtionem,ſed res iudicata † nōreijcit
exceptiones modificatiuas, quæ non im-
pugnant ipſam ſententiam *vt voluit Iaſ.
qui enumerat plures caſus in l.1.C.de iur.
& fact.ignor.*ergo eodem modo dicendū
erit in propoſita exceptione modificati-
ua, quæ non impedit, aut differt, nec im-
pugnat ipſam exequtionem pariformi-
ter admitti poſſit, quia illa non cenſetur
eſſe reiecta ab eadem Reg. pragmatica
ſanctione vt patet ex pręmiſſis.

Vnde ſi cauſata fuerit exequtio vir-
tute dicti contractus ſubiugatorij con-
tra fideiuſſore mannui iuris cenſus præ-
dicti, & ille opponat exceptionem ceden
K darum * actionum ſibi contra principa-
21 lem venditorem, talis exceptio† vt puta
non impediēs, nec impugnās exceptionē
prędictam debet admitti *ita Bal.in auth.
præſente & in l.fideiuſſor. C. de fideiuſſ.
quem refert, & ſequitur D. Benedict. de
Bar.in ſuo tract.de inſtr.gua.in 8.q.3 par.
& Ang.Aret.in rub.inſt.de Acti.in 9.col.*
22 eodem modo poterit opponi exceptio†
L modificatiua * exequtionis, quæ non im-
pugnaret ipſam exequtionem, prout op
poni poteſt exceptio modificatiua ſen-
tentiæ quæ tranſiuit in rem iudicatam
*de quib.per Iaſ.in d. l.1.C.de iur.& fact.
ignor.* Et quatenus opponi poſſet aliqua
exceptio pręterquā realis ſolutionis,quę
nō impugnaret ipſam exequtionem pro-
ut ſuperius dixi; Tamen intelligo huiuſ-
modi exceptionem admitti poſſe, quate-
nus de ea cōſtiterit authēticis documen-
tis,vel alijs ſcripturis plenam fidē facien-
tibus, & non aliter, quia quemadmdum
d.Reg.pragm.ſanctio hanc ſolam admit-
tit ex-

tit exceptionẽ realis ſolutionis aduerſus
exequtionem prædictam, ſi de illa legiti-
mè conſtiterit authenticis documentis,
vel alijs ſcripturis plenam fidem facien-
tibus, eodem modo non debet poſſe ad-
mitti alia exceptio non impugnans ip-
ſam exequtionem, niſi de illa conſtiterit
authenticis documentis, vel alijs ſcrip-
turis facientibus plenam fidem, vt vna
determinatio exceptionis admittendę re
ſpiciẽs plura determinabilia diuerſarum
exceptionum admittendarum debeat il-
la æqualiter determinare, quatenus de
23 vtraque exceptione † legitimè conſtite-
rit authenticis documentis, vel alijs ſcrip
turis facientibus plenam fidem, & non
per alios ſpecies probationum *arg. eorũ, quæ habẽtur in l. iam hoc iure ff. de vulg. et pup. et in l quãuis C. de Imp. cum ſimil.*

Numquid autem tertius poſſeſſor con
tra quem vti poſſidentem corpus ſpecia-
liter ſubiugatum cauſata fuit exequtio †
24 poterit opponere exceptionem pręſcrip-
M tionis,* & an illa poſſit admitti *vide Bar. & Bal. & latius per Salic. in l. 1. & 2. C. ſi aduer. credi. & vide Iaſ. qui decidit hoc in §. item ſeruiana in 9. col. inſt. de actio. de quo vide, quæ ſcripſi ſupr. in 6. quæ verſic. Tertio intelligo iſtud verbum quamdiu num. 55. 56. & 57.*

ADDITIO.

A *Depoſitum.*] Et ita † alias fuiſſe deciſum in M.R.C. refert quidam incertus Author pro
25 Ioanne de minutulo cum illis de Cutellis, quem habeo ad pennam in apoſtillis diuerſor. ſu
per Reg. pragm. *& vide notata per Milan. deciſ.* 18. *nu.* 3. *&* 8. *lib. vbi multa Adde Viui deciſ.* 192.

* An poſſit opponi exceptio implementi non ſequuti, puta quia fuerit promiſſum de rato, & ſimilium? videtur quod ſic quia oritur ex eodem contractu *vide Milan. deciſ. 4. in prin. lib. 2. Galleſ. par. 4. quæſt. 1. nu. 9. ad form. cameral. Additio ad Magon. deciſ. 21. litera* G, *Decia. conſ. 60. nu. 4. lib. 1. Carroc. de locat. quæſt. 17. nu. 40. & deo dante dicam in 2. vol. deciſionum.*

Item an admittatur exceptio compenſationis *Milan. deciſ. 14. nu. 19. cum ſeq. lib. 2.* vbi ponit alias exceptiones quæ ſolent admitti *Roder. de annu. reddit. lib. 2. quæſt. 15.* vbi latè an compenſatio extinguat ipſo iure annuum redditum *D. Scipio Rouitus ſuper hac pragmat. num. 20.*

B *Solutio.*] Et ideò talis ſolutio † trium annorum præteritorum cum non ſit realis ſolu-
26 tio prout expreſſe requirit Reg. prag. non admittetur in hoc iudicio, & ita poſt Authorem
determinat *Raymundus Ramondetta olim meritiſſ. Regens in Hiſpaniarũ Conſilio in apoſtilla ſuper hac Bulla vbi idem tenuiſſe Fide. Campixa. legendo refert, ſequitur Prouiz. ſimiliter in ſupremo Italorum Conſilio Regens in ead. Bulla, & Milan. deciſ. 13. num. 108. in fi. lib. 2.* dum dicit, ſed hoc quod ſolutio probetur per tres apocas non recipitur in debito cenſus, & ſecundum hanc opinionem ego iudicaui de anno 1598. & ita audio fuiſſe ſæpius iudicatum; quidquid in contrarium dixerit quidam modernus recollector confundens terminos vt aſſolet in omnibus eius ſcriptis ex dicto *Bal. in l. 1. nu. 18. C. de fideicom.* & poſſem allegare infinitos alios quos cumulat *Menoch. in conſ. 5. nu. 22. vol. 1. & in tract. de præſumpt. lib. 3. præſum. 239. nu. 23. Padill. in l. 1. nu. 10. C. de fideicom* vbi habetur, quod ſi ſtatutum requirit probationem ſolutionis per inſtrumentum, ſufficit ſolutio probata ex præſumptione *l. 3. C. de apoc. pub. lib.* 10. nam ſi rectè *Bal.* eſt notabilis in terminis ſuis; ſed in terminis Reg. pragm. requirentis ſolutionem realem eius dictum procedere non poteſt cum non ſit realis ſolutio, ſed præſumpta, & ſic verbum illud *(realis)* hoc operatur vt dicit *Author* noſter hic & alij præallegati, nec *Aloyſ. de Septimo*, quem refert hoc dixit, ſed mouet tantum quæſtionem, ſub his verbis, iſta Bulla requirit probationem ſolutionis per inſtrumenta, quid ſi probaretur ſolutio per pręſumptionẽ *l. 3. C. de apoch. publ. lib.* 10. an ſufficiat *Bal.* tenet quod ſic *in l. 1. in 4. col. verſ. quæro quid ſi ſtatutum C. de fideicom. & ſic Aloyſ. de Septimo* non determinat quæſtionẽ, ſed tantum refert dictum *Bal.* nec ipſe *Aloyſ.* facit mentionem de verbo *(relatis)* ſed ſimpliciter de ſolutione, in quo caſu procedit dictũ *Bal.* & aliorum ſequacium, & tamen allegaui *Doctores* contrarium tenentes, & licet iſte modernus allegauerit magis communem ſcribentium ſuper Bulla, tamen recognitis omnibus *Doct.* Regni, quos habeo ad pennam nemo hoc dixit. *Auendagn. de Cenſib. cap. 98.*
C *num. 13. & ſequ.*
27 *Reprobandum.*] Sed quid ſi creditor † paſſus fuerit receptionem teſtium & ſolutionem

probari

probati permiſerit, reſpondeo, quod talis ſolutio ita probata admittitur, & audiendus eſt
debitor non obſtante priuilegio Reg.prag.*cap.1. vbi Abb.de reſtit.ſpoliat.Milan.decis.13.*
* *num.112. lib.2. vbi limitat vt vbi per eum* * *Anton.de Ball. quæſt.25 ſuper prag.Alphon.*
D *Priuatam.*] Et ita iudicauimus de menſe Iulij 1599. pro Don Vincentio Platamone,
contra Baronem Siculianæ.
28 *A publico*] Adde *Crauett.* † *de antiquit. tempo. num. 245. verſ. ſed hic quæro de vna*
E *fol. mihi 117. à tergo.*
F *Extremum.*] Vide *ſupra quæſt.6. Verb. ſpecialiter onerata litera* I, *vbi multa dixi.*
G *Authenticus.*] *Milan.decis.15. num.21.& 22.lib.2.* Hodie requiritur de nouo, quod ſit
30 regiſtratus in actis Curiæ Iuratorum, alias eſt nullus, vt ex literis Suæ Catholicæ Maieſta-
tis diſpoſitum reperitur datis Madrid die 26. Auguſti 1581. exequtoriatis in Regno die
xv. Febr. x. Ind. 1582. ibi y ſe haga pragmatica que todos los cõtractos cenſuales ſe haian
de regiſtrar en la forma, que por el Capitolo del Reino eſta deſpueſto en las donationes,
pro quarũ exequtione fuit emanata Regia pragmat. per Excell. Marcum. Ant. Columnam
die xiij. menſis Martij x.Ind.1582.& ideò tales cõtractus non regiſtrati erunt nulli in præ-
* iuditium tertij, *vt per d.cap quod eſt Regis Ferd. ſub n.61.* ſtatutum eſt * & ſimile ſtatutum
reperiatur in Hiſpania *l.3.tit.15.li 5.Recopill.vt refert Roder.de annu.reddi li.2.q.1.n.33.*
H *Decennium.*] Dixi *ſupra in præcedenti quæſtione in verb. Decennium litera* B.
31 *Super bonis.*] Vide *ſupra quæſt.5. verb. ſubiugantis litera* F.
I Sed quid ſi fuerit prohibita alienatio an ſit etiam prohibita ſubiugatio, adeò quod ita
prohibitus alienare, ſubiugatio dicatur extincta, & conclude quod ſic *per tex. in l.fin.C.de
reb. alie. non aliena. vbi Doct.Bal. in cap.1.§.1. per quos fiat inueſti.nu.2.& 3.*& in termi
nis quod prohibita alienatione cenſeatur prohibita cenſus annui conſtitutio refert *Paul.
Emil. decis.17. lib.1.* vbi aſſerit ita iudicatum fuiſſe per Dominos Rot. de anno 1551.die
* 16. Nouembr. * Adde *Anton. de Ball. ſuper prag. Alphon. quæſt. 26.*
K *Cedendarum.*] Adde † *Milan.decis.1. nu.1.cum ſeq. lib.2.* vbi probat opinionẽ Autho-
32 ris, & dixi *ſupra in 6.quæſt.verb.Rata corporis litera* K. * *Adde Roder.de annu.reddi.lib.2.*
* *quæſt.9.nu.30.cum ſeq. & quæſt.16. num. 19. Felicia. lib.3. cap. 2. Vinc. de Franc. decis.
476. Anton. de Ball. quæſt.21. num.13. Auenda.de Cenſib. cap.100.* vbi multarum mate-
ria ceſſionis faciendæ corrit, & fideiuſſoribus ſoluentibus.
Sed an exceptio cedendarum opponi poſſit ſi creditor facto ſuo liberauit vnum ex præ-
dijs ſubiugatis, & dic quod non vt concludit *Ioann. Anton. Lanar. poſt multos allegatos in
conſ.75. nu.4. & 5.* & quid ſi doloſè hoc fecerit, vide *eundem nu. 6. vſque ad fin.*
L *Modificatiua.*] *Milan. decis.13. nu.66. & 81. lib.2.*
M *Præſcriptionis.*] Exceptio præſcriptionis † in terminis noſtræ Regiæ prag. quæ reijcit
33 omnes exceptiones admitti non poteſt ante factam ſolutionem, ſed bene in ſecundo iudi-
cio, & hic in cauſa oppoſitoria, vt dicit *Author ſupra in quæſt.6. nu.57. & ſequitur Foller.*
* *ſuper Bulla in verb Tamquam res num.35.* * *Roder. de annu. reddi. lib. 1. quæſt.17. lib.1.
q.9. nu.65. Ant.de Ball.quæſt.33. Fider. Martin. de Cenſib.cap.8. nu. 145. cum ſeq. vbi late.*
34 Sed ego puto, quod nec aliquid operetur contra creditorem annualium cenſualium, &
ratio eſt, quia in his promiſſionibus, vel legatis, vel alijs obligationibus, quæ dationes per
ſingulos annos, vel menſes continent, non à principio talis obligationis, ſed ab initio cu-
iuſque anni, vel menſis computatur præſcriptio, vt dicit *tex. in l. cum notiſſimi C.de præ-
ſcrip.30 vel 40. annos,* videlicet ab initio temporis, quo ceſſatum eſt. vt declarat *ibi gloſ.
quam ſequntur ibi Bar.Bal.et alij,* & ideo præſcriptiones annuæ præſtationes tot ſunt, quot
anni præſcripti ſunt ſpatio 30.vel 40.annorum, nam quælibet annua præſtatio indiget ſua
præſcriptione 30 vel 40. annorum *Balb.de præſcrip. par.quarta par. princ.quæſt.4. Cra-
uett. de ant. temp. par.4. nu.180.& ſeq.Gigans de penſio. quæſt.83. Guid. Pap. quæſt.406.
Boer.decis.336.Boccac. de Cenſib.par.3. nu.67.& par.2.nu.89. Foller.ſuper Bulla in verb.
Huiuſmodi nu.105.* & ibi ponit alias quæſtiones vtiles vbi vide.
35 Sed an exceptio † nullitatis admittatur, & conclude, quod ſic in nullitate notoria, & quæ
conſtat ex actis ita dixit *Alex. conſ.225. num.2. vol 6.* vbi ait quod quamuis ex forma ſta-
tuti non poſſit opponi exceptio nullitatis tamen ſi actus eſt euidenter nullus, quia appa-
reat iudici ex actis, & tunc admittitur, dixit etiam *Roll.conſ.29. Becc. conſ.12.nu.64.& 24.
Foller.ſuper Bulla in verb. qua quidem exequtio num.5. & ſeq.* & ex noſtratibus dixerunt
Fimia.Bongor. & alij relati per Milan. decis.2.nu.133. cum ſeq. lib.2. & in num.170. di-
cit ſecundum hanc opinionem fuiſſe deciſum per M.R.C. Tribunal S.R.C. & in tertio iu-
dicio reuiſionis dum agebatur de nullitate cuiuſdã contractus ſubiugatorij facti à minore,

& ſine ſollẽnitatibus requiſitis,vt conſtabat ex facie inſtrumẽti,de quo vide etiam *in deciſ. 7.nu.11.& 12. eod. lib.2. Menocch.conſ.506. per totum* * ſi contractus ſit nullus, an teneat hypotheca bonorum pro ſortis reſtitutione *Roder. de annu. reddi. lib.2. quaeſt.8.*

Don Garſias Maſtrillus.

SVMMARIVM.

1 *Pacta pœnalia apponi poſſunt in cõtractu cenſuali iuxta formam Bullæ limita num. 2.*

3 *Iuramentum appoſitum in contractu iuxta formam Bullæ quid operetur, & num. 4.*

5 *Iuramentum non ligat tertium non nominatum in contractu & nu. 15.*

6 *Fideiuſſores, & eorum bona poſſunt obligari in contractu ſubiugatorio.*

7 *Pactum, quod per precarium transfertur poſſeſſio bonorum ſubiugatorum non valet.*

8 *Pactum de non opponendo apponi poteſt in contractu iuxta formam Bullæ, & quid operetur ibidem, & numer. 11. & 13.*

9 *Pactum de non opponendo apponitur in quocumque contractu de ſtylo notariorum, & quæ ſit eius forma nu. 10.*

12 *Pactum de non opponendo appoſitum in contractu omnes exceptiones etiam realis ſolutionis.*

14 *Pactum de non opponendo operatur reſpectu contrahentium, non reſpectu tertij non nominati in contractu.*

ARGVMENTVM.

Quæ pacta apponi poſſint in contractu iuxta formam Bullæ.

QVÆSTIO X.

DECIMO, & vltimò pro complemẽto materiæ huius interpretationis, quia per Apoſtolicam Bullam conceſſa fuit plena licentia, & libera facultas omnibus & ſingulis incolis, & habitatoribus regnorum Siciliæ citra, & vltra Farum & eorum vniuerſitatibus præſentibus, & futuris inter ſe contrahendi, vendendi, & emendi cum opportuna contrahentium ſecuritate, tuitione, & indemnitate, ac quaſcumque alias obligationes, & ſubmiſſiones cuicumque foro, nec non renuntiationes, promiſſiones, & ſtipulationes pænis, iuramentis, & alijs cautionibus vallatis, & alia quæcumque de quibus inter ementes, & vendentes huiuſmodi cenſualia conuentum fuerit; & in pactum deductum prout in ea formaliter continetur.

Videndum eſt quæ ſtipulationes, & pacta; & quibus cautionibus vallata in huiuſmodi contractu venditionis annualium iurium cenſualium iuxta formam Apoſtolicæ Bullæ, & Regiæ pragmaticæ ſanctionis cum opportuna contrahentium ſecuritate, tuitione, & indemnitate melius, & cautius interponi poſſunt. Super quo dico certum eſt quod eadem Apoſtolica Bulla permittit huiuſmodi ſtipulationes † poſſe vallari pænis *, & ſic
1 ſuper huiuſmodi contractu ſtipulationes
* pęnales interponi poſſunt, ſi contenta in principali contractu non adimpleantur, verum quia ex diſpoſitione Ritus Regni non poteſt apponi pæna in alio contractu, quam in contractu compromiſſi, & ſi fuerit interpoſita non exigitur, etiam ſi fuerit renuntiatum cum iuramento generali conſuetudini Regni, quæ vult, quod pænæ adiectæ in contractu non exigantur, licet fortè ex forma Bullæ talis ſtipulatio pęnalis in huiuſmodi contractu apponi poſſit, an tamen illa commiſſa ſtipulatione exigi poſſit?
2 ſubſiſto pro nunc † niſi quatenus forte pæna veniret tamquam intereſſe *prout voluit Bald. in l. cum allega. in 3. columm. verſic. ſed pone C. de vſur.* Sed quia talis ſtipulatio pænalis non conſueuit apponi in huiuſmodi contractu, & illa parum releuat, ideò ſuper ea non inſiſto.

Secũdò permittit Apoſtolica Bulla cõtractus huiuſmodi vallari poſſe iuramentis, quæ in quolibet contractu ſubiugatorio ex ſtylo, & conſuetudine notariorum interponi conſueuerunt, & primò talia iuramen-

3 ramenta † operabuntur hoc quod vltra diſpoſitionem Reg. prag. ſanctionis tribuunt huic cõtractui paratam exequtionẽ *vt voluit Bar.& Doct.in l.2.vbi ſcripſi concord.ff.de iur.iur.Cumulat Iaſ.in §. item ſi quis poſtulante inſt.de actio.in 15. col.verſ. Extra quæro,& Corſet.in repet. rubri.de iur.iur.in verb. decimum priuilegium vbi ſcripſi concordantes.*

Item operabuntur talia iuramenta, †
4 quod adueniente tempore ſolutionis annui iuris cenſus non requiritur aliqua interpellatio debitoris ad ſoluẽdum *vt voluit ſingulariter Specul.in tit.de aduo.diuerſ.iud.§.1.verſ. Sed numquid Alex.in l.quod te in 2. col.ff. ſi cert. pet. cum concord.de quibus per Corſet. in d.rub.de iu. iur.in 4.priuilegio vbi ſcripſi,* imò debet ire venditor, ſeu debitor ad domum creditoris,ſeu emptoris ipſorum iurium cenſualium ad ſoluendum ne conſtituatur in mora *vt voluit Bar.in l.item illa in 2.col. ff.de conſtit.pecu.*& ſi non fecer t non ſolum conſtitueretur in mora, ſed etiam ratione iuramenti non poſſet purgare moram,*vt voluit Salic.in l.pacto quo penam in 12. col. verſ. Secunda concluſio C.de pact. ponunt Doct. in l. ſi inſulam ff. de verb.obl.cum cõcor.de quibus per Corſett. in d.rub. in 3. priuilegio vbi ſcripſi.*

5 Eſt benè verum quod hoc iuramentũ† ligabit iurantem, eius hæredem ad obſeruantiam contractus, & non tertium non nominatum in ipſo contractu *vt voluit Bar. & Doct. in l. qui ſuperſtitis ff. de acquir.hæred.& Bar. in l.cum quis decedens §. codicillis ff.de leg.3.cum cõcord. de quib. per Corſett. in d.rub. de iur. iur. in 12.pril. iunctis his,quæ voluit Bal. in l. ſi pro te C.de dot. promiſſ.*

Tertiò voluit eadem Apoſtolica Bulla huiuſmodi contractus alijs cautionibus vallari poſſe; ex quo infero quod in huiuſmodi contractu ſubiugatorio poteſt
* accedere fideiuſſor * † & propterea dici-
6 tur in d.Reg.prag. ſanctione,quod huiuſmodi contractus habet paratã exequtionẽ contra perſonas, & bona illorum qui originaliter cenſualia huiuſmodi vẽdiderint, nec non eorum fideiuſſorum, & ſic poterunt pro maiori, & opportuna contrahentium ſecuritate obligari res,& bona fideiuſſorum in contractu prædicto, non tamen puto,quod in huiuſmodi contractu poſſit interuenire poſſeſſionis traditio corporis ſpecialiter ſubiugati per precarium,& cõſtitutum in cauſa pigno-
7 ris,quia tunc reſultaret pactum † contra formam ipſius contractus, & haberetur pro non appoſito *prout ſcripſi ſupra in 7.q.* niſi forté quatenus apponeretur pro maiori, & opportuna contrahentiũ ſecuritate ipſorũ contrahentiũ per prædicta.

Quarto voluit eadẽ Apoſtolica Bulla in huiuſmodi cõtractu interuenire poſſe alia quæcumque de quibus inter ementes, & vendentes huiuſmodi cenſualium conuentum, & in pactum deductum fuerit, ex quo infero quod ideò in d.contractu ſubiugatorio ex ſtylo, & conſuetudine notariorum conuentum,& in pactum
8 deductum fuit pactum † de non oppo-
* nendo, * & alia pacta quæ ſapiunt faciliorem expeditionem exequtionis, & ſolutionis annualium iurium cenſualium prædictorum: nam pinguius prouidet pactum de non opponendo, quam Regia pragmat. ſanctio ad reijciendum oppoſitiones, quæ fiunt aduerſus exequtionem vigore contractus huiuſmodi venditionis annualium iurium cenſualium, & per tale pactum de non opponendo plus iuris conſequitur emptor, quàm priùs conſequebatur virtute Reg. pragmat. circa exequtionem dictorum contractuum ſubiugatoriorum aduerſus venditores, & eorum hæredes & ſucceſſores, & eorũ fideiuſſores,quod deduco ex mul-
9 tis.Et primo certum eſt,quod verba†pacti de non opponendo concipi conſueuerunt de ſtylo,& conſuetudine notario-
10 rum iſto modo videlicet, Cum pacto †, quod iſti contrahentes, hæredes, & ſucceſſores ſui non poſſint ſe opponere, excipere, defendere, nec offitium iudicis implorare, nec præuenire,nec aliquid dicere, vel allegare, quomodocunque, & qalitercumque tàm aduerſus exequtionem, & verificationem extremorum, quàm etiam aduerſus contractum, nec aliqua in eo contenta,quin prius,& ante omnia ſoluãt & adimpleant formam præſentis contractus, etiam ſi huiuſmodi oppoſitiones eſsẽt legitimæ,iuſtæ,promtuariæ, & concretæ habentes cauſam,& originem à præſenti contractu, &c. quo caſu ſequitur, quod vbi prius virtute Reg. pragm. ſanctionis aduerſus exequtiones facta vigore dictorum contractuum admittebatur ſola exceptio realis ſolutionis *prout dixi in præced.quæſt.*nunc virtute huiuſmodi pacti de nõ opponẽdo non ſolum omnes exceptiones repellũtur,ſed etiam exceptio realis ſolutionis repelli
11 poteſt, quia tale pactum † de non opponendo validum eſt in iure,& nõ tollit de-

O 2 ſen-

feuſiones, ſed differt omnes exceptiones
& defenſiones poſt factam ſolutionem *vt*
eſt text.& ibi gloſ. in verb. defendere in l.
ſancimus C. de fideiuſſ. et voluit Alex. con
ſil. 3.3. incip. ſuper quaſitis in 2. colum. in
5. vol. & de ſui natura impedit omnes ex-
ceptiones, *vt voluit Rom. conſ. 202. ali-*
ter 211. incip. Allegationes in 2. col. quem
ſequitur Cur. in tract. de feud. 2. par prin-
cip. in 1. quaſt. in 2. col. & non ſolum im-
pedit exceptiones præteritas, ſed etiam
futuras *vt voluit Alexan. conſ. 27. in 1. vo*
lum. & conſ. 225. eod. vol. maximè ratio-
ne iuramenti in eodem contractu inſerti
iuxta l. ſi quis maior C. de tranſ. quæ ha-
bent locum in omni contractu *vt ibi per*
Iaſ. & tale pactũ de non opponendo ori-
ginem habuit ex his quæ voluit *Bar. in l.*
ſi vnus §. pactus ne petere ff. de pact. cum
loquitur de pacto de nõ opponẽdo, & ſic
etiam tollit & differt exceptionem realis
ſolutionis, licet illa ex forma Reg. prag.
ſanctionis poſſit admitti; niſi fortè dica-
mus, quod tale pactum regulatur ex for-
ma Reg. prag. ſanctionis *per ea quæ ſcrip*
ſi ſupra in 7. quaſt.

Secundò deduco ex alio, quod licet ex
forma Reg. prag. ſanctio. repellantur oẽs
exceptiones, quę veniunt aduerſus exequ
tionem, præterquam realis ſolutionis, nõ
tamen repelluntur illæ, quæ veniunt ad-
uerſus contractum, quatenus in eo defi-
ceret aliquid, quod de neceſſitate requi-
ritur ex forma & ſubſtantia contractus,
12 tamen ſtante forma huiuſmodi pacti † re-
iectiui non ſolum intelliguntur reiectæ
omnes exceptiones, quæ tendere poſſent
contra exequtionem, ſed etiam illæ, quæ
ſunt aduerſus huiuſmodi contractum, cu-
ius vigore cauſata fuit exequtio *per ea*
quæ ſuperius dixi in praced. quaſt. verſ.
Prædicta tamen intelligo per ea quæ vo-
luit Bart. in l. ſi filius ff. quod cum eo &
in l. vbi pactum C. de tranſ. & Ang. in l.
qui ſe debere ff. de condit. ob cauſ.

Tertiò deduco ex alio, quia Reg. prag
mat. ſanctio reijcit omnes exceptiones,
quæ impugnant ipſam exequtionem, per
quas exequtio impediri valeat quomo-
dolibet, vel differri, & habet vim rei iudi-
catæ, & ſic non reijcit exceptiones modi-
A ficatiuas, * quæ non impugnant aut diffe
runt, aut impediunt ipſam exequtionem
prout ſcripſi ſupra in praced. quaſt. verſ.
Secundò intelligo per ea, quæ ponit Iaſ. in
l. C. de iur. & fact. ignor. Sed tale pactũ
13 † de non opponẽdo non ſolum reijcit ex-
ceptiones impugnatiuas, ſed etiã modifi-
catiuas ex quo illa differt poſt facta ſolu-
tionẽ, ergo pinguius prouidet tale pactũ
reiectiuum circa huiuſmodi exceptiones
reijciendas, ſed etiam circa modum pro-
cedendi exequtiuum, vt ſi contingerit pi-
gnora, & quæuis bona capi, non poſſunt
adiudicari creditori, nec inſolutum dari,
ſed vendere ad diſcurſum plus offerenti
abſque aliqua æſtimatione, & nullis ſerua
tis Curię ſolemnitatibus, & liceat variari
de bonis ad perſonas, & de perſonis ad
bona toties quoties viſum fuerit expedi-
re. Ex quibus verbis & alijs, quæ conſue-
uerunt apponi de ſtylo & conſuetudine
notariorum in huiuſmodi contractu ſub-
iugatorio, & in huiuſmodi pacto de non
opponendo, quæ cenſeri debent pro ap-
poſitis *vt voluit gloſ. & Doct. in l. ſi. C. de*
fideiuſſ. & Iaſ. in l. certi conditio §. ſi num
mos ff. ſi cert. pet. et in l. vt liberis C. de col
lat. ſequitur, quod ex his pinguius pro-
uidet tale pactum de non opponendo ad
reijciendas omnes exceptiones quę fiunt
per ipſum principalem venditorẽ, aut fi-
deiuſſores, aut hæredes, quã fieret contra
eos per dictam Reg. prag. ſanctionem
& pro dicto pacto reiectiuo de non op-
ponendo *vide quæ ſcripſi in allegationi-*
bus meis lib. 1. car. 4. & 30. & car. 101.
et vide quæ ſcripſi in ſecundo libro meo in
materia feudali car. 85. & plurib. ſeq.

Aduertendum tamen eſt ad vnũ, quod
licet tale pactum de non opponendo dif-
ferat, & impediat omnes exceptiones an-
te ſolutionem prout ſuperius dixi; illas
14 tamen impedit, & differt reſpectu con-
trahentis nominati in contractu ſubiuga
torio, & eius fideiuſſoris, & hæredis, non
B autem reſpectu tertij * non nominati in
contractu, ſeu poſſidentis corpora ſpe-
cialiter ſubiugata *prout voluit Bald. in l.*
2. C. de exequ. re. iud. & in l. ſi pro te C.
de dot. promiſſio. voluit Socc. Iun. in ſimi-
li conſ. 158. incip. viſis in 4. col. verſ. Sed
ego volum. 2. quia tale pactum non afficit
ſingularem ſucceſſorem, niſi quatenus for
tè haberet facultatem rei conſtituendæ
vt in l. 3. §. hæres ff. commod. & ponunt
Doct. in l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig &
quia perſona extranea non nominata in
d. contractu non ſubauditur *l. ſi ſtipulatus*
§. Chryſogonus ff. de verb. oblig. & dixit
Bal. in d. l. ſi pro te, ſicut dicimus, quod
15 iuramentum † non afficit niſi perſonam
iurantis, quoad reatum periurij, nec non
perſonam iurantis, & eius hæredis, quo
ad obſeruãtiam iuramenti *vt dixit Bar.*
& Doct. in l. qui ſuperſtitis ff. de acqui. hæ
red.

red. & in l. cum quis decedens §. codicillis ff. de leg. 3. Innoc. & alij in cap. veritatis de iur. iur. & ſuperius dixi.

Ex quibus infero, quòd licet ſit magna vis huius pacti de non opponendo, & iuramenti appoſitorum in d. cõtractu ſubiugatorio, illa tamen extendũt vires ſuas, & effectus reſpectu venditoris, fideiuſſoris, & hæredum ſuorum, non autem reſpectu tertij non iurantis, nec ſuccedentis titulo hæreditario perſonæ iurantis, nec nominati in d. contractu ſubiugatorio, quod ſatis dicitur ex verbis Apoſtolicæ Bullæ, dum contrahentibus dat plenam licentiam, & liberam facultatem contrahendi, vendendi, & emendi, & alia de quibus inter ementes, & vendentes huiuſmodi cenſualia conuentum, & in pactum deductum fuerit, & ſic loquitur inter ementes, & vendentes, & non inter tertias, vel extraneas perſonas non nominatas in dicto contractu, & per ea, quæ ſuperius dicta ſunt, & hæc pro nunc dicta ſufficiant ſalua meliori conſideratione, & reuiſione librorum cum tempus contingerit magis oportunum.

ADDITIO.

* *Penis.*] Pena in contractu cenſus quando apponi poſſit *Roder. de annu. reddit. lib. 2 quæſt. 14. per totam.*

* *Fideiuſſor.*] Vide *Roder. de annu. reddit. lib. 2. quæſt. 12.* vbi quando liceat fideiuſſori redditus aliquid accipere pro fideiuſſione, & an creditor poſſit aliquid accipere vt fideiuſſorem ab obligatione eximat vbi infinitos allegat *& in quæſt. 13.* vbi ponit quando fideiuſſor qui emit redditus poſcit cogere debitorem vt redimat redditum & ibi latè multa in materia, *Felicia. de Cenſib. cap. 4. nu. 5. lib. 1. cap. 7. nu. 17. lib. 3. Anton. de Ball. quæſt. 20. Auenda. de Cenſib. cap. 94. & 97. Salas de cenſib. dub. 37.*

* *Pactum de non opponendo.*] Et quid operetur pactum de non opponendo lapſo decennio *Anton. de Ball. quæſt. 14.*

A *Modificatiuas.*] De hoc dicto vide *D. Milan. deciſ. 13. nu. 71. cum ſequ. lib. 2.* vbi multa & notabilia.

17 Quæro an tertius† cum ſit debitor in decem quolibet anno ſoluẽdo quindecim, vel per errorẽ, vel aliam cauſam, illud plus extenuet ſortẽ, & videtur quod non quia non eo animo ſolutum & receptũ dicitur per contrahentes * *Adde Roder. de annu. reddit. lib. 1. quæſt. 7. num. 39.* vbi alia conſiderat tenendo hanc opinionem *& quæſt. 9. per totam* vbi quærit an hoc caſu ſubiugatarius poſſit petere ſortem *Lup. de vſur. commen. 2. §. 3. num. 90.* & quid ſi ſit minor *Roder. eod. lib. quæſt. 10.*

Tu dic contra *per text. in l. poſt rem iudicatã §. 1. verſ. Si tamen & verſ. vſque ad eo ff. de tranſ. l. creditor §. ſi ff. de ſol. & melior. text. in l. ſi non ſortem in princ. ff. de cond. indeb.* vbi ſolutio indebita vſurarum ipſo iure indeputatur ſorti ſequitur *Ioann. Franc. de Pont. conſ. 70. nu. 25. & ſeq. Milan. deciſ. 2. nu. 64. lib. 2.* vbi dicit ita fuiſſe iudicatum in cauſa Regij fiſci contra Fidericum Campixano; & ita etiam inueni deciſum per Tribunal Regij patrimonij pro Regio fiſco contra Baronem Bochæ die 29. Iulij xv. indictione 1587.

B *Tertij.*] * Vide *Anton. de Ball. quæſt. 31. Milan. deciſ. 7. nu. 5. lib. 2. & deciſ. 13. nu. 74. cum ſeq. eod. lib.* & in pacto ad diſcurſum dixi *in deciſ. 89. lib. 1.* Sed an tertius poſſeſſor & ſucceſſor in feudo, qui prætendit declarari facere ſubiugationes factas per eius anteceſſores non afficere Baroniam, † audiatur non dum facta ſolutione, ſi ſuper feudo debeantur

18 cenſualia decurſa. In hac quæſtione *Milan. in deciſ. 7. per totã lib. 2.* tenet, quod non, & ita fuiſſe deciſum per M.R.C. in cauſa illa teſtatur ex pluribus de quibus per eum ne aliorum dicta repetamus.

In contrarium eſt veritas quod vtique audiatur, & ſi fuerit cauſata exequtio, non per hoc impedietur ex hac petitione principaliter intentanda, ſed ſuum ſortietur effectum, & ita fuit pluries deciſum in M.R.C. & nouiſſimè per Tribunal Conſiſtorij S.R.C. pro Donna Zenobia de Termine vti Balia, & tutrice Baronis Berrabaidæ contra plures ſubiugatarios, vbi fuit dictum, Audiatur ita quod impediatur exequtio, & quidem ſumma conſideratione, vt frequenter in hoc Tribunali iudicari aſſolet: nam huiuſmodi petitio debitam habet formam ex eo quod Baro ſuccedit ex pacto & prouidentia in feudo ad reſciſſionem, ſeu declarationem obligationes per alios factas non afficere feuda vt probat *tex. in l. diſſolutè C. de condit. ſin. cauſ. & text. gloſ. & Doct. in l. ſi contendat ff. de fideiuſſ. & tex in l. ſi pater tuus in fin. C. qui bon. ced. poſſ. & gloſ. in l. Aurelius §. centum in ver. conſequi ff.* de

de lib. leg. per quæ iura probatur poſſe per aliquem peti principaliter pronunciari ſe non teneri, & dixit *Bart. in l. ſi finita §. eleganter ff de dam. infect. Bal. in terminis in conſ.* 187. *num.* 1. *vol.* 1. *Anchar. in Clem.* 1. *de re iud. nu.* 8.

Difficultas ſtat in reſpondendo obiectis *per Milan. in d. deciſ.* 7. & primo nõ obſtat quatenus per ipſum dicitur quod ſubiugatio ſubſiſtit ſuper Baronia & contractus non eſt nullus, & opus eſt reuocatione, quo caſu qui detinet tenetur ex forma prag. nam reſpõdetur, quod verum eſt quod ſi Baronia ſuper qua ſubiugatur eſt obligata: nam ideò fit huiuſmodi petitio, verum etiam eſt, quod dum detinet poteſt contra eum cauſari exequtio ſtante priuilegio Reg. prag. de quo alibi diximus *in quaſt.* 6. Sed quod non poſſit principaliter peti quod declaretur ſubiugationes non afficere hoc negatur ex ſupra firmatis deciſionibus; Nec ex pragmatica hoc negatur; quia priuilegiat tantum exequtionem contractus ſubiugatorij annuorum redditũum, ſed non cenſum ipſum, vt alias dixi, & reſpicit modum circa exceptiones proponendas, *ibi qua quidem exequtio, &c.* ergo eſt caſus ommiſſus habens diuerſam rationem, & ideò non bene ſequitur, quod priuata exceptione, fit priuata actio, quia illa eſt ſummaria, & retardaret exequtionem, iſta eſt ordinaria, & non retardat ſecundum *Bal. in l.* 1. *nu.* 3. *C. ne lic. peru. Are. conſ.* 75.

Secundò nil facit id quod dixit *Milan* & proprie *nu.* 23. quod ea verba in prag. *(Tamquam res iudicatas nulla prouocatione ſuſpenſas exequtionem habere)* ſignificãt, quod idem ſit, quod res iudicata aduerſus quam nõ admittuntur exceptiones aduerſus exequtionem, ac etiam illa verba quæ quidem exequtio nullo nullitatis obiectu retardari poſſit) nam vt patet ex verbis prædictæ ſententiæ non impeditur aliquo modo ipſius cenſus exequtio; & tamen prag. non impedit remedium prouocationis principaliter.

Tertiò non refragatur quod obſtat pactum de non opponendo, quod continet pactum de non præueniendo adiectum in contractu ſubiugatorio, quod pactum & ſi ſit perſonale, tamen tranſit contra tertium dum detinet, & ideo eius bona venduntur ad diſcurſum ex forma prag. Non reſpondeo, quod verum eſt, quod exequtio fit contra tertium eo modo quo fieret contra principalem, & cum omnibus pactis in contractu adiectis, ſed quod pactum de non opponendo liget tertium adeò, vt non poſſit præuenire hoc de iure non eſt verum ex traditis per Auth. hic, & poſſem cumulare mille alios, nec ex verbis pragmaticæ hoc prohibetur, ſed tantum impedimentum exequtionis, quod quidem locum ſibi non vendicabit ſtante forma prædictæ deciſionis.

Quartò non obſtat, quod cauſata exequtione petitio reſoluitur in vim exceptionis, & ideò non debet audiri quia videtur obſtare prag. vt dicit *Milan. nu.* 36. *ex Dec. poſt Aret. in cap. in præſentia not.* 3. *de probat. Socc. conſ.* 94. *num.* 6. *vol.* 3. *Vinc. de Franc. deciſ.* 385. Nam reſpondetur, quod hoc procederet ſi fuiſſet propoſita petitio iuxta terminos *l. diffamari C. de ing.* & manum quod agat, aut perpetuum imponatur ſilentium, & tunc propoſita petitio reſoluitur in vim exceptionis, ſecus quando proponitur aliquid pronuntiari ſuper aliquo iure, tunc in iſtis terminis *l. ſi contendat ff. de fideiuſſ.* non reſoluitur petitio in vim exceptionis, ſed dicitur præuenta iuriſdictio, & corã hoc iudice cauſa agitatur, etiam quod reus duos haberet iudices, & tamen ſi reſolueretur in vim exceptionis nec daretur præuentio, & poſſet conueniri coram eo vbi proponit actionem actor, & ibi traheretur cauſa quod negat *Socc. in conſ.* 41. *nu.* 4. *&* 5. *lib.* 1. *& in cap. propoſuiſti de for. comp.* faciendo differentiam inter terminos *l. ſi contendat, & in l. diffamari,* & ita loquitur *d. Vinc. de Franc. in d. deciſ.* 385. *num.* 2.

Vltimò reſpondetur quod tunc propoſita actione per actorem reſoluitur petitio rei in vim exceptionis, quãdo vnus libellus ſufficit pro vtroque, & quia ſecundus libellus eſt præiudicialis ad primum, debet in primo ſuperſederi, & ſufficit reo, quod ſibi ſit conſultum per viam exceptionis; Sed ſi reus per viam agendi contrario libello intendit aliquid conſequi, quod ſub defenſione, & exceptione non concludebatur, & tunc indiſtinctè admittitur libellus contrarius ita in terminis declarat *Franc in cap. dilecto nu.* 53. *de app. & prapo. num.* 48. ſed in caſu propoſito reus excipiendo non conſequitur exceptionem, & abſolutionem in
19 futuris cathamenis, quinimo exceptio † rei iudicatæ in vno cathameno non obſtat in alio *Imol. conſ.* 130. *Aloyſ. de Sept. in add. ad banc Bulla* * *Roder. lib.* 1. *quæſt.* 15. *ſub num.* 28. *Gigan. de Penſio. quæſt.* 83. ergo admittitur petitio, per quam reus ſatis plus conſequitur quam includeretur in exceptione, & ideò in diuerſis terminis ſumus. Item quando petitio continet diuerſam rem tunc non reſoluitur petitio *l. inter me & te ff. de excep. rei iudic. Bald. in terminis quem omnino videas in conſil.* 187. *volum.* 1. *incip. ſuper quæſt. vertente* vbi latè tractat materiam & ſubtiliter an ſi quis excipit poſſit interim agere, & in *nu.* 5.

num. 5. ſubdit aliquando reus vult ſibi aliquid adiucari vel fieri, & non poteſt conſequi per ſolum exceptionis obiectum, & tunc non prohibetur excipiendo intentionem actoris negare ad actorem repellendum, & nihilominus interim agere ad pleniorem effectum conſequendum, & ideò ſtantibus prædictis, vt dixi fuit iudicatum quod audiatur, ita quod non impediatur exequtio de menſe Decembris die 17. anno 1600.

Sed an valeat pactum quod pro exequtione inſtrumenti redditus poſſit deſtinari commiſſarius, vide *Roder. de annu. reddit. lib. 2. quæſt. 6. num.* 9. & 10.

Item quid de pacto apponi ſolito quod vendantur bona ſubiugata *Fider. Martin. de Cenſib. cap. 6. num.* 269. & 272.

Item an valeat pactum quod debitor cenſus poſſit carcerari *Fider. Martin. de Cenſib. d. cap. 6. num.* 306. *Roder. lib. 2. quæſt.* 10. vbi etiam habes an admittatur beneficium ceſſionis bonorum.

Don Garſias Maſtrillus.

COR

CORRADINI PVTEI I. C. SICVLI AGRIGENTINI CELEBERRIMI, CIVITATIS Nouariæ Prætoris iuſtiſsimi

AD BVLLAM APOSTOLICAM *Nicolai V. & Reg. Pramat. Alphonſi de Cenſibus.*

DOCTISSIMAE ADNOTATIONES.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtica perſona an comprehendantur ſub diſpſitione Reg. pragmat.*
2 *Emptor rei ſubiugata tenetur ad opera cenſualia praterita.*
3 *Detentor deſinens poſſidere, ſi eſt prauentus non euadit ſolutionem.*
4 *Hypoteca ſpetialis qua dicatur.*
5 *Obligatio omnium, & ſingulorum bonorum babet vim ſpecialis bypotbeca.*
6 *Bona peruentura non poſſunt obligari in Bulla.*
Quid ſi creditor conſit alienationi rei ſibi ſubiugata nu. 7.
8 *Exceptio nullitatis an reÿciatur ex forma pragmatica.*
9 *Tertius pro ſuo intereſſe quando impediat exequtionem contractus bullaris.*
10 *Detentor tamdiu tenetur, quamdiu poſſidet.*
11 *Verbum (fuerint) appoſitum in pragmatica quid operetur.*
12 *Exceptio qualibet an admittatur contra ceſſionarium ſubiugatarÿ, & nu. 17.*
13 *Ritus Regni circa ratum procedit tãtum inter contrabentes ibidem.*
14 *Exceptio reſolutiouis dominÿ an admittatur in Bulla.*
15 *Exceptio Falſitatis an admittatur.*
16 *Exceptio metus an admittatur in Bulla.*
18 *Poſſidens vnum ex pradÿs ſubiugatis tenetur pro rata.*
19 *Officium Iudicis an poſſit implorari aduerſus executionem iuxta formam Bulla.*
20 *Exceptio ſolutionis facta alÿs creditoribus babentibus par priuilegium admittitur.*
21 *Exceptio ceſſionis bonorum admittitur Bulla.*

1 IBI *Vendiderunt.*] † Quæro an iſta Pragmatica habeat locum in perſonis Eccleſiaſticis, quæ habent priuilegium ne conueniantur niſi inquantum facere poſſunt, adeo quod non poſſunt carcerari *per tex. in cap. Odoardus extra de ſolut.* Ego dico quod ſic, nam clericus, qui eſt hæres ſubiugantis poteſt compelli ſoluere iura cenſualia pro poſſeſſionibus cenſualibus in eum tranſlatis, quia illud eſt onus reale, & res tranſit cum onere ſuo ad quemlibet poſſeſſorem *l. Pomponius §. cum quod ff. acquir. poſſeſſ. l. vnica C. rem alien. & tradit Io. Mona. in c. 1. de immu. Eccleſ. in 6. & eſt tex. in cap. 1. de immu. Eccleſia, & ibi Arcbid. & Ioan. And. Bald. in l. reſcriptum §. ſciendum ff. de mu. & oner. & l. placet C. de ſacroſanct. & in l. neminem C. de eod tit. et in auct. nulla communitas C. de Epiſc. & clerie. plenè per Alex. in apoſtill. ad Bart. in l. incolas ff. ad municip.*

Sed quęro de pulcra quæſtione, quid ſi aliquis emit rem ſubiugatam ab illo qui
3 numquam ſoluit, An emptor † teneatur ad onera præterita? Vide *Ioan. Andr. in add. ad Specul. in tit. de cenſib. §. nunc Domini in 3. col. Bart. in l. licitatio in fine C. de pubisc. Spec. in tit. de mun. eccl.*

Ibi *Detentorem*] Dicunt hic ſcribentes Catinæ, quod ſi eſt cauſata executio contra detentorem, & detentor deſinit poſſidere, quod ſi eſt præuentum non euadit ſolutionem iurium cenſualium pręteritorum ſecus ſi non eſt præuentum, & allegant *l. incolas, & ibi gloſ. & docto. ff. ad municip.* Ego vltra eos allego *Bar. in l. 1. §. fin. in pen. col. verſ. ſuper. 3. punto, ff.*

quod

quod cuius. vni. nomin. in ſpec. in tit. de cẽſ. §. 1. verſ. quod ſi aliquis ruſticus Alex. in apoſt. ad Bar. in l. incolas Bal. & Ang. in l. cum fructuarius ff. de vſufruc. Alex. in l. prætor ait §. hoc edictum ff. de dan. infecto, et ibi Paul. de Caſtr. Imol. in l. imperator in princ. de leg. 2. Bar. et Imol. in l. is cum quo ff. de aequ. plu. arcen. Feli. in cap. in eccleſiarum nu. 78. conſtit. & eſt tex. & ibi gloſ. fin. C. ſine cenſ. vel reliq. fun. & in l. cum poſſeſſor §. fi. ff. de cenſ. & in l. imperatores & ibi Paulus de Caſtr. ff. de publ. Anton. de Butrio in conſ. 8. incip. tam copioſe Socci. conſ. 217. vlt. col. verſ. 10. confirmatur per gloſ. in l. imperatores & in cap. tua nobis extra de decim. & notatur in l. ſi quis per ſcribẽtes C. de fid. inſtru. per Albert. in d. l. imperatores Paul. de Caſt. in conſ. 423. incip. viſo puncto in primo vol.

4 Ibi Specialiter.] Nota quod ad rẽ ſpecialis hypothecę requiritur, quod res quę obligatur ſit originaliter in bonis ſubiugãtis ſecundũ Angel. in l. 1. §. cum prædiũ et in d. l. quæſitũ §. et quod non dicitur ff. de pign. quem allegant hic Mod. cath. ſed ego allego Angel. in l. non bene ff. de pet. hæred. Bar. in l. rem alienã in 1. col. verſ. not. iſtã gl. ff. de pign. act. Bal. in conſ. 55. et in cõſ. 146. et in conſ. 29. in 1. par. et in cõſ. 36. in 3. par. Alex. conſ. 132. cũ ſeq. 2. vol. et in l. in rebus C. de iur. doti. Cuma. in conſ. 150. incip. quamuis in premiſſa.

5 Sed quæro quid ſi obligauit omnia, & ſingula bona ſua in genere, An iſta obligatio habeat vim ſpecialis hypothecę? & dicas quod ſic per tex. in c. vt circa de elect. in 6. per ea quæ tradit Soc. in conſ. 300. incip. in cauſa appell. col. 2. vol. 2. Angel. in tracta. malef. in verb. ſuper quibus omnibus & ſingulis Roman. in conſ. 110. in 4. col. Corn. conſ. 14. in 3. vol.

Vnum tamen non ommitto quod mihi valde ſingulariter videtur, quod licet quis generaliter poſſit obligare omnia bona ſua præſentia, & futura ſecũdum l. fin. C. quæ res pignor. oblig. poſſeſſ. tamen non poteſt quis ſpecialiter obligare bona adeum per ventura ex hæreditate titij, vn-
6 de reſultat vnũ quod eſt valde mirabile, quod licet iſta bona poſſint generaliter obligari, non tamen poſſunt ſpecialiter obligari, & ſic eſt dare caſum quod plus operatur generalis quã ſpecialis eſt, & alius pulcher caſus ad quẽ generalis obli-
7 gatio bonorum non trahitur, quando creditor concedit debitori vt aliquã rem ſibi obligatam alienet, quia ſi illam alienat & poſtea ex nouo tit. illam acquirat, non poterit creditor agere per virtutem generalis hypothecæ in qua veniunt futura intelligere illã rem de nouo acquiſitã text. eſt ſingul. quem ibi Bart. multum not. in l. fin. C. de remiſſ. pignor. tradit eleganter dominus meus Curtius in l. fin. 2. col. C. de pignor. act.

8 Sed ſi Bulla reijciat exceptionem nullitatis contractus, quæ oritur ex ipſomet contractu Bart. in l. cum qui ita de verb. oblig. & Bal. in l. ex prædio C. de euictio. Rom. conſ. 42. verſ. hoc quidem. hoc idem tenet quod ex quo iſta exceptio ineſt actioni, quod nullo pacto cenſetur, excluſa quod cõfirmatur per elegans cõſ. Oldrad. in conſ. 106, incip. quod littera executoria, & ibi inquit quod licet ſtatutũ, vel conſtitutio vtatur iſtis verbis generalibus vt nullitas admittatur, vel nullitatis exceptio excludatur, hoc debet intelligi quãdo incontinenti ex actis prompta nullitatis nõ offertur probatio, iſte eſt caſus in l. 1. C. quãdo prouoc. nõ eſt neceſſe et eſt tex. in cap. litteras in pen. verſ. ibi probationes offerente in cap. parare de reſtit. Spolia. hoc idem tenet Roma. in conſ. 141. & ſic licet Bulla excludat exceptionem nullitatis, tamen non excludit exceptionem nullitatis peruenientem ex actis, vt belliſſime dixit Bar. in l. ſi non ſortẽ §. de cond indeb. quod exceptio nullitatis non eſt proprie exceptio, ſed eſt nullitatis defenſio, & hoc eſt maximi damni in ſtatuto, quod proprie non autem improprie intelligi debet l. 3. §. hæc verba ff. de nego. geſt. l. 1. §. his qui nauem ff. de exerc. actio. l. 1. §. qui in perpetuum ff. ſi ager vecti. pet.

An executio cauſata vigore inſtrumenti guarẽtigiati ſecundum formam huius pragmaticæ poſſit impediri per tertium comparentem pro intereſſe dico quod ſic & allego dictum Bald. in l. 2. in 2. col. verſic. ſed quid ſi dicas C. de execut. rei
9 iudic. vbi inquit quod inſtrumentũ guarentigiæ non habet executionem paratã contra tertium comparentẽ pro ſuo intereſſe, & pro hoc alleg. tex. in cap. ſuper eo de offic. de leg. vbi remotio appellationis non operatur, quo ad tertiũ comparentẽ pro ſuo intereſſe, & ratio poteſt eſſe, quia numquam Principes præſumitur velle præiudicare iuri tertij, vt tradit eleganter Fely. in cap. cauſam in 15. col. verſ. interpretatio priuilegiorũ de reſcript. Imol. & Paul. de Caſtro, & Paul. de Allazar. in Clement. 1. in 4. col. verſ. numquid autem de reſcind. vendit. Rot. in deciſ. vlt. in antiquis Felin. in cap. cum ſuper de re-

P ſtit.

*ſtit. iud.& cap.veniens. lo 2. 1. colum.&
conſ. 93.*
Ibi *quamdiu.*] Et ſic patet per ipſum
10 *tex.*quod tãdiu tenetur detẽtor † quam-
diu poſſidet.Si ergo deſinit poſſidere ceſ-
ſat ius executiuum,vt dicunt hic moder-
niſſimi Catinenſes per doctri. *Bart. in l.
creditores. in 7.colum.C. de pignor.* quod
confirmo per arg. à contrario ſenſu iſti-
us pragmaticæ,quod eſt validum in iure,
vt ſequitur *Bart in l.1.in fi.ff.de offic.eius
cui manda.de iuſt.et iure,et latiſſime Iaſ.
in d.l.1.in vlt.col.*Secundo adduco *tex.in
l.pomponius §. idem pomponius ff. famil.
herciſ.*Ibi dum dicit *text. quamdiu tãdiu
conſuetudinem habeant ad nos reuerten-
di.* Ergo à contrario ſenſu, quod eſt va-
lidum in iure, *l. 1.§. huius rei fortiſſimus
ff.de offic.eius cui manda eſt iuriſdit.*ſi co
lumbę non habent conſuetudinem reuer
tendi ceſſat actio furti, pari ergo ra-
tione debet etiam dici in terminis huius
ſtatuti,quod ſi detentor rei hypothecatę
deſinit poſſidere,ceſſat ius executiuum,
cum ſit onus reale,& rei cohereat,& cer-
to loco ſit limitatum quia donec eſt in
loco detentor tenetur.
11 Ibi *fuerint.*] Vltra ſcribentes hic in
Bulla dic,quod quando verbum fuerit re
peritur in præterito,& futuro ſubiunctí-
ui quomodo debeat intellgi,*vide glo.not.
in cap.ad hæc in verſ. elegerint de reſcrip.
Oldrad. in conſ.198. incip. circa primam
Felin.in cap.cum in 10.col.verſ. terſ. ter-
tia concluſio de reſcript. Bart. in l. ſole-
mus ff. de condit. & demonſtra.*
Ibi *Realis ſolutionis.*]Dic quod ſi ſub-
iugatarius cedit ius ſubiugationis alteri
contra detentorem rei ſubiugatæ, & ceſ-
ſionarius vigore illius ceſſionis agit con-
tra debitorem ſeu detentorem, detentor
12 contra ceſſionarium † poteſt opponere
omnes exceptiones, & moueor quia Bul-
la ſuum priuilegium tribuit contrahen-
tibus,non autem alijs qui non ſunt nomi
nati in cõtractu Bullæ. Et Bulla eſt odio-
ſa, & per conſequens eſt reſtringenda
*cap. odia de reg. iur. in 6.cum quidam ff.
de lib. & poſt.* Item ſtatutum priuilegiat
nominatos in contractu, vt inquit *Bald.
in l.ſi quis infitiatus in fi. ff. de poſſeſ.*
ergo nõ videtur quod iſta Bulla poſſit ex-
tendi ad ceſſionariũ, quia in odioſis non
fit extenſio de vna perſona ad aliam *ſe-
cundum doct. in l. ſi vero §.de viro ff ſol.
matri. hoc idem tenet Imol. in l.fi. in an-
tepen.cart. verſ.aduerte tamen in contra-
rium dixit ff. qui & à quib. appellat. non
licet.& Iaſ.in l.certi conditio §.quoniam,
col.4. ff.ſi cert.peta.Bal. in l.1.C.cõmunia
de leg.hoc idẽ tenet Paul.de Caſt.in l.1.§.
exercitorem ff.de exercit. actio.* vbi inquit
quod edictũ *de exercen.actio.*eſt edictum
in fauorem contrahentium, pari ratione
eſt dicendũ in Bulla,quę ſuũ tribuit priui
legiũ contrahentibus,nõ autem alijs per-
ſonis non nominatis in inſtrumẽto ipſius
ſubiugationis & hæc confirmantur per e-
leg.doctr. *Bal.in l.multũ intereſt in 3. col.
C.ſi quis alt.vel ſib.vbi inquit Bal.* quod
quãdo contrahitur, & promittunt princi
pales,originem cõtractui dant, & cõſen-
ſus debet eſſe inter eos,qui originem cõ-
tractui dant,*et eſt tex.in l.huiuſmodi ff.de
contrahen.empt.*ſe hic nullus cõſenſus nul
laq; obligatio, nec præſentia interuenit
inter ceſſionariũ,& ſubiugantẽ (cum obli
gatio non poſſit eſſe ſine radice) & radix
ſine conſenſu, nec conſenſus ſine actu, &
compoſitione formæ verborũ, nec com-
poſitio ſine forma,ſiue perſona. Cũ hæc
tria habeant ſubſtantiare contractũ. Sed
perſonæ cõtrahentes ad habilitatẽ,& vo-
luntas quantũ ad conſenſum deficiunt, &
hæc deficiunt in ceſſionario, quia non eſt
nominatus in inſtrumẽto,ſequitur neceſ-
ſario, quod contra eũ poſſint opponi om
nes exceptiones,& maximè cũ verba Bul
læ ei non conueniãt,nec eius poteſt adap
tari diſpoſitio *l.4.§. toties ff.dam. infect.*
& ex hoc infero vnũ quod eſt valde not.
13 quod licet ritus † Regni dicat,quod pro-
mittens de rato,aut adimpleat,aut carce
retur,quod iſtud ſtatutũ habet tãtum lo-
cum in principalibus cõtrahẽtibus, & nõ
in ceſſionario per ea quę ſupr.dixi,& per
elegãs dictũ *Ant.de Butrio in cõſ.18.col.
vltima verſ. item deciſio appellationis.*
Ibi *Realis ſolutionis.*] Poſſet enim im-
probabiliter dici, quod iſtud ſtatutum
14 non † reijciat exceptionem reſolutionis
dominij, & hoc *per text.in l.lex.vectigal.
de pign.per Bar.in l.Iudices ff.de qua plu.
arcenda in l.4.§.marcello ff. de in diẽ ad-
dit.et Io.Andr.in add.ad ſpecul.in rub.de
oblig. & ſolut. in 3. & 6. col. in duabus
cartis. Alex.in Apoſtill.ad Bart. in l.ſi res
ff.quibus mod.pign. vel hyp.& in conſ.88.
Salic.poſt Bart. in l.2. in 15. quæſt.C. de
reſcind.vend.Fanu.in tract.de pign.in 5.
parte in 1.memb. nu.53.verſ. ſed dubita-
tur,vbi tenet contra Bar.in d.l.ſi res latiſ
ſime per Deci.in conſ.187. in 4.col.Iaſon.
in l.filium quem habitem in 3. col.in vlt.
not.C.famil.herciſ.Bal.in l.1.§.in prouin
ciali C. de ſeru.Salic. in l.fin.§.ſin autem*
ſub

ſub conditione in 1. *not. C. communia de leg. Alex.in l.alia §.eleganter ff.ſolut.matri.in* 4.*colum.*quòd arbitror in omnibus contractibus in quibus reſoluitur ex neceſſitate præcedentis obligationis, & belliſſime tradit *Imol. in conſ.* 8. *verſ. circa tertium tempus* hanc ſententiã confirmo optimo medio,quotieſcumque ſtatutum excludit omnes exceptiones, & aliquas admittit, cenſetur diſſimiles admiſſis excludere, & ſimiles includere, *gloſ. & ibi in l.* 1. *C. de condit. indeb. & eſt text. in capit. cum dilecta, & ibi Panorm. de confirm. vtili,vel inutili, Soccin. in l.ſi is qui ducenta, §. vtrum ff. de reb. dub. colum.* 4. vbi inquit, quod ſi ſtatutum dicat quod contra inſtrumentum poſſit opponi exceptio, niſi ſolutionis non videtur excludere alias exceptiones ſimiles ſecundum *Bald.in l.ſi non verum C. de donat. inter vir. & vxorem, quem ſequitur Socc.in loco præalleg.ita tenet Bal. in l.*1. 1. *C. plus val. quid agi, licet contrarium teneat in l. ſi non ſortem §.*1.*ff. de cond.indeb.*& ratio poteſt eſſe,quod cum res ſubiecta ſit affecta vitio reali cum illo onere cenſetur tranſlata in creditorem hypothecariũ, *vt eſt tex. in l.Pomponius §.cum quis ff.acquir poſſeſ.& ibi not.Docto.ita tenet Bar. in l.in diem ff. de acqu. pluu.arcend.& in l.*4.*§.marcellus ff de in diẽ adiect et Imol in præallegato cõſ.*8. *in* 8.*col.verſ.circa ſecundum tempus*.

Item dico licet Bulla reijciat excep-
15 tionem falſitatis † non tamen reijcit exceptionem falſitatis ex inſtrumento peruenientem *ſecundum Bart. in l. diuus ff. de mil.teſta.& eſt tex.in l.tribunus in fine ff eod.Ita tenet Bal.in l.ſi non ſortem §.*1.*ff.de condi. indeb. & in d.l.ſi non verũ,& latiſſimè Philipp.Franc.in c.dilecto in* 8. *limit.de appell. & late per Felin. & Docto. in cap.ex parte il.* 5.*extra de offic. de leg.Alexan. in apoſtill.ad Bart. in l.*1. *§.& parui.ff. quod vi aut clam.* Non obſtat Bulla quæ expreſſe reijcit exceptionẽ falſitatis executionis ipſius,& quod hoc ſit verum demõſtro apertiſſime,quia Bulla tribuit ſuum priuilegium exequtioni,& illam priuilegiat, non autem inſtrumento,quia conditor huius pragmaticæ ſemper cõſiderauit validitatem ipſius inſtrumenti, quia non eſt veriſimile Principem velle priuilegiare inſtrumentum falſum, nam à quo iura procedunt iniuria naſci non debet. Et maximè hoc dicendum in Principe. Et ſic debet intelligi de falſitate ipſius exequtionis, non autem inſtrumenti: Cogita tamen quia adhuc iſta reſponſio videtur mihi dubitabilis, & contra *text.* apertum ipſius Bullæ, quæ indiſtinctè dicit, quod falſitatis exceptio opponi non poteſt,& non aperit Bulla, an falſitas perueniat in ipſa executione, an ab inſtrumento à quo oritur exequtio. Cum ergo Bulla hoc non dicat, nec nos dicere debemus *l. ſi ſeruum §. prætor ait verſ. non dixit prætor ff. de acquir. hæred. & ex text. melior de iure in cap. ſi detinuerit* 31.*quæſt.* 1. ibi dum dicit *text.* (nec diſtinguendum eſt, quod non diffinit apoſtolus) *cap. ſi Romanorum diſtinct.et cap.ſi euangelica.* In tantum quod idem dicendum arbitror quando reijcit nullitatem, quia intelligitur reſpectu nullitatis ipſius exequtionis cauſatę,& quod ſit verum patet ex verbis claris ipſius Bullæ. Ibi dum dicit,(*quæ quidem exequtio nullo falſitatatis,nullitatis, aut alterius cuiuſuis exceptionis obiectu impediri valeat quomodolibet vel differri*,) & ſic iſtud ſtatutum loquitur de nullitate executionis, non autem inſtrumenti, quia vt dixi non eſt veriſimile principem velle priuilegiare inſtrumentum nullum, & cum ſimus in claris non eſt opus coniecturis *l. ille §. cnm in verbis ff. de leg.* 3. *l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig.*

Ibi *et vtrique parti.*] Adde quod licet iſta Bulla dictet quod inſtrumentũ mittatur executioni non obſtãte quacũque exceptione,quę poſt executionẽ cauſatã reſeruari debet *ſecundũ Imol.et Flor.in l.ſi ſic ff.de leg.*1.*Alex.in conſ.*227.*in* 2.*col.*6. *vol.et cõſ.*326.*in* 2.*vol.Feli.in cap.dilecti col.*4.*verſ.ſed nota de except.*tamen ſi per
16 metum † coegiſti me per publicũ inſtrumentũ ad promittendum tibi aliquid,vel vendendũ. Si poſtea ſolui vel tibi tradidi rẽ,tunc ceſſante metu,non videor approbare contractũ,quia videor ſoluiſſe timore ſtatuti,& inſtrumẽti cõtra quod nõ potuiſſem opponere hãc exceptionẽ, igitur facta ſolutione poſſum repetere. *ita tenet Paul. de Caſt. in l.*2.*C.de his quæ vi met.*

Sed in Bulla poteſt allegari quod quan-
17 do ſunt plura corpora † ſubiecta,& plures sũt obligat, tũc quilibet tenetur pro parte,non in totũ *eſt tex. in cap. conſtitutus, & ibi not.Abb.de relig.dom.Bald. not. in cap.*1.*§.ſimiliter de cont.inueſt.Afflict. in conſtitutione puritatem in* 3.*col.*& hoc ſit ex equitate legis, licet cõtrarium teneat *Bart. in l.moſchis ff. de iur. fiſci.*

Poteſt.n. etiã non improbabiliter dici

in materia iſtius pragmaticæ, quod ſi hæres ceſſionarij ageret vigore dictę ceſſionis aduerſus detētorē rei ſubiugatę, quod vtiq; omnes exceptiones, admittuntur & eo caſu debēt omnes oppoſitiones ſtare, quia Bulla locū habet, & habet priuilegia ſua, vbi cauſatur executio ex ſolo cōtractu Bullæ non admiſſo alio contractu, eſt quando quis venit vt ceſſionarius, quia tunc oppoſitiones admittuntur, ita tenet *d. Septimo in ſuis reportatis in verſ. quarto ſi agit aliquis ceſſionarius*, quod cōprobo ex dictis per *Bal. in l. prima vbi Iaſ. C. mand. in 10. q. et per Alex. in cōſ. 95. 3. col. in 2. vol. n. 10. verſ. vnū, etc.* & pro cauſa, quam dicit *Dec. conſ. 3. col. 2. verſ. non obſtat ſi primo dicatur*, & hęc ſcripſi correnti calamo, quę tenet etiā *d. de Fim. in quibuſdam eius allegationibus*, omnes exceptiones poſsūt itaq; ſibi opponi ex quo hęres nō eſt nominatus in inſtrumēto, quia ſtatutū diſponens, quod cōtra inſtrumentum nō poſſit opponi exceptio, tamen poteſt opponi exceptio, tu nō es nominatus in inſtrumēto, quia non eſt contra inſtrumentū, nec eius tenorem, ſed contra perſonam agentis, qui negatur eſſe hęres, ita per illum *tex.* dicit ſingulariter *Bal. in l. ſi quis inficiatus ff. de pact.* & dicit quod eſt caſus not.

Vnū tamen nō omitto in materia Bullæ, quod licet Bulla reijciat omnes executiones, nō tamen reijcit ſtatutum † quo-
19 minus debitor contra quē exercetur executio poſſit implorare officium Iudicis *Abb. in cap. itē cū quis de reſti. ſpol. Angel. in l. plane, & in l. fin ff. de pet. hæred. Bal. in l. 1. & in l. ſi nō ſortē §. 1. ff. de cond. indeb. & in l. 3. §. ſi is pro quo ff. quod quiſq; iur. et conſ. 41. Angel. in l. nā, & §. poſtea ſi dānetur ff. de iur. iur.* vbi mirabiliter inquit, quod procedatur quando apparet ex actis talem executionē competere, *vt inquit Panor. in cap. inter monaſteriū de re iud. Bal. in l. 1. final. col. C. de cōd. indeb. et in l. ſi executione in 9. q. C. de non num. pec. & in l. in contractib. C. eod. & in l. illicitas in princ ff. de offic. præſid. per Iaſ. in l. 1. in vlt. col. verſ. numquid autem ff. de iuriſd. omn. iud. & plene per Fhilip. Franc. in cap. dilecto in 8. limit. de appell. & hoc idē tenet Bal. in l. 2. col. 2. verſ. ex prædict. C. de iuris & fact. ignor.* in tantum quod licet Bulla reijciat omnes exceptiones numquā illam exceptionē intelligitur excludere, quæ habet ortū ex facto aduerſarij *l. qui officiū §. fin. ff. de contrahen. emptio. et tex. ſingul. in l. cum præponas C. de naut. fen. & in l. veteres in rem ſui*, ibi dū dicit *sext. ſine impedimento ſit ff. de itin. actu priua. & per Barb. in conſ. 28. 1. vol. demū in conſ. 27. in 1 col. Iaſ. in cōſ. 10. 1. vol. Salic. in l. ita nobis pudor. C. ad l. Iul. de adult. Imol. in l. prima §. quæſitum in 3. col. ff. quib. appell. non licet.*

20 Ibi *Realis ſolutionis.*] An Bulla admittat exceptionē † ſolutionis factæ alijs creditoribus habētibus par priuilegiū, ſicut ille qui cauſauit executionē. Dico quod ſic, & moueor, quia priuilegiū conceſſum ſubiugationibus in agēdo, nō videtur eſſe conceſſum contra pariter priuilegiatum, qua ratione fauetur ſubiugatorio inagēdo, multo fortius excipiendo, quia cui damus actionē, multo fortius exceptionem & per hoc eſt *tex. in c. 2. de ord. cogni.* vbi eſt caſus, quod agens ſpoliatorio iudicio in quo non admittuntur defenſiones *l. ſi quis ad ſe fundū C. ad l. iul. de vi publi cū ſimil.* qui autē agit de ſecundo ſpolio auditur, quia potuiſſet agere cōtra eum. Ita tradit eleganter *Dec. per illum tex. in d. c. 2. de ord. cogn. & in cōſ. 200. inci. in caſu propoſito*, propterea dixit not. *d. Abb in d. c. 2.* quod quando priuilegium actoris eſt reſpectu eiuſdē cauſæ magis fauetur reo, quem ſequitur conſicul. meus *barb.* ibi per plura hoc idem tenet *Angel. in l. licet C. de exceptio.*

Sed dubitari poteſt in Bulla, an ille cōtra quem exercetur executio poſſit gau-
21 dere beneficio ceſſionis bonorū † quod ſuccedit loco ſolutionis, & hoc dictū arbitror quod non habet locū in Bulla, & moueor quia beneficiū ceſſionis habet vim fictæ ſolutionis, & ſtatutū debet intelligi in caſu vero non in caſu ficto *l. 1. §. hæc verba ff. de neg. geſ.* ſecundo moueor, quia Bulla loquitur de actu naturali *l. ſolutam ff. de ſolut. et not. C. qui pot. in pig. habean. l. aſſiduis in gl. parua per Bal. in l. ſi non ſortē §. 1. in 1. col. verſ. quia in exceptione ſolutionis fictæ ff. de cond. indeb.* vbi etiā examinat quid in confeſſione de ſoluto. vbi inquit quod licet confeſſio non inducat actū naturalem, tamen ipſam probat *ff. de ſol. l. propter § fin. de poſ. l. ſi ita ſtipulatus §. gryſogonus ff. de verb. oblig.* non tamen hoc eſt verum in beneficio ceſſionis bonorum cum dicatur ſoluere ille, qui implorat miſerabile ceſſionis refugium, cuius loco ſucceſſit conſuetudo Panormitana, igitur plaudite conſiculi, ſiculo complaudite veſtro.

GAS-

GASPARIS RIERA I. C. CATINENSIS

AD BVLLAM APOSTOLICAM Nicolai V. & Reg. Pramat. Alphonſi de Cenſibus.

APOSTILLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Dictio quandocumque in pacto retrouendendi quid operetur.*
2 *Exceptio præſcriptionis eſt reiecta per Bullam.*
3 *Creditor an poſſit petere vt in ſe transferatur poſſeſſio rei ſubiugatæ.*
4 *Exceptiones quæ veniunt ex natura rei admittuntur non obſtante pragmatica.*
5 *Exceptio quæ legitur in inſtrumento an admittatur & nu. 6.*
7 *Decennio elapſo non proceditur per viam cedulæ.*
8 *Pragmatica ſolum priuilegiat exequtionem & num. 8.*

QVALITER intelliganțut illa verba ſolita apponi in contractibus iuxta formam Bullæ, Cũ ſæpe partes ſoleant paciſci. Quod ſit licitum ſubiuganti reluere infra annos nouẽ vel quãdocum-
1 que. † Numquid dicendo quandocũque illa reluitio ſit permiſſa ſubiuganti ſemper,& ſic ſine temporis pręfinitione? *Dominus Matthæus de Aſſlict. in tract. de iure congrui in §. licet ſupra diximus in 7. col.* dicit quod illud verbum *(quandocumque)* intelligitur vſque ad triginta annos, Nam illud verbum *(quandocumque)* non excludit præſcriptionem triginta annorum *not. Bald. in l. quod ſi nolit §. ſi quis ita ff. de ædilict. in autb. quas actiones C. de ſacroſ. Eccleſ. Ludou. in l. 1. de vſucap. Bald. in cap. 1. §. fin. de cap. corr. Modern. in l. nemo poteſt ff. de leg. 1. Andr. de Iſern. in cap. 1. de feud. dat in vic. l. commiſſ. Doctores in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend.* Sed Bulla ſemper habuit interpretationem, quod illud verbũ *quandocumque* intelligatur in materia il-
2 lius Bullæ ſine temporis præfinitione, eo quia exceptio præſcriptionis eſt penitus reiecta & repulſa per bullam, *vt Angel. conſ. 55.*

In *tex.* ibi *Contrahentium ſeritate.*] Et
3 ſic an poſſit creditor petere vt in ſe trãſferatur poſſeſſio rei ſubiugatæ, fortè quia debitor eſſet dilapidator, vel tirãnus qui ſi poſſideret non ſolueret cenſum? Puto quod ſic cum Bulla non contradicat, immo affirmet hic in verbo ſecuritate.

In *tex.* ibi *Cuiuſuis exceptionis.*] Ad-
4 de quod exceptiones quæ veniunt ex natura rei ſemper ſunt permiſſæ, quinimo inſunt actioni intẽtatę, & ipſam euacuãt, quoniam ſunt liquidæ etiam nemine opponente *ſecundum D. Alexan. & Bald. in l. filie licet C. de coll. Bart. in l. cum qui ita §. qui ita ff. de verb. oblig. Bald. in l. ex prædijs C. de euict. Angel. in l. item C. eod. facit l. quæro §. interlocutorem ff. de locat. et in l. offerri ff. de Action. empt. verſ. cenſerentur ineſſe conuẽtioni exceptiones ex natura ſua competentes*; ſic ſi contra petẽtem dotem opponatur de matrimonio non ſecuto, *vt l. extraneus ff. de condict. ob cauſ.* Sed numquid iſtud verbum
5 *Cuiuſuis* † iuncto quod poſtea nõ exceptuat, niſi vnum caſum ſolutionis in verb. *præterquam* videatur excludere omnem exceptionem etiam concretam quę legeretur in inſtrumento? videtur quod ſic, quia qui omne excludit nihil includit *argum. l. hoc articulo ff. de hæred. inſt. facit quod not. gloſ. in verſ. quoquomodo in l. quidã teſtamento §. 1. ff. de libert.* & quod in ſimili conſuluit *Angel. conſ. 224. colum. penult.* dum allegat *cap. ſedes de Reſcript.* vbi non excluduntur maiores caſus, & dicit *Alexan. in Autb. ex teſtamento in verbo Aliorum datorum C. de coll. & Paul. de Caſtr. & alij in l. ſi conſtante in princ. ff. ſolut. matr.* Adde etiam quod exceptio
6 concreta quæ apparet ex inſtrumento † quo ſe fundat agens non intelligitur excluſa per iſtud ſtatutũ *Salic. in l. ex prædys*

MAOI

dijs C.de euict. Alex. in l.4. §.condemnatum ff. de re iud. Sed an admittatur exceptio compenſationis *Alex. late in l. 1. C.de iur.& fact. ingn. in Apoſtil.magna.*

In *tex.*ibi *Paratam exequtionem.*] Sed an ſi eſſet elapſu decẽnium poſſit agi per viam cedulæ cõtra tertium poſſeſſorem, ſicuti poteſt fieri exequtio, Et certum eſt quod non, quia iſta Bulla eſt exorbitans à iure communi, & Ritu, cum permittat fieri exequtionem contra tertium poſſeſſorem non obligatum obligatione perſonali, & etiam contra formã Ritus, & ideo non eſt extendenda in alium caſum, in quo aliter diſponitur ex forma Ritus, qui vult quod per viam cedulæ poſſit agi cõtra debitorem, & non cõtra detentorem, & cum ritus non poſſit trahi ad alios caſus aliter deciſos de iure communi, quo diſponitur quod contra tertium debet procedi actione hypothecaria, ideo non poteſt procedi per viam cedulæ, & ita fuit iudicatum per M.C.

In *text.* ibi *Circa exequtiones.*] Et ſic clarè patet quod ſolum priuilegiat exe-
8 cutiones † Et ideo non poteſt trahi ad caſum cedulæ, quia lex corrigens ius in vno, non intelligitur corrigere in alio, quandò duo ſunt ab aliqua lege inducta *l. præcipimus C.de appell.*& maxime quia eſt elapſum decennium, quia ex forma ritus proceditur per viam cedulæ, & ſic reſtringitur iſtud ſtatutum ab illo *Argumen.l.non eſt nouum & l. ſed & poſteriores ff. de leg.* & non denegabuntur oppoſitiones.

In *tex.* ibi *Quæ quidem executio.*] Vide aliqua per *Beltrand. conſ.302. 2. vol.*
9 Et nota illud verbum † quaſi dicat, quod velit priuilegiare huiuſmodi contractus ſubiugationis, dirigens ſe via executiua, ſecus ſi forte aliter ſe direxerit puta per viam ceædulæ poſt decennium ex forma Ritus.

IOAN-

IOANNIS PHILIPPI
DE PATERNIONE
PATRITII CATINENSIS
IVRICONSVLTI CELEBERRIMI
IVDICIS M. R. C. REGNI SICILIAE
Regijſque Conſiliarij.

AD BVLLAM APOSTOLICAM
Nicolai V. & Reg. Pramat. Alphonſi de Cenſibus.

ADNOTATIONES.

SVMMARIVM.

1 *Debitor auditur in executione iuxta formam Bullæ volente creditore.*

2 *Inſtrumentum donec non eſt confectum, & celebratum ſuper cenſu, non currunt cenſualia.*

3 *Solutio cenſuum decurſorum debet conſtare per inſtrumenta publica & nu. 29.*

4 *Contractus ſubiugatorius ante iſtam Bullam, an redigatur ad ipſam & nu. 28.*

5 *Clericus pro debito cenſus iuxta formam bullæ poteſt carcerari, & quod in eius hærede.*

7 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij an poſſit ſe tueri exceptione inuentarij in cenſu iuxta formam Bullæ.*

8 *Succeſſor non habens cauſam à ſubiugante an cogatur ex priuilegio Regiæ pragmaticæ.*

9 *Manus iniectio poteſt exerceri contra ſingularem ſucceſſorem.*

10 *Detentor rei emphytheoticæ ob non ſolutum canonem non ligatur priuilegio pragmaticæ.*

11 *Pragmatica recipit interpretationem à iure communi.*

12 *Poſſeſſores rerum ſubiugatarum tenentur ſoluere interuſuria præterita et nu. 45. Quid ſi deſinunt poſſidere nu. 13.*

14 *Poſſeſſor in fraudem refutans tenetur non obſtante refutatione.*

15 *Fructus peruenti ex re ſubiugata an poſſit obligari creditoribus:*

16 *Bona prohibita alienari an veniant in obligatione omnium bonorum facta in contractu Bullæ:*

17 *Bona an cenſeantur obligata ex mutuo.*

18 *(Spetialiter) verbum in Bulla quod operetur & nu. 19. 20. 48. 52. & 56.*

21 *(Quamdiu) verbum in Bulla quid operetur.*

22 *(Fuerit) verbum in Bulla quid operetur.*

23 *Dictio (cuiuſuis) quid ſignificet.*

24 *Dictio (quomodolibet) quid ſignificet.*

25 *Appellatio in executione contractus iuxta formam Bullæ operatur quo ad effectum deuolutiuum, ſecus quo ad ſuſpenſiuum.*

26 *Solutio per confeſſionem de recepto nõ admittitur in Bulla.*

27 *Pragmatica reijcit exceptiones tendentes contra inſtrumentum.*

30 *Inſtrumenta autentica quæ dicantur & num. 31.*

32 *Pragmatica circa probationem ſolutionis cenſuum ligat clericus ratio nu. 33.*

34 *Exceptiones ſimiles realis ſolutionis an admittantur in executione cenſus iuxta formam Bullæ.*

35 *Officium iudicis an poſſit implorari in cenſu iuxta formam Bullæ.*

36 *Exceptio in executione cenſus irreparabili admittitur & nu. 37.*

38 *Executio an cauſari poſſit contra poſſidentem bona generaliter ſubiugata.*

39 *Pragmatica diſponens quod procedatur cõtra tertium eſt correctoria iuris communis.*

40 *Contractus Bullæ excedens decem pro centenario vitiatur in totum.*

42 *Hypotheca reſoluitur ex reluitione rei obligatæ cum pacto de retrouendendo.*

43 *Obligatio omnium & ſingulorum bonorũ*

opera·

operatur ſpetialem expreſſionem, & num. 57.

44 *Exceptio quod poſſidet ex cauſa anteriori pariter priuilegiata an admittatur aduerſus executionem contractus ſubiugatorij.*

46 *Iura cedere quando teneatur agens cõtra fideiuſſores cenſus.*

47 *Exceptio quod res ſubiugata non erat in dominio ſubiugantis an admittatur & num. 59.*

49 *Renuntiatio fori quando dicatur ſpecialis, vel generalis.*

53 *Obligatio generalis tantum operatur quo ad omnia, quantum ſpecialis ad ſuam ſpeciem.*

54 *Bulla Nicolai de ſui forma non requirit ſpecialem hypothecam, ſed ſufficit generalis.*

55 *Bona ſingulariter obligata dicitur ſi fuerit concepta ſub obligatione omnium bonorum mobilium & ſtabilium.*

INquãtum Bulla diſponit, quod aduerſus executionem nõ ſit au-
1 diendus debitor †, fallit niſi creditor paſſus fuerit exceptiones opponi, & probari; quia tũc ſecus vide *Alex. in conſ. 219. in vlt. col. in 2. vol. et tex. in c. 1. do reſt. ſpol. in 6.*

Ibi *In Regno Siciliæ.*] Quid iuris ſi tale inſtrumentum ſubiugatoriũ eſſet confectũ alibi, quam in dictis Siciliæ Regnis citra, & vltra Farum, vbi non eſt ſimilis Pragmatica, prout eſt in dictis Regnis
2 reijciens omnes exceptiones †, & virtute talis cõtractus cauſaretur executio in dictis Regnis; an tali caſu eſſent excluſæ exceptiones, vide *Paul. de Caſtr. in l. 2. ff. de eo quod cer. loc. & Bal. in l. 1. C. ne fil. pro patre; & gloſ. not. in verbo caſu: contigerit intra diœceſim, & ibi vide Anchar. & Imol.*

Ibi *Inſtrumenta gratiæ.*] Ex hoc dicitur hic inſtrumento gratiæ. Adde quod pro huiuſmodi debitis ſecundum formã Bullæ eſt neceſſe, quod debeat confici inſtrumentum; alias donec non ſit confe-
3 ctum †, iura cenſualia non debeantur, cum interim non poſſit dici confectum, & completum *l. contractus C. de fid. inſtr.*
4 pro quo facit, quia ſolutio † talium iurium cenſualium debet probari per inſtrumenta publica, vt ſubijcit; ergo & pariformiter tale debitum debet probari per inſtrumenta publica *ſecundum Decium in l. nil tam naturale ff. de reg. iur.*

Ibi *Huiuſmodi cenſualium.*] Quid in contractibus ſubiugatorijs ad rationem prædictam de decem pro centenario ante iſtam Bullam, an redigantur ad for-
5 mam † Bullæ? videtur quod ſic vt videatur Summus Pontifex taxare ſummam, & ſic videtur declaratoria iuris antiqui *cap. fin. de conſt. vbi doct.* quo caſu ſuccedit doctrina *doct. in l. 1. C. de leg.* quod quando lex noua eſt declaratoria iuris antiqui communis extenditur etiam ad negotia præterita, de quo tamen vide dicta per *Barb. in clem. 1. nu. 20. de elect. & ibi notata per alios, et per Bar. in l. ait prætor §. erit ff. vi bono. rap.*

Ibi *Vendentes perſonas.*] Quid ſi vendentis perſona eſſet eccleſiaſtica, quæ licet non poſſit de perſona compelli, vel carcerari, ex eo quod Bulla diſpenſat in alijs ibi, dum dicit de perſona iunctis verbis illis, quæ ſunt in fine Bullæ ibi dum
6 dicit *(non obſtantibus.)* Et an idem ſit in hærede eius, qui eſſet clericus, an pariter pro tali debito poſſit capi, & carcerari? dic quod licet Bulla non faciat mentionem de hæredis perſona, ſed tantum reg. pragmatica, tamen eſt idem dicendum in perſona hæredis, quia illud quod dicitur de aliquo, vendicat locum etiam in eius hærede *l. poſtulante ff. ad treb. vbi vide not. per doct. & maximè per Paul. de Caſtr.* & ita obtinui in Mag. Curia licet aliquantulum videatur obſtare regula *l. hæres abſens ff. de iud.* & ſic licet perſona eccleſiaſtica de iure canonico non poſſit pro debito ciuili carcerari, tamen ſecus eſt in caſu noſtro.

7 Ibi *Hæredum.*] Quid ſi hæres fecerit inuentarium †, an poſſit ſe tueri exceptione inuentarij? videas *Bar. & alios in l. fin. §. in computatione C. de iur. del. & vide Anchar. conſ. 401. & quæ ibi ſcripſi.*

Ibi *Singularium.*] Intellige habẽtium cauſam, & titulum à ſubiugante, vel eius hæredibus, ſecus ſi haberent cauſam, ſeu
8 titulum à tertio †, non habente cauſam, & titulum à ſubiugante. *Ita Bart. in repet. l. ſi creditores in 6. col. in verbo videamus ergo an iſtud ius, C. de pign.* ſicut di-
9 cimus in manus iniectione † reſeruata, quæ poteſt exerceri contra quemcunque ſingularem ſucceſſorem talis rei, & poſſit fieri executio, quod ex lege pacti poterit contra illum tertium ſingularem ſucceſſorem cauſari executio, ſi ille tertius haberet cauſam, & titulum à ſubiugante *ſecundum Bart. vbi ſupra*, ſecus ſi

ille tertius ſingularis ſucceſſor non habe-
ret cauſam, & titulum à ſubiugante, quia
tunc non ligaretur tali pacto, & intelli-
ge non habere cauſam à ſubiugante †, vt
10 puta ſi Baro, vel emphythiuta ſubiuga-
ret feudum vel emphytheuſim, & proin-
de extolleretur, vel ob non ſolutionem
canonis reuerteretur ad dominum, & do-
minus alteri cederet, exinde non ligare-
tur iſta pragmatica, cum reſoluto iure
datoris, reſoluitur ius acceptatoris *l. lex
vectigal ff. de pignor.* & iſta pragmatica
11 † debet accipere interpretationem à le-
ge communi; *vide Afflict. in conſt. pacis
cultum in 6. col. in princ.* tamen in pri-
mo iudicio condemnabitur, ſecus in op-
poſitorio, quia habebit victoriam.

Ibi *Detentores.*] Quia res ſubiugata
concomitatur eius poſſeſſionem ad inſtar
realis actionis, ideo poſſeſſores etiã præ-
teriti temporis talia interuſuria ſoluere
tenentur *l. imperator ff. de pub. & vectig.*
& ſic eorum debitum ſoluere tenentur;
vel id quod retinent cedant *tex. eſt ſingu-
laris in l. 2. C. ſi vnus ex plur. her. & per
hoc vide Bart. in l. vt lite §. hoſpites ff. de
praea.* & dic quod fuit intellecta illa prag
13 matica, quod ſi detentores † cum fine à
creditoribus inquietati deſinant poſſide-
re, non tenentur ad ſoluẽdum debitum,
niſi pro tempore quo detinuerunt. Si ve-
rò volunt in poſſeſſione perſiſtere, & tunc
tenentur in totum; & non eſt mirum,
cum ex propria voluntate videantur cre-
ditoribus obligati *l. fin. §. cum igitur C.
de iur. delib. in finalibus verbis.*

Quid ſi eſſet mandatum contra deten-
14 torem, & ipſe in fraudem refutaret, an
poſſit euadere ſolutionem iurium cen-
ſualium præteritorum? videtur quod
non cum ſit præuentum, vnde renuntia-
re non poteſt *l. incola, & ibi gloſ. ff. ad
municip. vbi vide per Docto.* an tunc ſit
opus quod agatur prius actione reuen-
dicatoria *per Bart. in l. creditores in 6.
col. C. de pign.*

Ibi *Rerum, & iurium.*] Quid de fru-
15 ctibus † peruentis ex re ſubiugata ad bo-
næ fidei emptorem, an ſint obligati cre-
ditori, *vide per Angel. in l. 2. §. cum præ-
dium ff. de pign.* & quid de bonis exiſten-
tibus, & repertis in domo debitoris ſpe-
cialiter obligata, an veniant ſub obliga-
tione? videas ibidem per illum *text. &
Ang. in l. 1. not.* & ibi etiam ponit an per
vſucapionem, vel præſcriptionem ius hy-
pothecæ, vel pignoris extinguatur.

Ibi *Super quibus cenſualia.*] Quid iu-
ris eſt ſi quis ſubiugaret omnia bona ſua,
an veniãt ſub vniuerſali ſubiugatione bo-
na prohibita † ſibi per ſuos prædeceſſores
alienari? dic quod non, cum veriſimili-
ter ea non fuiſſent ſpecialiter obligatu-
rus propter pœnã adiectam à teſtatore
in caſu obligationis *per text. in obligatio-
ne generali C. de pign. ita Bart. in l. co-
dicillis §. inſtituta ff. de leg. 11.*

Quid ſi in inſtrumento apparet, quod
talis mutuauit centum ſuper tali poſſeſ-
ſione, nec apparet in inſtrumento, quod
17 fuerit ea obligata †, an per talia verba
videatur obligata? *vide Paul. de Caſtr.
in prædicta l. codicillis §. inſtituto de leg.*
11. vbi etiam dicit quod ſi quis promiſit
aliquid ſub certa pœna licet aliter non
appareat de promiſſione pœnæ, quod vi-
detur nihilominus promiſſa *iuxta not. per
gloſ. & doct. in l. ſcripturæ §. ſi pacto ff.
de pac. per gloſ. & Bart. in l. ſi ea die in
fin. ff. de verb. oblig.*

Ibi *Specialiter.*] Quotupliciter dicitur
18 ſpecialiter † aliquod factum? *vide nota-
ta per Dec. in conſ. 20. in penult. col. in fi-
ne,* & dic quod ad ſubſtantiam, & adeſſe
ſpecialis hypothecæ ſuper certa re, & vt
ſuper ipſa conſtituatur, requiritur pro-
bari ex parte creditoris, quod talis res
erat in bonis ſubiugantis tempore obli-
gationis contractæ ſecundum *Angel. in l.
2. §. cum prædium, & in l. quæſitum ff.
de pignor.* ſed an ſufficiant præſumptiuæ
probationes *Bald. in l. ſiue poſſidentis C.
de probatio. et ibi Ang. & inſtr. de action.
§. Item ſeruiana in 2. car. & ibi Iaſ. ad-
de ſpec. in tit. de pign. §. caterũ in 2. et 3.
col.* Sed quid ſi hæres ſubiugãtis ſit hæres
cum beneficio legis, & inuentarijs, ſeu de-
dit vel diſtraxit pro ſolutione creditorũ
rem, quæ eſſet vni creditorum hæredi-
ditariorum ſpecialiter ſubiugata? eſſet
diſſoluta talis ſpecialis hypotheca; ita
quod non poſſit amodo talis hæres per
illum, qui habebat eam rem ſpecialiter
ſubiugatam moleſtari? dic quod non po-
teſt amodo moleſtari *tex. eſt notabilis in
l. fin. §. etſi præfatam vbi Iaſ. C. de iur. de-
lib. vbi vide per Bar. Paul. & cæteros.*

19 Quid ſi eſſent omnia bona in genere
ſubiugata, an ſit idẽ iuris? *vide per Soc. in
l. 1. in 10. col. in princ. ff. de vulg. et pupill.*
dũ tãgit an illud quod exprimitur in genere
ſit eiuſdem effectus, ac ſi fuiſſet expreſ-
ſum in ſpecie, & ibidem declarat quomo-
do intelligatur aliquid ſpecialiter expri-
mi, *de quo per Bart. in l. 1. in fin. & ibi
per alios ff. ſi quis in ius voc. per Iaſ. in l. ſi*

quando §. generaliter C. de inoff. teſt. & per eundem in d. l. 1. & quid iuris quando ſunt obligata omnia, & ſingula bona? *vide per gloſ. & doct. in cap. vt circa de elect. in verbo omnia, & ſingula, & per Corn. in conſ.* 49. *in* 4. *vol. in* 1. *col.*

20 Ibi *Onerata.*] Ex eo quod Bulla requirit ſpecialem hypothecã eſt neceſſe, quod ad hoc vt talis ſpecialis hypotheca ſuper certa re vendicet ſibi locum, requiritur, quod talis res fuerit in bonis debitoris tempore talis obligationis, & ſubiugationis, ſecus in generali obligatione; dictum eſt ſingulare *Angel. in* 1. *§. cum prædium ff. de pignor.* & ibidem debet hoc probari.

Ibi *Quamdiu apud eos.*] Et ſic tale ius executiuum competens contra ſingularem detẽtorem eſt limitatum certo tem-
21 pore, videlicet quamdiu † detẽtio apud eos fuerit, & ideo ſi deſijt poſſidere dictum ius, non habet locum Bulla contra talem; ſimiliter quando tale ius eſt limitatum certo loco, donec eſt in loco habet locum, alias non, quod in eadem re incidit, cum detentor ſit obligatus, donec eſt in poſſeſſione loci ſubiugati, ſic dum eſt in loco ſubiugato, & illic inſiſtit, *vide Bart. in l. creditores in* 6. *col. in fin. cum ſeq. C. de pign.* & quando debitor vltra ſubiugationem cõſtituat ſe rem ſubiugatam tenere nomine, & pro parte creditoris, an tale pactũ tribuat ipſi creditori plus iuris contra ſingularem ſucceſſorem, *vide Bart. in dicto loco.*

22 Ibi *Fuerit.*] Iſtud verbum fuerit reperitur in præterito, & futuro ſubiunctiui, quomodo debet intelligi, *vide Bar. in ſolemus ff. de cõd. & demon.* an iſta Bulla referat ſe tantum ad futura, & tunc non traheret ad executionem.

23 Ibi *Aut alterius cuiuſuis exceptionis.*] Hoc quod nõ poſſit opponi aduerſus executionem eſt pars executionis, *ita dicit Paul. de Caſtr. in l.* 2. *C. de eo quod cert. loco,* & de iſta dictione *(cuiuſuis) vide text. in l. ſed interpellatur §. fin. ff. de recep. arbit.*

Ibi *Quomodolibet.*] Ex quo iſta dictio
24 † eſt continuata, ideo debet multum operari iuxta *in l. baliſta ad Senat. conſ. treb.* in tãtum quod per iſtam dictionem ſunt excluſæ omnes exceptiones de mundo tam directæ, quam indirectæ quomodocũque excogitari poſſint ita dixit eleganter *Socc. in conſ.* 15. *in* 1. *vol. Dec. conſ.* 77. 1. *vol. Cæpol. lib.* 14.

Ibi *Impediri valeat.*] Denotat iſta pragmatica, quod ſi debitores huiuſmodi formã Bullæ ſe oppoſuerint, vel appellauerint, quod nihilominus ſunt audiẽdi,
25 verum quod eorum appellatio †, vel oppoſitio non habet impedire ſolutionem, & ſic vtrumque fiet, quod eſt verum attenta iſta pragmatica pro quo allegatur *text. in l.* 1. *C. ſi de mon. poſſ. fue. appell. & per Decium in conſ. ſuo* 28. *Capoll. in conſ.* 63. ſed ſi ex forma pacti eſſet cautum quod debitor nõ eſſet audiendus in aliquo, niſi primo loco ſoluat, tunc ſecus eſſet dicẽdum hoc procedere ex vi pacti talis, & non Regiæ pragmaticæ.

Ibi *Præterquam realis.*] Quid in exceptione ſolutionis fictæ, ideſt confeſſio-
26 nis † de ſoluto? videtur quod non, quia pragmatica loquitur, & videtur loqui de actu naturali *l. ſolutam ff. da ſolut. & quod notatur in l. aſſiduis C. qui pot. in pignor. hab. in parua; facit quod notatur à ſpecul. in tit. de teſt. §. verſicul. Item agens;* tamen circa iſtud *d. Bald. in l. ſi non ſortem §. in debitum in* 2. *col. ff. de condit. indeb.* dicit quod licet confeſſio non dicat actum naturalem; tamen ipſum probat *l. accepti lactio §. apoca ff. de ſolut. cum alijs iuribus allegatis ibi per eum;* pro hoc faciunt notata *per Docto. in l.* 1. *ff. ſi cert. pet. & eſt tex. et ibi glo. & Doct. in l.* 4. *Cod. de nouat. & in l. ſi debitorem Cod. vide Bal. in conſ.* 4. 1. *lib. & Bart. in l. ſi ſolutionis verbum ff. de ſolut. & Rom. in conſ.* 252. 1. *col.*

27 Et adde quod licet iſtud ſtatutũ † reijciat omnes exceptiones præterquam ſolutionis, hoc modo intelligitur de exceptionibus tendentibus contra inſtrumentum, nõ autem de exceptionibus reſtringentibus ſeu limitantibus ſtatutum iſtud *ita notat. Iaſ. in l.* 1. 4. *colum. ibi ex iſta doctrina infertur C. de iur. & fact. ignor. & allegat Bart. in l. ſi filius quod cum eo ff. de minor.*

Ibi *Solutionis.*] An iſta Bulla extendatur
28 tur ad contractus † factos ſecundum iſtã rationem de decem pro centenario ante iſtam Bullam, & in hoc eſſet conſiderandum, an ſit declaratoria iuris antiqui, quia tunc traheretur etiam ad contractus præteritos initos ante Bullã *cap. fin. ex. de conſt. & ibi Doct. vbi per Dec. & alios in cap. clericatus in* 2. *colum. eod. tit.* & eſt etiam conſiderandũ an iſta Bulla ſe referat ad futura, quia ſi ita eſſet nõ extenderetur ad contractus præteritos, *vt per Doct. in loco præallega. & ibidem Imol. in vi. col. verſ. nota primo.*

Ibi

Ibi *Authenticis documētis.*] Ex hoc ꝙ ſolutio debiti ſecundum formā Bullæ nō poteſt probari niſi ꝑ inſtrumēta publica,
29 idem eſt dicendum ex probatione † talis debiti quod non poterit probari, niſi per publica documenta *Dec. in l. nil tàm naturale ff. de reg. iur.* & an procedat in clerico, vt etiam non poſſit probare per teſtes, *vide Hippo. de Marſil. ſing. 29. incip. ſtatuta laicorum Anch. conſ. 30. Marſil. in l. 1. de quæſt.* Et dum diſponit de executione cōtra tertios poſſeſſores, *vide Fel. in cap. quia col. 1. de iudic.*

30 Quæ dicantur inſtrumenta authentica † & quæ publica, *vide tex. & ibi Imol. in cap. ſi ſcripturam de fid. inſt.* ſed in materia Bullæ accipitur pro inſtrumento publico per id quod ſequitur *(vel alijs ſcripturis plenam fidem facientibus)* & ita ſemper fuit intellecta; tu tamen adde quod
31 etiam illa dicuntur inſtrumēta publica † quæ facit conſuetudo loci, & reputatio communis, *vt dominus card. in conſ. 76. incip. do. Abbas Sancti Benedicti de Mantua*, & eſt noua ratio prout refert, & ſequitur *Felin. in cap. ſi ſcripturam de fid. inſtrum. in 7. colum. in princ.*

Ibi *Vel alijs ſcripturis.*] An iſta prag-
32 matica † quæ diſponit quod ſolutio talis debiti non poſſit probari per teſtes liget clericos? videtur quod non *per notata per Abbatem in cap. qui clerici in fin. in 2. col. verſ. & per hoc decidit, de offitio de leg.* & ibi ponderat dicta per eum ſuper quo ſe fundat; ſed contrarium eſt dicen-
33 dum cum abſolutè hoc non diſponat †, ſed tantum differat vnde videtur quod ſumus in reſpicientibus ordinatoria, & nō deciſoria, quæ ligant etiam clericos litigantes in foro ſeculari *iuxta notata per Dec. in cap. Eccleſ. in 17. col. cum ſeq. de conſt.* quid iuris quando in foro eccleſiaſtico litigaret? *vide Abba. & Dec. in locis præallegatis; & vide Bald. in l. 1. in fin. quæ ſit longa conſuet. Marſil. in l. 1. C. ſi quis vltro num. 26. ff. de quæſt.*

Ibi *De allegata reali.*] An eo quòd Bulla excludit omnes exceptiones & nō ad-
34 mittat niſi vnam, cenſeantur † etiam excluſæ aliæ ſimiles, ita quod etiam exceptio reſolutionis contractus, vel alia ſimilis videatur reiecta? dic quod ſic *per Angel. in l. & non tantum §. 1. ff. de pet. hereiſ.* pro quo facit, quia exceptio in vno firmat regulam in alijs, *vt per Dec. in l. 1. ff. de re iudic.*

An ſi cauſans executionem virtute contractus ſubiugatorij eſſet in dolo, an is contra quem eſſet cauſata executio
35 poſſit tali caſu implorare officium † Iudicis? *vide per Angel. in l. fin. ff. de pet. hæred.* vbi facit differentiam quando ſtatutum excludit tantum exceptiones, & quando excludit etiam defenſiones, quod vltimum eſt magis dictum clarum, *vt per Bart. in l. 1. §. & parui ff. quod vi aut clam. & per eundem Angel. in l. plane ff. de pet. hæred.*

Ibi *Nullo nullitatis impedimento.*] In quantum iſta pragmatica diſponit nullo nullitatis impedimento poſſe executionem impediri, quæritur quid ſi executio
36 † eſſet irreparabilis an tunc admittatur? *Paul. de Lazar in clemen. 1. de iud.* tenet quod ſic & ibi ſequitur *Anchar. & alij Doct. de Rot. in deciſ. 288. alias 284. incipiente licet in nouis, & Alexan. in conſil. 92. in 2. volum. Doct. in dicto cap. cæterum de re iudic. plene per Alexand. in conſ. 17. in 2. colum. cum ſequ. in 1. volum. vbi* etiam ponit quando executio ſit plena, ſeu prætenditur fieri plena
37 per carcerationem † an dicatur irreparabilis, ita quod per nullitatis obiectum debeat impediri vt per eum, vbi etiam examinat, an etiam quando tertius veniens poſſit impedire executionem.

In quātum pragmatica diſponit quod contra poſſidentem rem ſpecialiter obligatam poſſit cauſari executio, verum ſi non eſſet ſubiugatio ſpecialis, ſed ge-
38 neralis, poſſit contra detinentem bona generaliter ſubiugata cauſari executio, & videtur quod ſic, quia tantum operatur generalis ſubiugatio omnium bonorum, quantum ſpecialis, ſed circa hoc
39 eſt aduertendum quod pragmatica † in hoc eſt correctoria iuris communis, cum diſponat quod contra tertium, qui non contraxit poſſit fieri executio vnde non debet extendi *l. ſi vero §. de viro ff. ſolut. matrim. vide per hoc Iaſ. in l. ius iurandum §. procurator in 3. col. ff. de iur. ſuper 1. gloſ. vide Alexan. in l. filio famil. §. ſi vero per continuum in fin. 2. colum. ff. ſolut. matr. Dec. in conſ. 20. in penult. col.*

Ex quo Bulla fundat ſe ſuper certa
40 quantitate, ſcilicet ad decem pro centenario, propterea non ſolū contractus retractabitur in eo dumtaxat quod deficiat de ſumma prædicta, ſed in totū reſcinderetur, & data computabuntur in ſortem, *ita notanter dixit Bal. in l. 2. C. de reſcin. vend. & ea quæ notant doct. per illū tex. l. ſi non ſortem ff. de condit. indeb. & per capitulum Regni editum per Regem Ioan*

nem ſub nu.53.ſed omnino vide Laurent. de Rodulph. in repet. cap.cōſuluit 9.136.
41 *de vſur.* licet Bulla velit quod ſolutio † non poſſit probari ad effectum impedien di executionem niſi per publicum inſtru mentum, nihilominus videtur dicendum quod poſſit probari per teſtes legaliſſimos, & graues *per not. in cap. 2. extra de probat. refert, & ſequitur Marſ. in l. 1. §. ſi quis vltro in 4. colum. ff. de quæſt. præſertim per regulam text. in l.exercendis C. de fid. inſt.* vbi teſtes, & inſtrumenta æquiparantur.

Ibi *Redimendi mediante.*] Dum Bulla loquitur de pacto de retrouendēdo, quæritur quid ſi interim is, cui eſt vendita res cum pacto prædicto eam alteri alienauerit, ſeu obligauerit, & proinde venditor iuris prædicti pacti eam rem reha-
42 buerit, an reſoluatur illa hypotheca hoc medio tempore facta in re illa? *Bart. in l. in diem verſ. tota die ff. de aqua pluu. arce.* mouet iſtam quæſtionem, & decidit ex quo res illa reuertitur de neceſſitate, & ex l. pacti ad illum venditorem, quod res libera reuertatur ad venditorem, ita quod talis obligatio interim facta per emptorem reſoluatur, quia non potuit emptor rem illam interim in præiudicium venditores obligare allegat ibi *tex. in l. 6. aliàs ſi duobus §. ſed Marcellus ff. de in diem adiect. idem refert, & ſequitur Dec. in conſ. ſuo nu. 11. in 2. vbi per hoc adducit multa ſimilia.*

43 Adde quod quando ſunt obligata, & ſubiugata † omnia & ſingula bona operatur ſpecialē expreſſionem, *vide Franc. de Aret. in conſ. 114. incipiente in præſenti conſultatione in 2. col. Franc. Curt. in tract. ſuo de Feud. fol. 30.*

Quid ſi vni creditori ſecundum formā Bullæ fuiſſet adiudicata vna res ex ante-
44 riori contractu, † an contra eum ad petitionem alterius creditoris ſecundum formam Bullæ ex poſteriori cōtractu poſſit cauſari executio tanquam contra detentorem, & ſic ille non ſit audiendus in oppoſitionibus ſuis ſtāte forma pragmaticæ? per hoc allego *tex. in l. 1. C. ſi antiq. cred. & vide Bal. Nouell. in tract. dotis in x. parte in vij. limitatione alias 8.* & in verbis *Baldi* cōſidera ſi loquitur in terminis Bullæ, & Regiæ pragmaticæ videlicet quando ſtatutum diſponit quod contra tertium poſſeſſorem, ſeu detentorem poſſit cauſari executio procedendo ad vlteriora quod non ſit audiendus in aliqua exceptione & defenſione, niſi tantum in exceptione ſolutionis apparentis per inſtrumenta publica, nam *Bald.* ibi videtur formare quæſtionem ſuam in caſu in quo ſtatutū diſponeret, quod etiam contra tertium poſſit mandari executioni inſtrumentū guarentigiæ, & non quando ſtatutū procederet adulteriora excludendo omnes exceptiones & non admittendo niſi vnam tantum prout facit Bulla, quia tunc videretur ſecus dicendum; ſed quod talis non poſſit audiri niſi tantum in exceptione realis ſolutionis apparentis per publica inſtrumenta *iux. doctri. Angel. in l. non tantum §. 1. ff. de pet. hæredit.*

Quid ſi vnus detinuiſſet rem ſubiuga-
45 tam annum tantum, & creditor † deberet recipere pro pluribus annis, an talis poſſeſſor teneatur tantum per illo anno quo poſſedit, an etiam pro quibus non poſſedit ipſe ſed alius? *de hoc eſt tex. in l. imperatores ff. de publ.* & an talis poſſeſſor renuntiando poſſeſſionem poſſit euadere talem ſolutionem? *vide Bald. in l. cum fructuarius ff. de vſufruct.*

46 An agens contra tertios poſſeſſores † vel contra fideiuſſores, teneatur cedere iura, quæ habeat contra alios, *vide tex. in l. mulier ff. qui pot. in pign. hab. Dec. in conſ.* 104. & an eodem modo teneatur cedere iura, quæ habet contra ſeipſum, *vide per Iaſ. in l. frater à fratre in 7. col. in princ. ff. de cond. in debit. Spec. quem ibi refert Iaſ.*

An tertius† poſſeſſor poſſit opponere, quod res per eum poſſeſſa pro cuius poſſeſſione inquietatur, non eſt ſubiugata, *Vide Bart. in l. 1. §. & parui ff. quod vi aut clam*, & an poſſit excipere de ea exceptione, quæ hortum habet ex facto aduerſarij agētis *vide Dec. in conſ. 27. nu. 4. in 1. parte.*

47 In quantum Bulla, & Regia pragmatica dicit quod poſſit fieri executio contra tertium poſſeſſorem rei ſpecialiter ſubiugatæ, quomodo inelligatur iſtud verbum
48 ſpecialiter † dico quod intelligitur ſemper quod eſt dictum (ſubiugo) omnia bona mea mobilia, & ſtabilia, ita quod non requiritur quod dicatur de certo ſingulari corpore, *ita Bart. & alij per illum tex. in l. 1. ff. ſi quis in ius voc. non ierit,* vbi dicit quod ſubiugatio ſpecialiter facta intelligitur sēper quod ſit in aliqua ſpecie bonorum, puta mobilium, vel ſtabilium; & ſic de ſingulis, licet non ſit facta ſingulariter, vel indiuidualiter ſuper certo determinato corpore, ſeu prædio; ita quod ſufficit

ficit quod ſpecies bonorum ſubiugatorũ inſubiugatione ipſa exprimantur ſecundum ſuam ſpeciem ad hoc vt dicatur talis ſubiugatio ſpecialiter facta, nõ autem requiritur quod fiat & fieri debeat ſecundum ſuam ſingularitatem, & indiuiduitatem; per hoc allegatur *tex. in fin. C. quod cum eo vbi Bart.* expreſſe dicit quod ſemper quod ſcholaris omni priuilegio fori ſui renunciat, licet non exprimatur de illo priuilegio fori, quod habet tanquam ſcholaris, tamen dicitur talis renunciatio † ſpecialiter facta, ſecus ſi diceretur renũtio omni priuilegio, vel omni exceptioni non tranſcendendo ad certam ſpeciem priuilegij, vel exceptionis, quia tunc diceretur generaliter facta vt ibi per eũ, *& per Bal. in l. generaliter C. non num. pec.* vbi ponit quando dicatur facta in genere, & quando in ſpecie, & quando indiuidualiter; præterea illud verbum (*ſpecialiter*) poſitum in pragmatica recipit interpretationem à iure communi *l. 2. C. de noxal. l. fin. §. in computatione vbi gloſ. in verbo confundantur, & ibi Doct. de iur. delib. & Paul. de Caſtr. in conſ.* 104. *quod incipit non eſt dubium & Bal. in rubrica C. qui accuſ. non poſſ. in penult. col. verſ. quæro ſi ſtatutum*, & tanto magis quia Bulla & Regia pragmatica concernunt fauorem publicum, & publicam vtilitatem & negociationem, quia tunc recipit interpretationẽ in propriam & largam *l. huiuſmodi ff. de cond. & dem. notatur in l. cætera §. penult. ff. de leg.* 1. *per Bar. in l. quemadodum in* 2. *col. verſ. ex hoc patet C. de agric. & cenſ. lib.* 11. *et Paul. de Caſtr. in conſ.* 23. *incipiente viſo puncto in* 3. *col. per l. vt gradatim §. ſed etſi ff. de mun. bon.* & quod Bulla fuerit facta ad publicam vtilitatem patet eius lectura; ſed de iure communi verbum (*ſpecialiter*) exprimitur id quod eſt expreſſum *l. fin. iuncta gloſ. Cod. quod cum eo ſuper verbo ſpecialiter, & in l. negotium C. de neg. geſt.* & ſic erit ſenſus, quod illud verbum (*ſpecialiter*) erit exponẽdum, ideſt expreſsè, ſed ſic eſt quod ſemper ſubiugatio eſt facta ſuper bonis mobilibus & ſtabilibus, ideo dicitur ſemper & intelligitur facta expreſsè ſuper illis bonis, ergo habebit locum ſemper Bulla, licet nõ eſſet facta ſingulariter & indiuidualiter *ita Doct. in d. l.* 1. *& l.* 2. *& titius ff. de lib. et poſt. allego per hoc cap.* 3. *quod tranſlationem & ibi Bald. in* 3. *col. in verſ. nota ibi ſine ſpeciali mandato extra de officio de lega.* vbi dicit quod ad hoc vt illud quod eſt reſeruatum Principi in ſingulare priuilegium videatur demandatum, opus eſt quod de eo fiat ſpecialis mẽtio ſecundum ſuam ſpecialitatem, nõ autem ſingularitatem *per Bar. in l. generaliter C. non num pecun. in* 2. *col. faciunt notata per Ioan. Andr. in cap. nulli de reſcrip. & quod ibi per compoſtillarium & Barb. in cap. aduerſæ de reſcript. eſtat. in ſpecie conſilium Oldrad.* 300. *in pen. col. Socc. in conſ.* 300. *in in* 2. *col. Decius in conſ.* 20. *in* 3. *col. in* 1. *vol.*

Et adde quod adeſſe, ſeu ſubſtantiam ſpecialis hypothecæ, & ſuper certa re cõſtituatur; requiritur probari ex parte
50 creditori quod talis res † erat in bonis debitoris tempore obligationis, ſeu ſubiugationis *ſecundum Doct. Angel. in l.* 1. *§. cum prædiũ & in l. quæſitum ff. de pign.* ſed an ſufficiat præſumptiua probatio, quod erat in bonis ſubiugantis, *vide per Bald. & alios in l. ſiue poſſidetis C. de probat. Aret. inſt. de act. in §. item ſeruiana in* 2. *car. ſpec. in tit. de pign. §. cæterum in* 2. *&* 3. *car.* & hoc etiam videtur sẽtire Bulla dum dicit quod ex eo habet locum contra perſonas & bona illorum, qui originaliter bona eorum ſubiugauerunt, & ſic præſupponit dominium ex parte ſubiugantis; & hoc colligitur ex ipſa Bulla in multis partibus eam recte intuẽtibus, & non dominus non poteſt ſubiugare in præiuditium domini *l.* 1. *in princ. & ibi gloſ. ff. de pign. cum ſimilibus*, & iſta exceptio quæ oritur ex ipſa Bulla ſemper admittitur *ſecundum doct. text. in l. eum qui ita §. quia ff. de verb. oblig. & in l. ex prædijs C. de euict.* ita quod ſemper quod aliquis opponit, & dicit bona ſubiugata non fuiſſe in dominio ſubiugantis tempore ſubiugationis ſemper admittitur, & ita vtitur Mag. Curia, & tãto quod contra executionẽ inſtrumenti Bullę non audiantur exceptiones, & hæc oppoſitio venit contra inſtrumentum, quod continet ſubiugationem de tali prædio, quod tunc non erat in dominio ſubiugãtis *per doct. & Bart. in l. ſi filius ff. quod cum eo & Bal. in l.* 2. *C. de exc. rei iud. & moder. in l.* 1. *C. de iur. & fact. igno.* vbi faciunt diſtinctionem, & vim maximam, quando ſtatutum denegat defenſionem aduerſus inſtrumẽtum, vel aduerſus executionem, vel circa liquidationem extremorum.

Immo & plus dici poſſet, & non eſſet ponere os in cælum, quod etiam ſi eſſet
51 facta ſubiugatio in genere † ſine aliqua expreſſione alicuius ſpeciei bonorum, vt

puta

puta dicendo ſubiugo omnia bona mea, quod ad hunc locum haberet Bulla cõtra tertium poſſidentem aliquod prædium de bonis ſubiugantis, ſic quod tantum eſt neceſſe, quod ſubiugatio ipſa ſit in ſpecie facta ad hoc vt contra tertium poſſidentem poſſit cauſari executio virtute Bullę, non obſtante quod Bulla dicat cõtra tertium poſſeſſorem bona ſpecialiter ſubiu-
52 gata, quia illud verbũ (*ſpecialiter*) † intelligitur poſitum cauſa demõſtrationis, & ad finem demonſtrandi, & probandi ipſam ſubiugationem, & bona ipſa ſubiugata, non autem quod ſit forma; quo caſu ſufficit quod res ſubiugata taliter demonſtretur, quod non poſſit in dubium reuocari, an ſit ſubiugata, nec curatur de modo certificationis, ſiue fiat per genus, ſiue per ſpeciem, ſiue per indiuiduum ***tex. in l. 1. & 2. ff. de lib. & poſt, & ibi Bart. & Alexan. & alij in l. nominatim ff. de condit. & demonſtr. & in l. certum ff. ſi cert. pet.*** & quod ſit verum quod non ſit poſitum pro forma, quando Bulla dictaret, quod aliter facta ſubiugatio quam ſpecialiter de certa ſpecie bonorum non valeret contra tertium poſſeſſorem, nec ipſum obligaret, ita quod eſſet appoſita clauſula decreti annullatiua, ***ita Alex. in d. l. 1. ff. de lib. & poſt.*** vbi dicit quod ſemper quod nõ eſt poſita clauſula, tunc ſtet ad finem certificandi ſeu demonſtrandi, & probandi, & ſemper quod aliquod verbum ſtat ad finem demonſtrandi, ſeu certificandi, vel probandi, ſufficit rem taliter demonſtrari quod ſit certa, non curatur tunc de modo certificãdi ſiue fiat per genus ſiue fiat per ſpecies, ſiue per indiuiduum *dicta l. 1. de lib. & poſtum.*

Pro quo facit, quia tantũ facit & ope-
53 ratur obligatio † generalis quo ad omnia, quantum ſpecialis ad ſuam ſpeciem *l. 1. & ibi Bart. C. de pign. & l. quamuis C. eod.* vbi dicitur quod ęquale ius eſt generalis, & ſpecialis obligationis, ſeu hypothecæ, & quod Bulla nõ requirat pro forma ſubiugationem fieri debere ſpeciali-
54 ter † & ſic ſit obligatus tertius detẽtor, ſed ſufficit eſſe factam in genere, patet ex eius lettura in multis partibus, & maxime ibi dum dicit (*ſuper rebus & proprietatibus ſuis & facultatibus, & emolumentis eorundem*,) & ſimiliter hoc dicit in verbis proxime ſequ. & in pluribus alijs partibus.

Quid iuris quando eſſet dictum (omnia & ſingula bona mobilia, & ſtabilia?) dic quod tunc videtur indiuidualiter &
55 & ſingulariter ſubiugata † *gloſ. in cap. vt circa in verſ. omnia & ſingula de elect. in vi.* & ſic illud verbum omnia & ſingula importa indiuiduitatem, & indiuiduam ſpecificationem.

An ex eo quod diſponit Bulla, ſcilicet executionem cauſari poſſe contra tertiũ detentorem bonorum ſpecialiter ſubiugatorum eſt contra ius commune, ſi iſta ratione attenta illud verbũ (*ſpecialiter*)
56 † debet intelligi, ideſt ſingulariter & expreſſe in indiuiduo *vide Angel. in autentica de hære. & Falcid. §. ſi vero expreſſum.*

ANTO-

ANTONII DE BALLIS SENIORIS SICVLI IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI.

AD BVLLAM APOSTOLICAM Nicolai V. & Reg. Pragmat. Alphonſi de Cenſibus.

ADNOTATIONES.

SVMMARIVM.

1 *Emens cum pacto de retrouendendo an ſit creditor.*
2 *Poſſeſſor an liberetur à penſionibus ſi renuntiat rem ſubiugatam.*
3 *Annui redditus an numerentur inter bona mobilia vel ſtabilia.*
4 *Statutum faciens prædia tributaria quid operetur.*
5 *Emphytheuta an dicatur dominus rei trãſlata proprietate.*
6 *Contractus iuxta formam Bullæ an iudicetur ad longum tempus.*
7 *Exceptio præſcriptionis an admittatur aduerſum executionem iuxta formam pragmaticæ.*
8 *Dominium directum trãſfertur per ſubmiſſionem.*
9 *Contractus iuxta formam Bullæ eſt licitus.*
10 *Poſſeſſor an poſſit ſe redimere à cenſu.*
11 *Obligans bona in genere an habeat regreſſum contra poſſidentes bona ſpecialiter ſubiugata.*
12 *Alienæ res non poſſunt ſubiugari, et n.41.*
13 *Executio fieri debet contra detinentẽ conſtito quod habeat cauſam à ſubiugante.*
14 *Pactum de retrouendendo reſtrictiuum, an ſit nullum, & 15.*
16 *Emens cum pacto de retrouendendo an ſit tutus poſt triginta annos.*
17 *Contractus annui redditus factus ante pragmaticam an redigatur ad eius diſpoſitionem.*
18 *Verba Bullæ ibi (redditus iura) quid ſignificent.*
19 *Subiugari an poſſit pro penſione ſoluenda.*
20 *Pretium contracti mutui an poſſit transfundi in cenſum.*
21 *Retentio pignoris vbi locum habeat.*
22 *Mutuum in quibus rebus conſiſtat.*
23 *Pretium debet interuenire in contractu annualis cenſus.*
24 *Debitum ex vna cauſa poteſt in alium conuerti.*
25 *Aeſtimata res iuxta æſtimationẽ non dicitur vſura.*
26 *Statutum faciens mentionem de emptione, & venditione non comprehendit permutationem.*
27 *Contractus iurium annualium conſtitutus ſuper re, valet etiam quod eius æſtimatio creſcat, vel decreſcat.*
28 *Poſſidens ciuiliter an comprehẽdatur ſub detentore.*
29 *Detentores an præſcribant, & nu.30.*
30 *Obligatio dicitur annua vbi ſit cum pacto de retrouendendo.*
31 *Exceptio præſcriptionis non admittitur in Bulla.*
32 *Dictio quamdiu quid operetur.*
33 *Detẽtor an teneatur pro penſionibus præteritis.*
34 *Exceptio ſolutionis admittitur in Bulla. Et quæ ſint excluſæ nu.35.*
36 *Solutio realis quæ ſit.*
37 *Exceptio compenſationis an admittatur non obſtante pragmatica.*
38 *Appellans an audiatur aduerſus executionem iuxta formam Bullæ, & nu.39.*
40 *Nullitas ſi petatur, an teneatur cauere de reſtituendo.*
42 *Exceptio nullitatis, ſeu falſitatis non admittitur in Bulla amplia nu.43.*
44 *Exceptio ceſſionis bonorum an admittatur in Bulla.*

1 AN qui emit ſub pacto de retrouẽdendo quãdocumque poſſit dici creditor, & res illa mea alteri reſtituẽda poſſit dici modo obligata *Bart. in l. Iulianus.§.offerri in fin.ff. de action. Empt.*

2 An vt liberetur à penſionibus poſſeſſor † poſſit repudiare agenti ipſam rem obligatã *in l.filius familias §. apud marcellum & ibi Bal. & Imol.de legat.*1.

3 Et ex quo ſtant † ſub pacto redimendi an iudicentur bona mobilia vel immobilia *Bald. in l. ea demum vbi alij C. de collat.*

4 Statutum faciens prædia tributaria videtur auferre directum dominium Dominis, & transferre in communitatem *Paul. de Caſtr. in l. in Prouinciali in princ.ff. de oper. nou. nunc.*

5 Dominus Rei retinens ſibi in emphytheoſim tranſlata proprietate an efficiatur emphytheota *Bald. in cap.cum veniſſem in vlt. col. extra de reſtit. ſpoliat.ibi cum Bart. in l. ſi rem aliquam 3. col.ff.de acquir. poſſeſſ. vbi alij.*

6 An iſte contractus iudicetur ad longũ tempus, vel ad modicum, vide quæ de beneplacito dixi *poſt Alberic. in l. principalibus 2. col.ff. ſi certi petatur.*

7 An præſcribatur † ſpatio triginta annorum in non ſoluẽdo huic pragmaticæ, vt non teneatur de cætero ſoluere penſionem dixi *poſt Bart. in l vbi autem §. qui ſortem in fin. ibi poſt eum & Paul. de Caſtro, qui clare loquitur ff. de verb.oblig.*

8 Per ſubmiſſionem transfertur dominium † directum *Petr de Anchar.in cap. fin.2. col de reb. Eccl. non alien. in 6. vbi Domi. & alij in princ. in fin. 2. col.*

9 Quod iſte contractus † ſit licitus *Oldrad. conſ. 207. ibi poſt eum & infra dicetur.*

10 An poſſeſſor † poſſit ſe redimere à cenſu *Bald. in l. cum ibi C. de euiction.*

Ibi *Bona omnia.*] Dicitur hic in *Text.* Quod quis poteſt omnia bona ſua ſubiugare, Quid ſi ſubiugauit omnia bona ſua

11 in genere, & aliqua in ſpecie, an poſſit † habere regreſſum contra bona in genere obligata, quæ poſſidentur à tertia perſona, *vide Bart. in l. 2. C. de pign. maxime in fin. & ibi alios,* quia ſtatutum recipit interpretationem à *l. licet* non ab homine *Alex. in 1. vol. conſ. 80. in 4. col.* inde eſt quod non poteſt opponi quod bona non ſunt ſua, ſed propria ipſius tertij, ſicut opponitur quod inſtrumentum non eſt publicum vt requirit ſtatutum *Bart. in l. 1. §. & parui ff. quod vi aut clam. 2. column.*

In *text. Ibi rebus eorum.*] Non ergo

12 res † alienæ ſubiungantur, *vide poſt Alex. in l. 1. C. vt nem priuat. Iaſ. in auth. Sacramenta puberum 8. colum.C. ſi aduerſ. venditio.* Et ſi contra detinentem fit exe-

13 cutio † debet prius conſtare citato poſſeſſore, quod habeat cauſam à ſubiugante *Aret. conſ.32. 2. col. in princ.*

In *tex.* ibi *Redimendi.*] Quid ſi paciſcantur quod poſt certum tempus non li-

14 ceret redimere † *Alex. in l. item quia §. idem Iulianus ff. de pact.* ¶ Quid de pa-

15 cto de retrouẽdendo quãdo voluerit venditor *Alexan. in l. §. idem Papinianus 3. col.ff. de pact.* vel quando voluerit creditor *Alex. in l. item quia §. idem Iulianus 1. col. cum ſeq. ff. de pact.* de his omnibus pactis, *vide l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. et vide ibi l. fin.* vbi poteſt conueniri, vt infra certum temp. s reliquum pretium preſtetur, vel res ſit inempta Tamen de hoc vide *Aabbatem ibi in cap. in ciuitate in 2. col. cum ſequen. extr. de vſur.*

36 In *Verbo detentio*.] An tertius † non poſſidens pro ſuo intereſſe audiatur *Feli. in cap.ex parte de officio deleg.* eſt autem in hoc contra ius commune, *Iaſon. in l. iuriſgentium §.prætor ait de pact.* ſed poteſt eſſe ratio,quia non perſona, ſed præſidium ſeruit *l.Imperatores de pub. l. denique de iur. fiſci l.*2.*de præd.& omnibus reb. nau.lib* 11.*Iſer. in conſt.ſiue reali;ſed voluit Feli. in cap ſed quia qui penul. col. de iudic.* quod antequam fiat executio contra tertium, ſit citandus, & ad materiam adde *Socc. conſ.*89. *in* 3. Et ſoluens poterit repetere in alia inſtãtia,quia ſta-
37 tutum † denegans exceptionem non tollit actionem. *Alex.in l.*2. *C.quod me.cauſa Bal. in l.*1. *col. pen.C.quando prouocare*, nam actio oritur ex ſolutione facta vigore ſtatuti,& detinens etiam ciuiliter comprehenditur. *Rip. in rub. de cauſa poſſeſſ.& propriet. nu.*26. *D. Gratus conſ.* 37. *num.*7. *in* 2.

38 In *verbo ſpecialiter onerata*.] An per hæc verba prius conueniendus ſit ? *Caſtrenſ. l. ſi conuenerit de pign. act.*

39 In *verbo falſitatis*.] Per hæc verba videtur excludi exceptio † intentionis, & facti *Corn. conſ.*297. *col.*3. *in* 3. *& conſ.* 237. *in* 4. *nu.*17. *& Curt. in l.fin. C. de pact. nu.*8 *vide tex. in l.falſus C.de furt. & rubrica quod falſ. tut. Iaſ. in l. qui ſe deberi col.*2. *de cond. ob cauſam; Tiraqu. tit.*1. *§.*1.*gloſ.*20. *nu.*11.

In *verbo nullitatis*.] Vide *Alex. conſ.* 105.*n.*7.*in* 5.inducendo quod pragmati-
40 ca† reijciat hãc exceptionẽ ante ſolutionem,

nem, Romanus conſ. 42. Decius conſ. 8.
41 col. penult. ſed an exceptio † ſimulatio-
nis ſit admittenda, vide vſque ad nauſiã
Tiraquell. de retract. tit. 1. §. 1. gloſ. 11.
num. 12. cum tribus ſequentibus; non ta-
42 men nullitates † prouenientes ex alio ſta
tuto. Anchar. conſ. 73. Angel. conſ. 192. in
43 fin. quid ſi fuit in nullitate præuentum †
Caſtrenſ. in §. condemnatus. Angel. in l. 2.
§. non tantum de pet. hered. quid ſi de ea
conſtet per inſpectionem actorum Mar-
ſil. conſ. 81. colum. 11. Imol. in l fin. 11. col.
à quibus appellare non licet; quid ſi defe-
ctu poteſtatis, vide gloſ. in clem. prima de
ſeq. poſſeſſ. & fruct. Aretin. conſ. 75. col.
penult. Angel. conſ. 193. in fin. Decius
conſ. 38. num. 7. Francus in cap. dilecta
quaeſt. 52. 6. limitatione. Decius conſ. 434.
in fin. nec ſi appareat ex actis Alex. conſ.
186. col. 4. nu. 13. in ſecundo, ſed an lo-
quatur in ſtatuto excipiẽte vnum caſum
Caſtrenſ. in l. 1. in ſecundo notab. de con-
ſtit. pecunia, vide Socc. ſen. conſ. 3. in fine
in primo, & non videtur remota nullitas
continens contrarietatem, Decius conſ.
644. num. 14. nec euidens Alex. conſ. 105.
col. 2. in fine in 5. vol.

In verb. præterquam realis ſolutionis.]
44 Igitur omnes aliæ ſunt reiectæ † Socem.
ſen. conſ. 204. in ſecundo, & ex receptiori
ſententia teſtatur Alciatus lib. de verbo.
ſignificatione ultima car. num. 13. & 14.
45 Marſ. conſ. 81. nu 69. quę ſolutio † pro-
bata dicitur oſtenſio inſtrumento cancel
lato Bal. in l. vacuatum in fi. C. de decur.
Iaſon. in l huiuſmodi, ſi ita legatum n. 10.
de leg. 1. Iaſon in l. habeo de pact. vide Bar.
in auth. caſſa. & in l. emptor §. Lucius de
46 pact. ſed an per confeſſionem † credito-
ris, Socc ſen. conſ. 143. in primo Felin. in
cap. ſicut num. 14. de probat. Decius in
cap. ex parte col. penult. in medio de offi-
cio delegat. el 2. vide Alciat. de præſumpt.
in præſumptionibus ſecunda parte nu. 10. Et
ratio eſſe poteſt illa quam tradit Bart. in
l. 1. C. de iur. fiſci lib. 10. de reali ſolutio-
47 ne † Alex. conſ. 95. nu. 8. in 3. ſed ſi repe
ritur ſolutio probata per teſtes ſemel ad-
miſſos. Bal. in l. certum §. quoniam 6. col.
ſi cert. petat. cap. 1. per quos fiat inueſti-
tura. Et in alio cathameno nõ obſtat res
48 iudicata, † vt per Imol. in conſ. 130. An
49 ſubiugatio † per teſtes probari poſſit?
Mathesilianus notab. 5. Au compenſatio
50 † ſit excluſa. Iaſon in §. pactus in 6. col.
Alex. conſ. 12. in 2. vbi vide quæ dixi Ad-
dit. l. ſolutione verbo ſignificatione. Bald.
in l. tertia in fin. de compenſat. Felin. in
cap ſuborta de re iudicata col. prima. Ad-
di. Bart. in l. plane in fin. de petitione her-
51 red. ſed & illæ exceptiones † quæ ipſo iu-
re tollunt actionem admittuntur. Bal. re-
latus à Tiraquell. in l ſi vmquam gloſ. re-
uertatur num. 326. C. de reuoc. donat. Ia-
ſon. conſ. 7. in 1. an poſſit deferri iuramen
52 tum † Angel. l. non erit de iur. iur. an per
teſtes Iaſon in l. Iulianus, num. 19. & 29.
de conditione indeb.

In verb. authenticis documentis.] Vide
Alciat. in l. pactum quod bona fide C. de
pact. col. fin. & l. ſecunda gloſ. magna, col.
53 tertia, C. de eden. quid in caſu † l. tertia,
C. de apochis publicis lib. 11. vide Iaſ. in
l. certi num. 21. in fin. ſi cert. petat. & in
§. præiudiciales in fin. inſtit. de actio. &
Romanus conſ. 76. num. 8.

LVDO.

LVDOVICI MONTALTI I·C·CELEBERRIMI

In ſupremo Aragoniæ, & Siciliæ Conſilio Regentis, Regijque Conſiliarij.

AD BVLLAM APOSTOLICAM Nicolai V. & Reg. Pragmat. Alphonſi de Cenſibus.

ANNOTATIONES.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod ſoluat decem pro centenario an ſit licitum.*
2 *Summus Pontifex an licitè concedere potuerit Bullam iſtam, & nu. 13.*
3 *Dictio (ſuper) operatur pignoris obligationem.*
4 *Species pro pecunia dari poteſt per Bullam iſtam.*
5 *Decima pars eſt iuſtum pretium cenſus remiſſiuè.*
6 *Pactum quod trāſferatur poſſeſſio rei ſubiugatæ an Bulla ſit validum.*
7 *Res ſubiugata emphytheutica ſi reuertitur ad dominum directum, efficitur libera ad oneribus.*
8 *Subiugatio an ſubſiſtat ſuper bonis poſtea quaſitis.*
9 *Pragmatica vt contra tertium agatur requirit ſpecialem hypothecam.*
10 *Hæres non conficiens inuentarium conuenitur ex vi pragmaticæ.*
11 *Creditor an poſſit agere contra tertium non excuſſis bonis debitoris.*
12 *Tertius poſſeſſor partis rei ſubiugatæ tenetur pro parte. Limita nu. 14.*
15 *Poſſeſſor rei in genere obligatæ an cogi poſſit. Et quæ ſit ſpecialis hypotheca.*
16 *Exceptio poſſeſſionis iure familiaritatis admittitur in Bulla.*
17 *Tertius an poſſit renuntiare rem ſubiugatam ne teneatur.*
18 *Pragmatica requirit probationē per ſcripturas.*
19 *Exceptio quod bona non erāt in dominio ſubiugantis admittitur.*
20 *Creditor debet verificare poſſeſſionem debitoris.*
21 *Exceptio anterioritatis an admittatur in Bulla.*
22 *Exceptio cōtra vires ceſſionis admittitur.*
23 *Duo requirūtur in emptione cenſus quod ſit redimibilis, & quod non excedat decimam partem pretij.*
24 *Venditio cenſus in quo differat ab alijs contractibus.*
25 *Cenſus conſtitutio ſuper rebus non inducit realitatem, ſed conſtituit actionem perſonalem, & hypothecam, & num. 26. & 27.*
28 *Aliud eſt vēdere rem ex qua fructus percipiuntur, aliud eſt vendere ius ex quo redditus percipiuntur.*
30 *Ius percipiendi non eſt aliud, niſi perſonalis obligatio.*
29 *Ius aliquod in in rem non transfertur ex cōtractu ſubiugationis, ſed tantum ius obligationis ad ſoluendum annuum cenſum.*
30 *Subiugatio ſi fiat ſuper feudo, non requiritur conſenſus ſuperioris et nu. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41.*
31 *Vendens fructus etiam in perpetuum non dicitur alienare, & nu. 32.*
33 *Conceſſio commoditatis feudi poteſt fieri ſine conſenſu domini.*

1 AN iſtud ſtatutum † ſit licitū quod ſoluat decem pro centenario, *vide Bar. & ibi Alex. in l. quis ſit fugitiuus in l. apud Labeonem ff de ædil. edict.* & ad materiam Bullæ, *vide Bart. Socc. in cap. ad hæc de vſuris in* 10. *col. vltima quaſt. de Florentino* circa taxationem redditūū de decem pro centenario *vide Alex. in l. ſi hæres quæ eſt tertia §. Item ſi res publicè ff. ſi plusquam per l. falcid. Bald. in l. fin.* 2

fin. §. praeterea ff. de iur. dot. & Abb. in cap. in ciuitate in fine de vſuris vide ad hoc Bullam equalem extrauaganti Martini in tit. de emptione & venditione.

In iſta Bulla vidi dubitari an Summus
2 Pontifex † potuerit cõcedere iſta decem
pro centenario, veritas eſt, quos poſſit,
quia cauſa ſubſiſtente(vt hic dicitur)po-
teſt ſuper vſuris diſpenſare,vt latè tradit
*d.Alex. conſ.*1.& 2.& 107.11.*col.*prętc-
rea licet vſuræ ſint prohibitæ de iure di-
uino, tamen Põtifex in aliquo poteſt diſ-
penſare cõtra illud,*vt not.Innoc.& Abb.
in cap. qua in eccleſiarum, de conſtitutio.
& per Bart. in procem ff. colum.*3. *& per
Dec. in praallegato loco*, & ad propoſitũ
noſtrũ dicebat *Alex.conſ.*57. *col.*2.*vol.*1.
3 quod Papa † non poteſt generaliter con-
cedere vſuras,ſed poteſt in certis caſibus
diſpenſare,vt ibi per eum; Item quod iſti
contractus Bullæ ſint liciti probatur *in
extrauaganti Martini, & Caliſti in tit.
de emptione, & venditione*,& quòd de iu-
re ſint liciti, vide not. *Dominus Corſett.
in ſuo Dictionario in verb.annuus reddi-
tus*, & quod iſti contractus ſint liciti fir-
mat *Guid. Papa in tract. de vſur. in pri-
ma car. in quarto caſu. eum ſequent.verſ.
quid ſi vendidi tibi, & in 2. cart.in 3.co-
lum. verſ.ſed quid de iſtis qui emunt poſ-
ſeſſiones*.

Ibi ſuper rebus.] Dictio ſuper opera-
4 tur pignoris obligationem † *Romanus
ſingulari ſuo car.*18. 3. *col.*

Ibi pro conſimili pretio illa redimẽdi.]
5 Quid ſi eſt data ſpecies † pro pecunia
iuxto tamen pretio, an Bulla verificabi-
tur in alia ſpecie redacta ad pretium? vi-
detur quod ſic *per text.in l. libera & ibi
Bart. & gloſ.C. de ſentent. & in l. ſi quis
aliam ff. de ſolut. per l. ſi prædium C. de
euictio.* & verba ſequentia in Bulla con-
ſentiunt,dum dicitur (pretij ſeu recepti)
maxime quia datur ſecundũ voluntatem
contrahentium, ad quod notat *Bar. in l.
talis ſcriptura ff. de legatis primo argu-
mento l ſingularia ff. ſi cert. petat. eum
ſimilibus.*

6 *Ibi decimam partem.*] Vide *Alex.*† *in
l.cunctos populos de ſumm. Trin.*

Ibi contrahentium ſecuritate.] Quæri-
7 tur an pro ſecuritate † creditoris poſſit
transferri poſſeſſio rei ſubiugatæ fortè,
quia debitor eſſet dilapidator etſi alius
poſſideret male ſolueret, aliqui volunt
quòd ſic, & ponderant verbum pro ſecu-
ritate, ſed nihil allegant.

8 *Ibi iura iuriſdictiones cenſus & omnia
bona.*]Quæritur ſi emphytheuta propter
non ſolutionem canonum incidit in com
miſſum, in tantum quòd res peruenit ad
directum dominũ, an tranſibit cum præ-
dicto onere vel ſine? de hoc eſt caſus *in
l. lex vectigali ff. de pign. & not. Bar. in
l. in diem §. adiecto ff. de aqua pluuia.
arcend.*

Ibi ſuper rebus,et proprietatibus ſuis.]
Intellige hoc etiam quod poſtea fuerit
9 quæſita † in ſpeciè *l. & que non dum §.
quod dicitur ff.de pign.& ibi not.Bar. &
Angel. & Bart.* firmat hoc modo ad eſſe
ſpecialis hypothecę requiritur quòd tũc
res ſit in bonis debitoris, in generali ſuf-
ficit quòd poſtea quandocumque inue-
niantur, & ita etiam pragmatica,ſeu Bul
10 la † vt contra tertiũ agatur requirit ſpe-
cialem obligationem, & hoc debet pro-
bari; non obſtat illud quòd dicit *Bart.in
l.*1.*ff.de pignor.* quod quando quis habet
ius, ſeu actionem perſonalem non habet
locum *§.* quod dicitur,quia reſpondetur
quòd procedit quo ad debitorem hypo-
thecantẽ, quia tunc ſi efficitur dominus,
confirmatur pignus contra eum, ſed vt
agatur contra tertium non procedit. *§.
quòd dicitur,ita declarat Bar. in l.euntes
C. ſi res alie. pignor. dat.* præterea ratio
*Bart in d.l.*1.*euntes* dum dicit quod con-
firmatur pignus, quando quis habet ius
in re vel actione eſt quia res etiam in bo
nis noſtris ſunt ſi actionẽ habemus *l. qui
actionem habet ff. de reg. iur.* ſed illud eſt
per fictionem, vt declarat *Dec. in d.l.qui
actionem,& in l. quòd euincitur ff.eo.* ſed
illud non habet locum in ſtatuto,ſeu in
Bulla, quæ verificatur in caſu vero ficto;
ſed debet probari quod licet non erant
verè in bonis ſubiugantis, & non poſtea,
& facit quia qualitas adiecta verbo, ma-
ximè in ſtatuto intelligitur ſecundũ tem
pus verbi *Cuman.conſ.*146.*col.*2.

*Ibi haredum ſeu uniuerſalium ſucceſ-
ſorum.*] Subaudi non conficientiũ inuen
11 tarium † ita eleganter dicit *Bar.in l.fin.
§. incomputatione C.de iur.deliberan. &
ibi Alex. & Iaſon, & ad hoc facit doctri-
na Bal. in l.ſi uxor C.de bo.auct.iud. poſ-
ſidendis de qua* meminit *Alex. in l.ſi de-
bitor in princ. C,de pactis*, ſed contra de-
ciſionem *Bart. & ſequen.* fuit deciſum
per M.R.C. in fauorem no.Gaſparis Bo-
nerc. cõtra magnificum d.Didacum Gai-
tanum; ſed ego dico quod deciſio *Bart.*
procedit in hærede non poſſidente bona
ſubiugata, ſi autem poſſideret deciſio,M.
R. C. & tunc non tenetur, vt hæres, ſed
vt

vt poſſeſſor.
Ibi contra perſonas,et bona.] Sed quid
12 ſi poſſet ſatisfieri † de bonis exiſtentibus
penes debitorem, an poſſit agere contra
tertium poſſeſſorem? dic quod non ex
æquitate *l.2.C. de pigno.*
13 Sed quæro an iſte teneatur † pro parte rei ſubiugatæ, & rata tantum, quãtum
iſte tertius poſſidet ſecũdum partem rei
ſubiugatæ? dic quod ſic *Bal. in cap. 1.§.*
ſimiliter de controuerſia inueſtitura, &
idem eſſet ſi eſſent plures res obligatæ, &
tertij poſſeſſores ad penſionem, & ad cen
ſum ſint obligati pro rata per doctrinã
Abb. in cap. conſtitutus de religio. domi-
bus, & Bal in d.§. ſimiliter: prædicta ta-
14 men limita niſi in contractu † eſſet dictũ
quod omnia bona obligat in ſolidum,
nam tunc ille tertius tenebitur in ſolidũ
in re illa; ſic etiam dicimus in perſonis,
cum valeat argumentum de perſonis ad
res *l. qui furem ff. de ſtat. hominum l. ſi*
quis Inquilinus §. ſi ita legatũ ff. de leg. 1.
Ibi ſpecialiter onerata.] Quid in gene-
15 rali, † an poterit agere virtute Bullæ con
tra tertium poſſeſſorem? videtur quod
ſic quia æquipollet ſpeciali, maximè ſi
fiat per verbum vniuerſale (omnia bona
mea) nam nihil refert, quod ex æquipol-
lentibus fiat, *vt not. Doct. in l. 1. ff. deliber.*
& poſtum. & dicunt Doct. in l. gallus §.
& quid ſi tantum eo. & in l. titius, vbi
quod dicitur fieri nominatim exhæredi-
tatio, ſi fuerit dictum omnes filios meos
exhæredo, ſed facit in contrarium, quod
ſtatuti verba ſunt præcisè intelligenda
prout ſtant, & non ſufficit vt fiant ex æ-
quipollentibus in materia ſtricti iuris, *vt*
no. Bal. in l.2. col. 3. C. de patr. qui filios
diſtraxerunt & Alexan. conſ. 137. col. 4.
verſ. & dicit Bal. 2. vide, & pro iſta de-
ciſ. d. Alex. in l. ſi filius familias §. ſi vir.
in quinquennium in 2. col. in fi. ff. ſolut.
matrimonio, quæ deciſio eſt in terminis,
& ipſe decidit quæſtionem noſtram, ideo
videas, ſed quid ſi dicat (bona mea) an
hæc ſit ſpecialis *Oldrad. conſ. 300. col. 3.*
videtur dicere, quod ſic: *gloſ. tamen in l.*
2. C. de pigno. tenuit contrarium, & hæc
mihi videtur verior; ſed ſi diceretur (om
nia, & ſingula bona) per illud verbum
(ſingula) diceretur eſſe ſpecialis *per Ol-*
drad. in d. conſ. 300. & ſi poſtea ſubiun-
gitur (& præſentem vineam) dico quod
omnia bona erunt ſpecialiter obligata, &
obligatio de vinea erit indiuidualis, *vt*
dicit Bar. in l. 1. ſi contra ius vel vtil. pu
blicam.
Ibi ſpecialiter onerata quamdiu deten-
tio fuerit.] An habeat locum in perſonis,
16 quæ poſſiderent † iure familiaritatis? vi-
detur quod ſic quia tales dicuntur deti-
nere, vt dicunt *Doct. in l. qui iure familia*
ritatis ff. de acquir. poſſeſſ. & Socc. conſ. 60.
col. 3. & conſ. 131. vol. primo, de hoc vi-
di alias dubitatũ, ſed cogitabis; & an iſte
17 tertius † poſſit refutare rem, ne in futu-
rum teneatur, *vide Bart. in l. is cum quo*
ff. de aqua pluu. arcend.
Ibi authenticis documẽtis, vel alijs ſcrip
turis.] *Abb. in l. detersus extra de Deci.*
18 & ſic ſtatutum † requirit probationẽ per
ſcripturas publicas, adde tu multas fallen
tias, quas congerit *Deci. in cap. 2. nu. 2. de*
probatio. de ſtatuto hoc dictante; ſed quid
ſi tertius opponat, & dicat rem nõ fuiſſe
19 in bonis ſubiugantis † an debeat audiri?
videtur quod ſic, quia hic dicitur ſuper
bonis, &c. & ſic impeditur executio, ob-
ſeruantia eſt quod auditur, & propter cõ
modum poſſeſſionis transfert onus pro-
bandi ſummariè de dominio vero ſubiu-
gãtis, vel ſaltem putatiuo, *vide Bertachi.*
in verbo domus in princ. quo verificato
fit executio, & facta executione quilibet
auditur in iuribus ſuis, & hoc ſumma ra-
tione, & æquitate inductum eſt, & quod
20 probare debeat creditor † *vide per Iaſ.*
in l. 1. §. per ſeruum corporalis in princ. ff.
de acquir. poſſeſſione, & an hoc priuilegiũ
Bullæ locũ habeat, vbi comparet aliquis
21 creditor habens priora iura † *vide Bald.*
nouell. in tracta. de do. in quinta parte
princip. col. 10. in fin.
Pone quod alicui eſt facta ceſſio alicu-
ius cõtractus ſubiugatorij, & dum ceſſio-
narius vellet facere executionem excipie
batur de viribus ceſſionis, quia non vale-
bat, vel alio quoquomodo non obſtante
priuilegio Bullę, iſta exceptio admittitur
vide Bal. in l. per diuerſas C. mandat. in
M.R.C. ita fuit iudicatũ qud admittatur.

HIERONYMI FIMIAE
PATRITII CATINENSIS
IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI
Iudicis M. R. C. Regijque Conſiliarii.

AD BVLLAM APOSTOLICAM Nicolai V. & Regiæ Pragmatica Alphonſi de Cenſibus.

ADDITIONES.

SVMMARIVM.

1 *Contractus, & inſtrumentum differunt.*
2 *Agens contra bona ſpecialiter obligata, an poſſit reuertere ad bona generaliter obligata.*
3 *Filius habitans cum patre an conueniatur vt detentor.*
4 *Verbum (ſpecialiter) quid operetur.*
5 *Exceptiones legitimæ an ſint reiectæ vigore Regiæ pragmaticæ.*
6 *Exceptio falſitatis & nullitatis quæ conſtat ex actis an ſit reiecta.*
7 *Exceptio ſimilis reali ſolutioni an admittatur.*
8 *Officium iudicis an imploretur in Bulla.*
9 *Nullitas notoria non eſt reiecta per pragmaticam.*
10 *Exceptio quæ non tendit contra inſtrumentum admittitur.*
11 *Probatio quæ fit per euidentiam facti admittitur.*
12 *Exceptio pacti liberatorij admittitur in Bulla.*
13 *Exceptio excuſſionis non admittitur in Bulla.*

1 IBI *contractus, ſeu inſtrumēta.*] Nota quod differunt contractus, & inſtrumentum, *vide Deci. conſ. 17. colum. 2.* Quæro ſi quis habet bona † ſpecialiter, &
2 generaliter ſubiugata, & tertius habet aliquid de bonis generaliter obligatis, ſi bona ſpecialiter obligata ſufficiunt, an poſſint reuertere ad bona generaliter obligata exiſtentia in poſſe tertij? dic quod non *tex. eſt. in l. 2. et ibi Bar. C. de pign.*

3 *Ibi detentorum.*] Quid ſi filius † habitat in domo cum patre, an poſſit contra eum cauſari executio? dic quod non, *vide Paul. de Caſtr. qui decidit in l. qui iure familiaritatis ff. de acquir. poſſeſs.*

Ibi ſpecialiter onerata.] Quomodo in-
4 telligatur ſpecialiter † onerata, *vide Bar. & Iaſ. in l. 1. ſuper verbo ſpecialiter ff. ſi quis in ius voca. non ierit, & Bart. in l. ſi quis in primo in 4. col. verſ. quæro quid ſi teſtator ff. de legat. 3.*

Ibique quidem executio nullam.] De iſta vniuerſuali *vide per Alex. in apoſtill. ad Bart. in l. plane ff. de pet. hæred.*

Ibi cuiuſuis exceptionis.] Sed an intel-
5 ligantur reiectæ exceptiones † legitime? *vide Bar. in l. 1. §. & parui & ibi Alex. in Apoſtill. ff. de petione hæred. & in cap. expreſſè lo 2. & maxime Felin. ibi de officio de legat. & Iaſ. in l. ſi conuenerit in 5. col. ff. de iuriſ. omnium iud.*

Ibi falſitatis.] Sed an intelligatur reie-
6 cta illa exceptio † falſitatis, & nullitatis quæ eſt certa, & conſtat ex actis *vide Iaſ. in l. 1. §. hoc edicto. in 5. col. ff. de no. oper. nun.* & ſic non excluditur exceptio notoria, quæ autem ſit notoria? dic quod eſt illa que cōſtat ex actis prout dicit *Paul. de Caſtr. in vbi pactum C. de tranſact. Iaſ. in d. §. hoc edicto in 6. col.*

Ibi realis ſolutionis.] Et ſic permitti-
7 tur exceptio realis † ſolutionis, adde quod etiam intelligitur permiſſa exceptio ſimilis, *vide Alexand. in apoſtill. ad Bart. in d. l. 1. §. & parui.* ſed an poſſit
8 officium iudicis implorare † *vide Bart. in l. planè in fin. ff. de pet. hæred. & ibi Paul. de Caſtr. & Iaſ. in l. vbi pactum in 5. col. C. de tranſactio.*

Ibi nullitatis.] An autem reiecta cenſeatur

9 tatur nullitas † patens & manifeſta? dic quod non *Doct. in l. 1. de tabulis exhib. Salic. in l. ita pudor. C. de adulter. & clement. 1. per DD. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. & Soccin. conſil. 3. in fine.* Ad-
10 de quod poſſunt opponi omnes † exceptiones quæ non tendunt contra inſtrumentum, ſiue contractum ſed poſſunt opponi illæ quæ limitant, & moderant.

Ibi authẽticis documẽtis.] Nota quod
11 non cenſetur reiecta probatio † quæ fit per euidentiam facti, *vide Paul. de Caſtr. in rubr. in princ. C. de probatio.* quæ defenſiones & exceptiones quando poſſunt opponi, *vide per Felin. in cap. Ioannes colum. 11. & 12. de fid. inſtrument.*

Ibi ſolutio.] Nota quod ex quo Bulla admittit exceptionem ſolutionis, admitti
12 poteſt exceptio † pacti liberatorij, *vide Io. de Imol. in l. quæſitum in 2. col. à quibus appellare non licet, vide etiam dictum Alexan. conſil. 36. volum. 6.* qui declarat per iſtam exceptionem ſolutionis quæ exceptiones reijciantur vide omnino ibi per eum.

Sed quæro an qui vult facere execu-
13 tionem † virtute iſtius Bullæ debet primo habere recurſum contra fideiuſſorem quam contra tertios poſſeſſores, *vide Paul. in conſil. 175. in 2.* vbi dicit quod ſic, nam iſta Bulla non requirit excuſſionem, vt agi poſſit contra tertios vel contra principalem, cogita.

IOANNIS ALOYSII
DE SEPTIMO
I. C. CELEBERRIMI
ADVOCATI FAMOSISSIMI

In ſupremo Aragoniæ, & Siciliæ Conſilio Regentis, Regijque Conſiliarij.

AD BVLLAM APOSTOLICAM Nicolai V. & Reg. Pragmat. Alphonſi de Cenſibus.

ANNOTATIONES.

SVMMARIVM.

1 *Iura cenſualia licitè emi poſſunt authoritate Apoſtolica.*
2 *Requiſita in* Bulla *quæ ſint.*
3 *Differentia inter annuum cenſum, & annuum redditum.*
4 *Redditus annui inter immobilia numerantur.*
5 *Contractus cenſualis quocumque iure conſtitutus licitus eſt.*
6 *Bulla de quo contractu loquitur.*
7 *Ius nullum trāsfertur in ſubiugatarium per Bullam.*
8 *Ius percipiendi in prædio importat obligationem perſonalem ad illud præſtandum.*
9 *Actio confeſſoria non competit pro iure ſubiugationis.*
10 *Conſenſus domini non requiritur ſi fiat ſubiugatio ſuper feudo & num.* 11.
12 *Alienare non dicitur rem feudalem vendens fructus in perpetuum.*
13 *Fructus à ſolo ſeparati non ſunt feudales.*
14 *Decima non debetur ex ſubiugatione facta ſuper feudo & num.* 16. *&* 17.
15 *Feuda ante cap. volentes poterāt alienari.*
18 *Contractus ſubiugationis ſecūdum iſtam Bullam an valeat.*
19 *Bulla Nicolai V. eſt authentica.*
20 *Contractus iuxta formam Bullæ an ſit licitus contra nu.* 25. *Intellige nu.* 26.
21 *Certus de lucrando in pecunia data committit vſuram.*
22 *Vſura committitur ſi pro aliquo capitale aliquod certum recipitur.*
23 *Differentia inter redditus, & ius percipiendi aliquid ex fundo.*
24 *Pecuniam pro pecunia dare probibitū eſt.*
27 *Feudum an conſtituatur ſuper piſcationibus fluminum.*
28 *Barones non poſſunt prohibere piſcationes in eorum fluminibus. limita nu.* 30.
29 *Vicerex in Regno an poſſit concedere tonnariam, vel tonnum remiſſiuè*
31 *Feudum an conſtituatur in molendinis, & an molendina ſint feudalia.*
32 *Feudum an conſtituatur in ſalinis.*
33 *Salinarum prouentus ſunt regalia.*
34 *Feudum nō conſtituitur in immobilibus.*
35 *Princeps in Regno an poſſit concedere omnes ſalinas.*
36 *Mineræ alumnis & argenti an ſint Principis.*
37 *Pragmatica an reijciat offitiū iudicis* 38.
39 *Exceptio aliud eſt, aliud offitium iudicis eſt.*
40 *Generalis excluſio exceptionum non excludit officium iudicis.*
41 *Reſtringe quando lex fauere vult creditori, & actori.*
42 *Reſtringe quando oppoſitio eſt improbata, & æquitas non ſuggerit.*
43 *Reſtringe quādo officium iudicis ſine deductione facti non poteſt operari, & requiritur facti deductio.*
44 *Reſtringe quando non tollitur in totum, ſed differtur oppoſitio, quo caſu ceſſat iniquitas.*
45 *Reſtringe quando nullitas tum per viam principalis, & exceptionis eſt reiecta num.* 46. *&* 55.

Prag-

47 *Pragmatica circa exceptiones procedit dãdo ordinem.*

48 *Iudex non poteſt ſe intromittere, quando lex prouidet.*

49 *Dictio quomodolibet quid operetur.*

50 *Verba vbi in ſtatuto ſunt clara faciũt ceſſare omnem reſtrictionem.*

51 *Homicidium culpoſum punitur pœna ordinaria, vbi ſtatutum dicat per verba generalia.*

52 *Venalia non comprebendantur in legato eorum, quæ ſunt in domo, niſi expreſſè exprimantur num. 53.*

54 *Lex quantumcumque dura ſeruanda & num. 56.*

57 *Iudex in eo quod lex præcipit decidendo, nõ debet ſe intromittere niſi exequẽdo.*

58 *Statutum in totum tollens exceptiones, ſed differens non dicitur abſurdum, neque iniquum.*

59 *Exceptio notoria ex defectu poteſtatis in Bulla non admittitur.*

60 *Statutum quod tollit actionem nõ valet, ſecus ſi differt poſt carcerationem.*

61 *Offitium iudicis admittitur quando datur defectus ex parte actoris, qui non fundauit ex eius actis intentionem ſecus quãdo reus nititur euacuare actionem ex eius defenſionibus deductis & num. 62. & 63.*

64 *Statutum numquam reÿcit illam exceptionem, quæ venit ad detrahendum ſubſtantiæ ſeu formæ, ſeu qualitati illius actus.*

65 *Exceptio quod non eſt inſtrumentum, admittitur.*

66 *Exceptio quod arbiter eſſe non poteſt, admittitur.*

67 *Exceptio quod iſte actus non eſt actus, admittitur.*

68 *Exceptio quod eligentes non erant Cardinales, admittitur.*

69 *Exceptio quæ à fundamento abſorbet ſubſtantiam actus, admittitur & nu. 105.*

70 *Exceptio quod non ſubiugauit bona ſua, & quod hic non eſt contractus cenſualis, nec recipit pretium, admittitur.*

71 *Exceptio quod inſtrumentum eſt nullum quia deficiũt ſollemnitates, admittitur.*

72 *Exceptio proueniens ex alio ſtatuto non dicitur reiecta & nu. 73.*

74 *Exceptio quod pecunia ſeu pretium cenſus non fuit numeratum, admittitur & num. 75.*

76 *Retentio datur pro pretio etiam ſtante ſtatuto, quod nõ poſſit ſe opponere et n. 77.*

78 *Exceptio rei non traditæ admittitur.*

79 *Exceptio ſimulationis admittitur non obſtante ſtatuto reÿciente omnes exceptiones & nu. 80. 81.*

82 *Exceptio, quæ facit ceſſare rationem naturalem, admittitur.*

83 *Exceptio, quæ ex eodem cõtractu dicendo quod non habet cauſam obligationis, admittitur.*

84 *Statutum reÿciẽs exceptiones, aut reÿcit omnes, et tunc admittuntur aliquæ, aut reÿcit omnes præter exceptionem ſolutionis, & tunc nulla alia admittuntur, & num. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. & 94.*

91 *Exceptio nouationis, licet non ſit propriè exceptio reycitur.*

95 *Statutum ſi mandat aliquid & recedit à iure cõmuni tunc forma eſt ad vnguem ſeruanda et nu. 96.*

97 *Statutum aut fauet inſtrumento, & tunc aliqua poſſunt opponi, aut executioni, et nulla poſſunt opponi & nu. 98. 99.*

100 *Verba ſtatuti clara non admittunt alias exceptiones etiam maiores expreſſis.*

101 *Exceptiones quæ præſupponũt cõtractum non eſſe, ſcilicet nullitatis & falſitatis reÿcit pragmatica et nu. 102. & 104.*

103 *Falſitas numquam comprehẽditur ſub generali diſpoſitione, et nu. 108.*

107 *Exceptio quod bona non erant in dominio ſubiugantis an admittatur et nu. 108.*

109 *Exceptio quod alteri ſoluit ius ſubiugationis admittitur.*

110 *Subiugans ſuper iure ſibi ſubiugato non operatur quo ad tertium.*

111 *Subiugatio ſubiugationis fieri non poteſt.*

112 *Tertius pro ſuo intereſſe poteſt ſe opponere non obſtante pragmatica ſi contra eum non eſt fundata executio.*

113 *Exceptio contra ceſſionarium cenſuum Bullarium de viribus ceſſionis admittitur.*

114 *Hæres conuentus non vt poſſeſſor poteſt opponere exceptionem inuentarÿ.*

115 *Hæres an poſſit opponere quod poſſidet bona ex fideicommiſſo.*

116 *Contractus excedens decimam an ſit nullus in totum vel pro parte.*

117 *Debitor promittens exceſſiuam ſummam pro cenſu an reddat contractum nullũ.*

118 *Pactũ ꝙ ſoluatur cenſus de tertio in tertiũ an reddat cõtractũ nullũ et n. 140.*

119 *Tertius poſſidens vnum ex rebus ſubiugatis an teneatur pro rata, vel in totum, & num. 153.*

120 *Pragmatica an inducat tacitam hypothecã in bonis detinẽtis prædia ſubiugata.*

121 *Exceptio excuſſionis non admittitur in Bulla.*

Res

122 *Res ſubiugata debet facere tot fructus quod excedant ſummam ſubiugatam, aliter contractus non valet.*
123 *Solutio cenſus nõ poteſt probari per teſtes ſtantibus verbis pragmatica.*
124 *Bona poſtea quæſita veniunt in generali obligatione, et an habeat locum pragmatica in illis num. 125.*
126 *Pactum quòd redditus redimi poſſit infra nouem annos an valeat.*
127 *Contractus Bullæ debet conſtare per documentum publicum.*
128 *Cõtractus in dubio iudicari debet licitus non vſurarius.*
129 *Contractus cenſus excedens decimam eſt nullus, & facit cadere vſuras in ſortem & num. 167.*
130 *Cenſus non poteſt conſtitui ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis.*
131 *Pretium cenſus poteſt conſiſtere in mercibus ita quod non euadant decimam, & an vitiatur in totum nu. 132.*
133 *Dictio ſuper denotat hypothecam.*
134 *Pactum reddimendi cenſum debet eſſe perpetuum.*
135 *Cenſus debet imponi ſuper rebus ſuis.*
136 *Cenſus an conſtitui poſſit ſuper mobilibus ſi faciant fructus.*
137 *Res ſubiugata ſi non ſufficit ad ſoluẽdum cenſum, an teneatur ſubiugans.*
138 *Pragmatica quæ ſit.*
139 *Exceſſum in cẽſu circa pretium quis probare debet.*
141 *Obligatio quando generalis vel ſpecialis dicatur in contractu Bullæ.*
142 *Contractus et inſtrumentum qualiter differunt.*
143 *Nullitas apparens admittitur in Bulla.*
144 *Exceptio liquidationis non factæ an poſſit opponi.*
145 *Exceptio compenſationis an admittatur in Bulla.*
146 *Exceptiones ſimiles realis ſolutionis an admittantur.*
147 *Pragmatica non tollit, ſed differt exceptiones.*
148 *Cenſus an poſſit peti ante diem.*
149 *Exceptio ſollemnitatis non ſeruatæ non cenſetur reiecta.*
150 *Contractus cẽſualis celebratus ante pragmaticam an habeat eius priuilegia, & num. 160. et 163.*
151 *Caſus in quibus agatur perſonali actione contra tertium.*
152 *Statutũ poteſt mandare quod ſolutio probetur per publica documenta.*
153 *Teſtes ad verificationem extremorum an recipiendi ſint parte citata.*
154 *Bona communia an veniat in obligatione bonorum ſubiugatorum.*
155 *Solutio probata ex præſumptione l. 3. C. de apoch. an admittatur in Bulla.*
156 *Exceptio præſumptionis an admittatur in Bulla.*
157 *Exceptio reſultans ex æquitate admittitur.*
158 *Conſuetudo non valet quod vnus colonus exiſtente alio non ſoluendo teneatur ad penſionem.*
159 *Solutio probata ex datione in ſolutum nõ admittitur.*
161 *Statutum prohibens portare veſtes trahitur ad iam factas.*
162 *Statutum quod debitor ex inſtrumẽto capiatur, extenditur ad inſtrumenta iam facta.*
164 *Statutum quando trahitur ad præterita, & num. 165. et 166.*

BREVI compẽdio tangam intellectum Bullæ bonæ memoriæ Nicolai Quinti Summi Pontificis, & ampliationem priuilegiando cõtractum cenſualem comprehenſum per bonam memoriam Regis Alphonſi quoniã contractus in eis comprehenſus verſatur in curijs & practica tanquam aſſiduus in Regno.

Et primò declarabimus quid diſponat, & de quo contractu loquatur, quoniam imperiti credunt omnem contractum licitum vocari ſubiugationis, quocumque modo initus ſit.

Secundò. An talis contractus ſit iure permiſſus, & qualis.

Tertiò tangam aliquas quæſtiones occurrentes aſſiduo in materia iſtius contractus ſubiugatorij.

Circa primum, quid intendat Summus
1 Pontifex permittere, ſeu † decernit permiſſum à iure eſſe, prout infrà dicetur in verbo huiuſmodi cenſualia, vbi dicitur quod licitè emi, & vendi poſſunt auctoritate Apoſtolica cenſualia annui redditus ſuper proprietatibus, rebus, facultatibus, emolumẽtis, duobus additis; primò quod fiat, cum facultate redimendi pro conſimili pretio: ſecundò, quod annuus redditus non excedat decimam partem pretij habiti, hoc eſt ſi capitale aſcendit ad centum, annuus redditus non poteſt eſſe vnc. vndecim, ſed tantum decem, cum non poteſt excedere decimam partem capitalis.

Et

2 Et pro intelligentia præmitto,† quod
aliud eſt vẽdere annuum cenſum iam for
matum in aliquo prædio prout eſt vẽde-
re cenſum annuum vtilis dominij,ſeu di-
recti dominij,quem quis percipit à re ſi-
bi obnoxia vel vendere tantum annuos
redditus ſuper proprio prædio,quia cum
iſta immobilia reputentur , & perpetuo
videatur cõſtitui,& maximè,quia eſt iam
ius reale conſtitutum, iſti annui redditus
dicuntur, prout eſt *tex. in l. iubemus, C.
de ſacr. ſanct. Eccleſ.* & immobilia repu-
tantur *Bal. loquitur in l. hac edictali §.
his C.de ſecund.nupt. in prima colum.Gu
lielmus de Cuneo,& alij, quos refert Ale-
xan. in l.ſciendum in principio prima col.
ff. qui ſatis dare cogantur,* & de iſto con-
tractu non loquitur bulla quoniam lici-
tus eſt contractus,quomodocumque *iux
ta d.l.iubemus cum gloſ.in verbo annuos,
l.fin.C. de rerum permut. & text. in cap.
ad noſtram extra de reb. eccleſ. non alien.*
vbi eſt opus reſtitutione in integrum , ſi
eccleſia eſt læſa, ergo validus eſt contra-
ctus. proſequitur *Roman.conſ.*302.& ma
xime in fine ad hoc propoſitũ,& hoc pro
claro tenent omnes *Canoniſtæ in cap. in
ciuitate poſt hoſtienſem,et alios* de quibus
fit mentio in ſequenti quæſtione.
3 Secundus caſus eſt , † quando recepta
pecunia conſtituit annuum cenſum iuris
percipiendi ſuper rebus proprijs: quod
non habet aliquam realitatem , ſed con-
ſtitutionem perſonalem, & de iſto cõtra-
4 ctu loquitur Bulla præſens† aliud aliena-
re, aliud ſupponere, vt not. in rubr. de
rebus eorum . Item quia vult venditio-
nem fieri ſuper rebus, proprietatibus,&
facultatibus venditoris, dictus cenſus nõ
eſt conſtitutum ius reale,ſed hypothecæ,
& obligationis perſonalis ſuper bonis ſub
iugatis , transfertur: iſtud importat na-
tura iſtius verbi Bullæ,quo vtimur,prout
declarat *Bar.in l. codicillis §. inſtituto ff.
de leg.2. Iaſ. in l.fundi ff.de annu.leg.vbi
allegat ad hoc dictam rub. de reb. eorum
ſequitur Roman. conſ.*388. *in cauſa prin-
cipalis thematis.in primo* hoc demonſtro:
5 † nam quando conſtituitur aliquod ius
percipiendi in prędio,prout requirit Bul
la,tale ius non importat,nec ſeruitutem,
nec aliquam realitatem, niſi obligationẽ
perſonalem ad illud pręſtandi promitten
tem, ita principaliter in terminis noſtris
declarat *Alex.in ſuo notabili conſ.*18. *ſu-
per primo in vol.quinto* vbi plures docto
res ad hoc adducit,quæ nõ referam,cum
communiter habeantur,quæ ego ſum ſo-
litus allegare in contingẽtia facti: & pro
hoc etiam,quod not.*Paul.in l. pater puel
læ circa medium C. de inofficio.teſtamen-
6 to,*vbi vult † quod aliud eſt vendere rem,
ex qua fructus percipiuntur,aliud eſt ven
dere ius, ex quo redditus percipiuntur,
quia diuerſo modo æſtimatio cenſetur,&
ſic cum ſit venditum ius percipiendi , &
non res, nullum aliud ius quàm perſona-
lis obligationis trãsferetur iſtam opinio-
nem tenet *Bald.* cuius doct. eſt multum
in terminis noſtris *in cap. quæ in eccle-
ſiarum, de conſt.colum.4.verſ.quæro nun-
quid feudatarius,* vbi vult , quod iſte an-
nuus redditus non ſit cõſtitutus reſpectu
fundi ſubiugati , ſed corporis fructuum
prædiorum omnibus annis , allegat quæ
habentur *in d.§.inſtituto,*pro quo addu-
co *text. notab. in l. defuncta §. ſempro-
nio ff. de vſufruct* vbi legatũ ex redacto
fructuum oleris non continet vſumfru-
ctum, ſed ſolum, quod redactum eſt , ex-
fructibus continetur, *vt eſt gloſ. not.in l.
ſi quis ita ff. de vſufruct.* ex quibus infe-
runtur plura, primo quod pro tali iure
ſubiugatio non cõpetit confeſſoria actio,
prout declarat *Bar. in l.mella.§. fin.ff.de
aliment.& cib. leg.& Alex.dicto conſ.*18.
7 Secundò † infero , quod ex quo ex di-
cto contractu ſubiugationis nõ transfer-
tur aliquod ius in re, ſed tantum ius obli
gationis ad ſoluẽdum cenſum annuum, ſi
fiat ſubiugatio ſuper feudo,quod non re-
quiratur conſenſus ſuperioris , ad hoc vt
valeat contractus , nec incidit alias con-
trahens in pœnas à iure ſtatutas,& ita in
terminis noſtris decidit *Bald.in cap. quæ
in eccleſiarum de conſtit. col.4. verſ.quæ-
nunquid feudatarius,*cum in tali contra-
ctu nullum dominium rei transfertur, vt
ſupra dictum eſt , & ita tenet *Bal. in cap.*
1. *in fine colum. fin.de ſucc.feud.*vbi vult,
quod illa annua pręſtatio reſpicit fructus
à feudo ſeparatos ab ipſo feudo, quem
etiam ſequitur ibi *Aluaro col. fin. & alij
ſcribentes, & tenet Bald. in cap.*1. *in fine,
8 an agnat.* & pro hoc adduco, † quod ven
dere fructus etiam in perpetuum non di-
citur alienare rem feudalem, vt declarat
*Andr. de Iſer. not. in conſt. conſtitutionẽ
9 col.*1. ibi ſecus † ſi concederet fructuum
perceptionem etiam ius commoditatis,
etenim res diuerſæ ſunt,& diuerſis conſi-
derationibus habẽtur à re ipſa *l. neceſſa-
rio §.fin.de pericul.& commod.rei vend.
l. arboribus §.2.ff. de vſufruct.*& propte-
10 rea licet † non poſſit fundus, ſeu feudum
alienari in præiudicium tertij, vel domi- 11
ni

ni, tamen conceſſio commoditatis,& fru
ctuum liberè fieri poteſt, vt ad propoſi-
tum noſtrum eleganter declarat *Bal. No*
nellus in tract. de dote in vj. parte prin-
cipali ibi, & ſic poteſt inferri prope finē,
& ante eum id tenet *Imò, et latius Roma.*
in l. in concedendo ff. de aqua pluu. arcen.
loquendo in rebus prohibitis alienari ſi-
ne licentia domini, & pręmiſſa intelligas
11 ad effectum, vt actus † & contractus ſub-
iugationis valeat, & teneat ſine conſenſu
domini: nam habetur, quòd cum ſit feu-
dum, & in alienabile, & debebatur agna-
tis mortuo ſubiugāte, de iure reperitur,
quod non teneantur agnati, vel dominus
12 ad illud præſtandum; † quoniam reſolutū
eſt illud ius datoris, vt not. declarat *An-*
dreas in dicta conſtit. conſtitutionem pro-
pe finem. ibi caueant tamen ementes eo-
rum, & omnia iſta dicta ſuperius proce-
dent, quando eſt dictum, quòd venduntur
annui redditus à ſolo ſeparati eorum, vt
communiter fit temporibus noſtris, pro-
ut dixit *Bal. in dicto cap. 1. de ſucceſſ. feud.*
13 † & quia fructus à ſolo ſeparati non ſunt
bona feudalia, & applicantur hæredi feu-
datarij, vt mobilia ſecundum *Andream*
in cap. 1. §. hæredis colum. 2. de pace tenen
da, & in col. 2. & ponit Bal. in conſ. 397.
vol. 4. prope finem, & conſ. 77. volum. 2.
ad euidentiam adde not. per Purpuratum
in conſ. 458. nu. 12. 13. in 2.

Tertiò infertur, & aliud, ex quo in quę-
14 ſtione ſupra retenta, † quod ſi fiat ſubiu-
gatio ſuper feudo, ex quo nullum ius do-
minij, vel poſſeſſionis, vel proprietatis in
feudo eſt tranſlatum, niſi commoditates
fructuum percipiendorum vſque ad ſum-
mam ſubiugatam, cum ius ſoluendi deci-
mam ſit inductum *per cap. volentes* Regis
Federici quatenus expreſsè loquitur in
contractu alienationis feudi, & qui ſubiu
gat feudum, nihil de feudo alienat, ergo
cum ſit cōtra expreſſa verba capituli vo-
lentes, & contra caſum, quem lex præſup-
ponit, non habet locum eius diſpoſitio. *l.*
quo loco ff. de hæred. inſtit. & ibi not.
Doct. quia cum non conueniunt verba
legis l. 4. §. totiis de damno infect. cum
15 *vulg.* confirmatur † hæc quæſt. nam etiā
ante *capitulum volentes* fructus poterant
ſine licentia alienari, vt probatur in præ-
cedenti quæſtione: ergo cum exactio de-
cimæ fuerit inducta per capitulum volen
tes in recompenſationem licentiæ, quam
reges dabāt in feudorum alienationibus,
& per nouitatem capituli volentes hodie
16 non requiratur, ſed in ſubiugationis † cō-
tractu nulla licentia requirebatur, ergo
nulla poteſt cadere compenſatio, in qua
fundetur decimæ exactio.

17 Confirmatur † etiam hoc per cap. vo-
lentes, quod inducit decimam propter
cōſenſum præſtitum pręſupponit caſum,
in quo feudum indiminutum & integrū
remanet, ſed iſto caſu numquam diminui
18 tur, ergo & in iſto caſu non loquitur † ex-
tra caſum, quem lex requirit, & præſup-
ponit, non verificatur conſtitutio, *Angel.*
l. ſi verò qui pro rei. ff. qui ſatiſdat. cog.
Bal. in l. in præſentia col. 12. de probat.
ponunt omnes poſt Ioannem Andr. in cap.
1. de homicid. in ſexto.

Et propterea Inuictiſſimus Rex Ferdi-
nandus Catholicus in vltimis ſuis capitu
lis per me tunc Regentē Impetratis, man
dauit, quod iſte articulus in Regno deci-
deretur data certa forma: nec aliquid
fuit vnquam actum. Circa ſecundum
principale dubium eſt videndum an di-
19 ctus contractus † ſubiugationis ex iſta
Bulla Papali, & Regia pragmatica permiſ
ſus valeat de iure, quoniā circa hoc mul-
tos vidi imperitos eſcandeſcere dicentes
eſſe animas contrahentium circa talem
contractum Illaqueatas, ignorantes po-
tius naturam contractus, quàm aliquid
conſideratè exprimentes de eius validita
te, & fructuum proſequar, & quoniam in-
ter alia ſolent dicere numquam talem
Bullam fuiſſe expeditam, nec eſſe veram,
tamē ego oculis proprijs in theſauro ma
ioris Panormitanæ Eccleſiæ, vbi monu-
menta propria ſeruātur vidi originalem
extractam manu Regis Alphonſi ſigna-
tam, vbi inſeritur dicta Bulla, & poteſt ab
omnibus hoc cerni, & videri.

Circa articulum tamen principalem,
an ſi iſti redditus formentur de nouo ſu-
per prædijs, & alijs prout in Bulla, qui poſ
ſunt redditum talem ex fructu facere an
20 ſit licitus † de iure? Et hoc Papa ſtatue-
re in dicta Bulla? videtur dicendum quod
nō, quia formare dictos redditus eſt ape-
rire viam fraudibus, & ſingulariter in
aere dictos redditus reſtituere, & forma-
re, & poſtea maxima lucra in ſe percipe-
re certa pluſquam ſi conuerterent in em-
ptionem prædiorum: Præterea quando
21 in contractu quis eſt certus † de ſuperlu-
crando in pecunia data, cōtractus eſt ſi-
milis fænori, licet non ſit mutum *cap. in*
ciuitate, & cap. nauiganti de vſur. ſed ita
eſt in contractu prædicto, quia pro vncijs
centum pro capitale eſt certus ab initio,
quod ſuperlucrabitur ſpatio triginta an-

norum

norum vncias 300.& plus in infinitum, ergo talis cõtractus vſurarius reputatur, facit per hoc *l ſancimus §.fin.C.de dona.* & iſta argumenta formalius quam per alium vidi poſita *per Bald. conſil. ſuo* 18. *inſtrumentum ſic dicit in primo volumi. circa medium.* Præterea quando ſoluitur aliquid capitale, & donec illud reſtituatur aliquid ſoluitur per denumerationẽ temporis, etiam ſi alio nomine nuncupe-
22 tur, puta pro pena, tamen vſura † reputatur ita dicit dominus meus *Aretin. in cõſ.* 152.*viſo themate in princ.* vbi ad hoc plura allegat, ergo, &c. hanc cõcluſionem tenent theologi communiter *Pet. de Pa. in* 3. *diſtinct.*36. *D Card. Sixti de Turrecrem. in ſuo ſollemni commento decreti* 14.*quæſt.*2.*cap. ſi quis vſuram* 13. *quæſt.* vbi latè impugnat dicta henrici de caud. ea confutando, *Idem tenet Ricard. de Med. val. in quodam ſuo quod oſtendit in ſumma l.* 3. *tit.* 2. *multi alij ſollemnes Theologi, quos.ad longum refert do.Guillel. Benedict. in ſua quæſtione, quam diſputauit contra Henric. de Caud. ſuper validitate huius contractus, quæ incipit quod libitum in quiſ. bont. in reſponſione ad ſeptimum argumentum*; Et veritas huius quæſtionis demonſtratur collectis dictis omnium in parte, quia licitum eſt emere, & eſt legalis contractus emptio iuris percipiendi redditum de fructibus perueniendis ab aliquo feudo, ſicut emere illud feudum vel vtile Dominiũ illius fundi, vel annuum redditum ex illo fundo conſtitutum, quod non eſt dubium de iure communi valere, & ſubſiſtere. Et propterea non poteſt dici plus vnum valere, quam aliud, & ita eſſe de mente *Inno. & hoſti. declarat. do. Abb. in dicto cap. in ciuitate, per quod Oldrad. in dicto conſ. proſequens dictum fundamentum adducit text. in l.neceſſario §.fin.ff. de per.et comm.rei.vend.* vbi ſicut poteſt vendi vſufructus, ita & commoditas, & ſic ius vtẽdi probatur etiam per hoc ſecundum eum *in l.fin. §. ff. de contrahe. empt. per hoc eſt text. in l.iubemus cum gloſ.in verbo Annuos, & eſt bonus text. in l. defuncta §.ſempronia ff. de vſufr. confirmatur iſta concluſio ſecundum Petrum de Pallu. & Card. Sanct. Sixti in dictis locis,* nam iſtud ius percipiendi poteſt donari cui vult, & aliter de eo contrahi ſecundum *Henricum de Cuda*. Ille cui ſunt iſta iura donata poteſt vendere, ergo clarum eſt quod ſicut non eſt prohibitus contractus venditionis ex poſt, ita nec quando conſtituitur ius percipiendi redditus.

Tertiò confirmãtur prædicta, quia ius percipiendi redditum eſt ſeparatum, &
23 aliud à reddìtu, † redditus enim ſunt corporalia, pecunia, bladum, vinum & ſimile, ſed ius percipiẽdi eſt incorporale, vt probatur, nam quis poteſt habere ius percipiendi, & tamen non percipiet quia non erunt redditus, ſed emere ius percipiendi non eſt prohibitum, vt ſupra eſt probatum, ergo cõtractus licitus cum non ematur pecunia, quæ ex contractu peruenit, ſed ius percipiendi ſingulis annis tantam
24 pecuniam, nam nõ ſequitur † quod venit corporale in venditione vt pecunia, feudum, ſiue fundum, &c. ergo illud eſt venditum ad illud corporale exigẽdum, venditio iuris incorporalis dicitur, & non corporalis, *ita declarat puntualiter text. inſtit. de reb.corp.& incor.per totum, & ibi dominus Chriſtophorus Porc. ad noſtrum propoſitum notabilia verba* dicit enim nota rem appellari corporalem inſpecto ſuo vniuerſo, non autem inſpecto ſuo particulari. Hinc eſt quod hæreditas appellatur res incorporalis ſumpto iure vniuerſo hæreditatis, ſic vſusfructus, & obligationis, & finaliter nota omnes ſeruitutes appellari incorporales, quia cõſideratur ius ipſarum ſeruitutum, non autem actum exequendi ſeruitutes; ſic ergo concluditur quos ius percipiendi annuũ redditũ conſtitutũ in prędio aliquo eſt alind quam ipſa pecunia, quæ ex annuo redditu percipitur, per hoc eſt nam percipere pomum à prædio alterius, & ſpaciari per aliquem locũ alterius hoc per viam ſeruitutis fieri non poteſt, quoniam non eſt debita à prædio alteri prædio, tamen ſuper hoc poteſt conſtitui obligatio iuris ſpaciandi, & pomum colligendi, quia diuerſum eſt vnum ab alio percipere, & habere ius percipiendi obligatione perſonali, & pacto. Caſus eſt de hoc *in l.vt pomum ff.de ſeruit.cum gloſ.Circa finem, & ibi Bart.et omnes, & pro hoc eſt tex. cum gloſ.not.in verb. valet in fi.ff.de vſufruct.* vbi probatur, quod licet non valeat conſtitutio ſeruitutis, ſi tamen conſtituatur ius paſcendi & habitandi, quoniam iſtud diuerſum eſt à ſeruitute & ſolum conſiſtit in obligatione formata perſonali ex illo iure conſtituto videlicet, quod diuerſa ſunt ius paſcendi, & ſeruitus paſcendi, & ita dicit ibi *gloſ.* tenere *Azo.* quæ omnia iura ſunt notabilia ad caſum quæſtionis noſtræ, ex quibus probatur dicta cu-

iuſdam doct.theologi,quem refert *domi-
nus Giull. de Benedict.* qui ita videtur vel
le, & diſtinguere licet prædicta non alle-
get,nec ita ſuam queſtionem fundet,cum
in primo contractu donec exactio capi-
talis retardetur per ſingulos annos à re-
cipiente ſoluatur cenſus, & iſtud vſura-
rium reputetur, præterea videtur, quod
in pecunia non conuenit materia rei em-
ptæ,cum tũc vſus eius videretur emptus,
24 maxime cum pecunia † pro pecunia de-
tur, quod eſt prohibitum vt latè in ter-
minis noſtris ponit *Bal.in conſ.334.circa
penult.col.in 1.vol.* Et hanc partem vide-
tur tenere *Innoc. in terminis noſtris in
cap. in ciuitate de vſur.* vbi poſtquam di-
cit dictum contractum eſſe licitum con-
ſulit Chriſti fidelibus, quod ab eo ſe ab-
ſtineant, ſcilicet quod de nouo redditus
conſtituant,vel actionem emant,& ita vi
detur tenere *Salic.in auct.ad hæc col. pe-
nult. C. de vſur. in quæſtione ementium
redditus montis poſt Gregor. de Arimine,
& hoc etiam videtur velle Ioan.Andr.&
Butr.in cap.ſalubriter de vſur.& ibi Pet.
de Anchar. & idem Ioann. Andr. in cap.
in ciuitate, vt refert Rodul. in tract.præ-
dicto quæſt.* 11. qui voluit quod ſocer nõ
poteſt promittere quid annuum ratione
dilatatæ ſolutionis dotis, quia eſt vſura,
licet poſſit pignus pro eo aſſignari prout
eſt *tex.ibi in cap. ſalubriter,* vt ex eo col-
ligat fructus etiam ſi prætendat intereſ-
ſe, niſi eſſet negotiator, *vt ibi declarat
Anchar. & idem videtur tenere Goffred.
in titul. de vſur. circa finem verſ. quid de
his qui dant pecuniam eccleſiæ,refert eum
Bald. in d. conſ. Henric. de cond. quoli-
bens,& aliqui Theologi quos refert Laur.
de Rodulph. in d. tract. in 2.parte quæſt.
13.& ſequent. argumẽta Henric.de Cau-
da in quolibet 12. latè refert quidã Doct.
Gallicus gulle. de bon.* qui iſtum articu-
lum plenè diſputauit, & licet multa ſint,
tamen non reſpectu pecuniæ ad pecuniã
principaliter prout eſt iſte caſus, quia
vſuram ſapit, quo mediante per pecuniã
emeretur ius percipiendi in pecunia, ſed
bene licet emi ius percipiendi aliquo me
diante fundo, vel donatione facta, quo
medio percipitur ius aliquod quia non
tũc pecunia ſimpliciter parit pecuniam,
& hanc partem in emente fructus ad vi-
tam tenent *Petr.Cin.& Bal.in l. ſi ea pe-
cunia C. de vſur.*

In contrariam partem,quod imò con-
ſtituere ius percipiendi de nouo annuos
25 redditus† ſuper prædijs prout Bulla per-
mittit ac declarat licitè poſſe fieri eſt
communis ſententia canoniſtarum, &
theologorum,in primis *Hoſtien.in d.cap.
in ciuitate* vbi vult quod talis contractus
ſiue imperpetuum, ſiue ad vitam, ſiue
ad tempus certum, ſiue ad redditum
certum, ſiue incertum ſit licitus regula-
riter & à iure permittatur *§. iubemus C.
de Sacroſanct. Eccleſ.& l. hæreditatem
& l. ſequen.ff. de hæred. vel actio.vendit.
cap. 1.& 2. extra depræcar. cap. penult.
& fin. locat. cap. quærelam de ſimo.* dum-
26 modo quis non decipiatur † intellige
in emptione eius iuris vltra dimidiam
iuſti pretij, & dummodo nil fiat in frau-
de vſurarum *cap. ad noſtram de empt. &
vendit. l. Iulianus, §. idem papinianus
ff. de action. emptio.ita tenet Oldrad.con-
ſil.207. vniuerſis præſentes, vbi eleganter
loquitur, & prope finem ad hoc allegat
Hoſtien. Innoc. Vincen. & Goffred. in d.
cap. in ciuitate idẽ tenet Matth. in clem.
1.de vſur.quẽ ibi refert, & ſequitur Cad.
quæſt.9.& hanc partem tenet Io.Andreas
in addit.ad Speculin rubr.alleg. Idem te-
net Lupus in d.cap. in ciuitate,& ibidem
Card.& Abb, Laur.de Redul. in d tract.
2.parte quæſt.12.Pet.de Anchar.ibi,& in
diſputatione ſua incip. antiquis,& moder
nis in 4. membro,quem ſequitur latè Ioã.
de Ana. in d.cap. in ciuitate, col.2. Bald.
in cap. 1. de iur. iur. Roman. conſ. 423.
pro pleniori in 2. col.Bal. conſ.18. inſtru-
mentũ in 1.vol.et cõſ.334. et quod dictus
Ant.eo. vol. Cuma.conſ.181. proponitur,
Alber. de Roſat. in l.iubemus prope finem
C. de Sacr. ſanct. Eccleſ. Paul. de Caſtr.
conſ. 19. præſens, & hanc partem reperio
tenere duos ſollemnes Docto. Gallicos latè
diſputantes do.Ambroſ. de Vignat. in re-
pet. capituli ſalubriter de vſur.in 10.car.
verſ. venditio fructus, & dominus Guid.
Pap.in tract. de vſur. in prima car. verſ.
ſed quid de illis qui emũt penſiones, iſtam
partem tenet do. meus Aret. in conſ. 161.
viſo themate col.penul.vbi ſequitur Laur.
de Rodul.* quando redditus ſoluuntur ſu-
per prædijs habẽtibus annuum redditum
vt infra dicetur, & ſuper iuribus & gabel
lis exigendis in dohanis in feudum,& ſub
ſeruitio militari.

27 Sed an ſuper piſcationibus † fluminũ
poſſit feudum conſtitui? videmus in Re-
gno Siciliæ quod ſic nam Iarrecta loca-
tæ fuit conceſſa illis de Serrauilla de qua
meminit *dominus Guill.de pern. conſ. ſuo
feud. 3. & 4.* vbi conatur oſtendere
quod illa conceſſio nõ fuit facta à Princi-

pe in fendum,pręſupponit enim potuiſſe
principem facere hoc, & ſuper ea feudū
conſtituere & nō immeritò cum ſint eiuſ
dem naturæ, & fructuum perceptionis,
cuiuslibet redditus prædicti, qui perci-
pinntur ex Tractis, gabellis, & vectigali-
bus proue eſt *text. in leg. inter publica §.*
publica vectigabilia vbi *text.* dicit prop-
terea vectigalia intelligere debemus, ex
quibus vectigal fiſcus percipit quale eſt
vectigal portus vel venalium rerum, ſali-
narum, metallorum, & piſcationum, er-
go cōſtitui poteſt in eis feudum *cap. 1. in*
verbo piſcationis,quæ ſint rega.et d.cap. 1.
§. ſciendum de feud. cog. & ſic videmus
etiam contingere in tonnarijs cōceſſis in
feudum,quia ſimiliter habent annuos fru
ctus tonnariæ, & piſcationes in eorum
fluminibus,de quibus eſt *tex. in l. vendi-*
tori in princip.commu.prædio. de qua ton
naria, & piſcatione quod ſit Principi re-
ſeruata ponit *Dec.conſ. 171.caſu tranſmiſ*
28 *ſo,& in conſ. ſequen* licet Barones † non
poſſint prohibere piſcationes in eorū flu-
minibus, ſicut faciune hodie prout de-
clarat *Ioan. Fabr. in §. flumina inſtitut.*
de rer. diuiſ. vbi vult quod nec & Præſi-
des prouinciarum poſſunt hoc facere,
ex quibus videtur dubitandum, an Vice-
29 rex † in Regno poſſit concedere tonna-
riam, vel tonnum alios prohibendo per
dicta *Ioan. Fab.*

Sed prædicta de Baronibus, & Præſide
30 limita † niſi ex prohibitione præceden-
te & curſu temporis eſſet quæſitum pin-
guius ius Baronibus,quàm habeant de iu
re prout ibi limitat *Fabr. & Iacob. de S.*
Georg in tract. feud. in verſ. & cum piſca-
tionibus in fin. ſuper quo eſt cogiandum
an dicantur legitimè acquiſiuiſſe tale ius
prohibendi propter metum & concuſſio-
nem vaſſallis impoſitum à Baronibus.

31 Sed quid in molendinis, † qnæ vide-
mus in Regno conceſſa in feudum, & di-
xit *Angel.* quod ſunt immobilia, ſed ſunt
in continuo periculo, & idem quod vt
immobilia reputeutur tenet *Bal. in l. cer-*
ti iuris C. locat. vbi vocat prædia ruſtica,
ſed ex quo annuum reddituum præſtant
non video qualiter non reputentur im-
mobilia ratione vt in eis feudum conſti-
tuatur, & idem videtur velle *Gulell. de*
perno. conſ. 30. incip. nepotes ex filio vbi
conſuluit quod in molendinis conceſſis à
curia ſub annuo cenſu ſuccedunt omnes
filij, quia non fuit expreſſum quod fue-
rant conceſſa in feudum, ſed erant præ-
dia cenſualia,ergo vbi Princeps concede-
ret in feudum non dubitauit eſſe feudalia
& hanc deciſionem *Guill.* nota quia alias
habuimus in facto in molendinis terræ
platiæ conceſſis à Principe, & dubitaba-
tur an eſſent feudalia.

32 Quæro etiam an feudum † cōſtitui poſ
ſit in Salinis prout videmus eſſe in regno
in Salina Nicoxię,& Caſtrioannis,& alijs?
& concludo quod ſic, nam prouentus ſa-
33 linarum † ſunt regalia *iuxta text. in cap.*
ſuper quibuſdam §. præterea de verb. ſi-
gnific. ibi ſalinaria, & eſt text. in l. item
publica §. 1. in fin. ff. de verb. ſignific. com
mnniter videmus quod renaſcuntur & di
cuntur eſſe in fructu ſalua ſubſtantia rei,
& directi matrimonij *iuxta text. in l. di-*
uortio §. ſi vir in fundo ff. ſol. matr. qni lo
quitur etiam decreta fodinis,vel auri,vel
argenti fodinis *& gloſ. ibi in verb. alte-*
rius dicit etiam, de ſalinis, quæ fructum
faciunt,quia renaſcuntur,& ſecundum re
gulam ſupra poſitā *in cap. 1. §. fin. de feud.*
cogn. & in eis poteſt feudum conſtitui, &
ita videmus in Regno vt dixi propterea
vt immobilia reputantur *l. 3. & ſequ. ff.*
de reb. eo.

Et ex prædicta concluſione, quòd feu-
34 dum † non conſtituatur in immobilibus,
ſed tantnm in ſtabilibus,puto poſſe infer
ri hoc ad capitulum Ritus Magn. Cur. in
quo ſtatuitur, quod inagēte ſpolio infra
bimeſtre nullæ audiantur exceptiones ſi
forte poſt bimeſtre ageretur ad reſtitu-
tionem feudi, quia ipſe fuit prius aliqui-
bus bonis ſpoliatus, quo caſu audiri non
deberet agens ad feudum, niſi prius facta
mobilium reſtitutione iuxta capitulum
frequens *de reſtit. ſpoliat. in 6.* quod hoc
non procedit quia reſtitutio bonorum
mobilium oppoſita eſt de diuerſo, & ad-
uerſo iure fundata cum feudum non con-
ſiſtat in mobilibus,vt dictum eſt & ex di-
uerſis non ſit Illatio *l. illa aut ille ff. de*
verb. oblig. & l. papinianus exuli ff. de mi-
nor. & iſto modo poſſet procedere quod
referunt aliqui Neapolitani fuiſſe conclu
ſum *in eorum conſil. deciſ. 19.* vbi dicunt
hoc procedere quod non poſſit opponi
exceptio ſpolij rerum mobilium, quia
feuda ſunt de publico, & alia bona non,
ſed eſt melior prędicta conſideratio iudi-
tio meo, quia imparia non debet pari
iuditio iudicari.

35 Sed dubium eſt an Princeps † pòſſit in
Regno concedere omnes ſalinas in feu-
dum,an ſolū Illas,quæ ſunt in feudis prin
cipis, & ita videtur quia quæ ſunt in feu-
dis priuatorum propria ſunt, & non fiſci,

nec principis *ita dicit Roma.in dicto §.ſi*
vir.per gloſ. ibi, & ſequitur Alex. col.3.
hanc partem tenet etiam Floria. in l ſed ſi
inter duos alias eſt §.inde quæſitum ff. de
vſufr. & hanc partem tenet etiam Iacob.
in tract.ſeud.in verb.cum argẽtis ſodinis,
& Mart.Laud. in d.cap.1.quæ ſint rega-
lia ita tenet Andr.de Iſer. ibidem vbi Al-
uaro col.8.in verbo ſalinarum, & Propo.
volentes ita debere intelligi capitulum
prædictum primo quæ ſint regal.quando
reperiuntur in prædio principis non pri-
uati,quia tunc ſunt propria priuatorum.

Quinimò *Paul.de Caſtr. in d.§.ſi vir.*
vult quod quilibet inuito priuatum do-
mino ſundi poteſt perquirere dictas Sali
nas ſine lęſione prędij,& ſuperficiei iſtius
domini fundi,& ita conſuluit in Ciuitate
Bergami, & hoc *per l.cuncti C. de metall.*
l.11. vbi hoc probatur expreſſe dummo-
do quod decima domino fundi, & deci-
mã principi perſoluat,vt ibi eſt *text.*not.
nam hoc procederet quando quis vellet
fodera lapides, quia tunc non poſſet eſſe
ſine domini fundi, quia lapides in ſuper-
ficie reperiũtur, iſto modo procedit *tex.*
in l.venditor §.ſi cõſtat ff.commu.prædio.
ita debet intelligi *conſ.Raff.Cuman.162.*
viſa copia in quo multum laborauit, an
facta conceſſione per Papam vicariatus
quarumdam terrarum, iura ſalinarum
formata viderentur cõceſſa,& dicit quod
ſic, quia ibi debebant eſſe ſalinæ in præ-
dijs Eccleſiæ & eius dominij,aliàs eſſet di
cendum prout ſupra dictum eſt.

36 Sed quid de minerijs aluminis,& argen
ti an ſint principis,& ſi in fundis priuato-
rum reperiantur? *Aluar.* videtur tenę-
re quod ſic *in dicto.cap.1. in verbo argen*
*taria in 7.col.*per rationem quia ſi in fun
do cæſaris reperentur non eſſet ſpeciale
in eis,quia eſſent regalia, & ita præpoſit.
ibi,ſed iſta ratio non valet, quia ita eſſet
in ſalinis,ſi loqueretur dictum capitulum
primum in principis fundis nil eſſet ſpe-
ciale quod eſſet regale,cuius contrarium
ipſemet tenet vt ſupra dixi,tamen *Andr.*
de Iſer. in dicto verb. argen. dicit quod
qui amat Deum non debet timere:*per ca*
pitulum primum quæ ſint regalia eſſe cor
recta iura antiqua, videlicet *text. in d. l.*
cuncti C.de metall. lib.11. nec tex. in l.3.
§.fin. ff.de reb. eo. vbi deciditur iſtas ve-
nas repertas in fundo, &c.

Sed deueniendo ad materiam Bullæ,
quam præmanibus habeo quæro primo
an Regia pragmatica prædicta videatur
reijcere officium iudicis taliter,quòd ſu-
per exceptionibus excluſis nõ poſſit con-
uentus officium iudicis implorare, & vi-
detur pro parte negatiua dicẽdum,quòd
non,quia pragmatica reijcit ſolumexcep
tiones, ibi dum dicit, (quæ quidem exe-
cutio nullo falſitatis aut alterius excep-
tionis obiectu impediri) quo caſu com-
37 munis omnium Doctorum eſt concluſio,
† quod quãdo ſtatutum reijcit exceptio-
nes tantum, & non defenſiones,tunc poſ-
ſit officium iudicis implorari. *Ita Bald.*
Angel.Paul. de Caſtro per illum tex. in l.
planè ff. de petit, hæredit. & in leg. fin. ff.
cod. tit.Bar.in l.1.§. parui.ff.quod vi,aut
clam l.4.§.nouiſſimè ibi Bar.ff.naut.caup.
ſtabul.& Abb.in cap. item cum quis de re
ſtit ſpol.Pet.de Anch.in clem.1.de ſequeſt.
poſſ.ff.& fruct.Bald. in l.ſi non ſortem §.
circa final.ff.de cond. indeb.dom in cap.4.
vlt. colum. de litis conteſtat. in 6. Bene-
dictus de Barcis in tract. de guaren. pen.
cart.Bal. in l. ſi vnus §. pactus ne peteret
ff.de pactis Alex.conſ.75. col.penul. in 3.
vol. & in conſ.113. 5.vol. in vlt. col.Ro-
manus conſ.42. col.fin. & conſ.67.in fi.do
mi. in cap. indemnitatibus §.ſanè per illũ
text. de elect. in 6. & per multas doct. in
varijs locis doct.confirmari iſtam conclu-
ſionem Iaſ. in l.1.de iuriſdict.omn. iudic.
col.antepen. ibi videndum eſt, & loquun-
tur prædicti *doct. poſt Bar. in dicta l pla-*
38 *nè* quãdo ſunt reiectę † omnes exceptio-
nes,prout in pragmatica præter vnam
hoc eſt ſolutionis, quia tali caſu ſi non
ſunt reiectæ defenſiones, proterit iudicis
officium implorari,ne locupletetur actor
cum iactura aliena, quod tenet *Imol. di-*
cto caſu in l. fin. ff. qui, & à quib. appell.
*non licet cum concor.ibi alleg.*pro quo eſt
39 ratio,quia † aliud eſt exceptio, aliud eſt
iudicis officium ſecũdum ea,quæ ponunt
Bart.& Scriben. in dicta l.prima iuriſd.
omn. iud.Vide Alex.col. penult. & Bald.
inſtit. de act. in princip. in fin.3. col. ex-
40 cluſio generalis † facta à ſtatuto non ex-
cludit officium iudicis, cum illud naſca-
tur executiuè, prout ad propoſitum no-
ſtrum proſequitur elegãter *Philip in cap.*
dilecto cart.penul.verſ.15.verb.intentaur
de appell. extra. Secundo poſito quòd eſ-
ſet excluſa via officij iudicis:tamen iudex
ex ſe, & officio ſuo debet audire defenſio
nem rei,vt excludat actorem *ita not.Bal.*
in l.1.C.de mand.vind.Rom.conſ.42.vbi
not. & conſ.67.

Sed in contrariam partem,multi incli
nant primo,nam licet prædictæ doctrinæ
primo loco allegatę velint,quod poſſit im
plora-

plorari officiũ iudicis,niſi ſit prohibita de
41 fenſio: tamen illæ † non procedunt in caſu,quando ſtatutum vult fauere actori & fortificare actionẽ, exceptiones obiectas prohibendo, quia tunc nõ poteſt iudex impartiri officium ſuum cõtra legis diſpoſitionem fortificantis actionem: iſta ſunt verba *Bal.not. in l.1.C. de cond. indeb.verſ.2. caſu excluditur*,& ſic non poteſt officium iudicis implorare iſtam,deciſionem ſequitur *Salic. in l.ita nobis pudor.C.de adulter.in verſ.ſed vltra prædi-*
42 *cta quæſiuit Bar.* per rationẽ,quia † officiũ fruſtra imploratur,vbi nihil deſeruit officium,quia tũc officiũ iudicis deſeruit cum æquitas approbata ſuggerit, vel ſaltem non eſt improbata. *Inſtit.de off. iu. per totum*,& ſi improbatur in totum, vel in partem, non deſeruit vt patet in præſcriptione cõtra æquitatem *in dicta l. de cond. indeb.* ſed in caſu noſtro oppoſitio executionis ſtrictè à ſtatuto eſt improbata,ergo iudex, qui ad obſeruantiam ſtatutorum tenetur, officium ſuum non debet, nec poterit interponere contra ſtatutum, & indirectè concedatur admiſſio eorum, quæ ſunt improbata directè, ac etiam, quia ſtatutum non tendit ad improbandum exceptionem facti, quod eſſet impoſſibile: ſed oppoſitionem rationem iuris & effectus, ac etiã quia qui vult
43 iudicis † officium implorare habet deducere factum, ex quo procedit oppoſitio, & per conſequens illud medium oppoſitionis, quod videtur eſſe prohibitum, vt non minus operetur repulſio legis,quàm hominis,& tamen ſi incidenter fuerit oppoſita exceptio in iudicio, & poſtea repulſa, non poteſt ad eundem effectum deduci principaliter, *& not.in l.quod iudicem §.1.ff. de compenſ. & non obſtat.l.planè*, quia ibi exceptio ipſo iure non competebat, & ſic non excluditur ab exceptione ſibi competente: ſed in caſu noſtro eſt ſecus, quia competebat de iure communi, ideo etiam intelligitur ſublatam officium iudicis, quod ad eundem finem tenderet, quæ verba ſunt notata, vt ibi per eum, cuius ſententiæ eſt etiam *Bald. in Addit. ad Specu. in tit.de arbitr. in 4. col.verſ. ſed quid ſi ſtatutum & Bald.poſt Cyn. in l. cauſa in principio ff. de minor.* cum ergo pragmatica velit fauere actori habenti ius ſubiugationis repellendo facti exceptionem,vt infra clarius dicetur, quod nullo pacto iudicis officium implorari poſſit iſto caſu,& licèt *Imol. & Angel. de Areti. in l. fin. quib.appell. non licet, quos videntur ſequi Alexan.in l.3.§. ſi bis col.3. ff.quod quiſque iuris,& in dicta lege prima de iuriſ.omnium iudicum,* videtur concordare has doctrinas, quod habent locum, quando quis non locupletaretur cum aliena iactura: ſecus in executione, per quam pars ſi non opponeretur,locupletaretur cum aliena iactura,
44 quia pragmatica fauet † ſolum creditori circa exceptionem, & habet tantum facultatem repetendi poſt ſolutionem nõ ergo inducit iniquitatem, & hoc infra clarius dicetur, quòd in totum non audiatur; ſed præpoſterat ordinem, agendi ante exceptionis obiectam non ergo poteſt dici in effectu creditor locupletari cum iactura aliena, cum poſſit ex facultate legis repetere, confirmatur hoc: quia cum pragmatica vltra procedit, prouidendo de remedio, ceſſat diſpoſitio legis, quæ verſatur in officio iudicis, cum ſit ſubſidiarum, quòd ſibi prouidet de remedio patet, quia vult, quòd poſſit ſolum repetere ergo ante, & vltra illud remedium, præſupponit & voluit omnia ceſſare, & iſte eſt veriſſimus intellectus Bullæ.

Secundò confirmatur pragmatica reijcit exceptionẽ nullitatis, ergo reijcit officium iudicis: quia ſtante pragmatica non habet locum officium iudicis, quod
45 reijciat officium iudicis probatur,quia † nullitas ſiue per viam incidentis, hoc eſt per viam exceptionis,ſiue per viam principalis, intentata, illud ſit officio iudicis remedio intentato *ita not. Imol. in cap. fin.de officio iud.& in cap. ſæpe vbi Bald. de appell. Bart.vbi alij in l,qui ſub conditione §.fin.ff. de condit.inſtit. latè Franc. in cap.dilecto col.9. de appell.* reijcienda contra exceptiones nullitatis,quæ officio iudicis implorato deducitur, clarum eſt, quòd contra ius executionem officium iudicis implorari non poteſt, facit pro hoc, quia enumeratio illius exceptionis ſpecificè declaratæ declarat regulam generalem,quod in ea officium iudicis comprehendatur.

Confirmatur, quia etiam excludendo
46 † exceptionem nullitatis non ſolum exceptiones proprias, ſed etiam defenſiones,quia exceptio nullitatis non propriè exceptio prout vult *Bar. in l.vt mihi donares ff. de donat. Bal.poſt Gloſ. l. prima col.3.C. de iur. & fact. ignoran. Bald. in l.ſi non ſortem §.indebitum autem in fin. ff.de cond. indeb. & declarat Aretin.poſt Bald. in multis locis in l. prima §. ſi quis*

ita

it ff. verb. obligationibus. Ergo eam ex-
cludẽdo excludit etiam officium iudicis,
& per primam rationem tollitur prima
conſideratio, quæ fiebat in partem con-
trariam, & per hoc adduco in terminis
noſtris *deciſ.Pract.Papien. in forma exe-
cutionis col.3.verſ.ſed poſito*,quòd per ſta
tutum ſublata nullitas vbi decidit, quod
ſi ſtatutum reijcit nullitatem non poſſit
officium iudicis implorari, non obſtant
not. in contrarium,quia bene verum eſt,
ſi tollit ſtatutum exceptione, quod eſt
ius radicatum in parte, quòd non tollit
officium iudicis, ſed tollendo nullitatem,
tollit ius in iudice radicatum ergo offi-
cium iudicis in eo incluſum eſt:maximè
quòd vna via prohibitum eſt, alia via de-
bet cenſeri permiſſum, quæ deciſio qua-
drat ad propoſitum noſtrum.

Tertiò pro iſta cõcluſione facit, quod
excludatur officium iudicis: ratio nam
pragmatica in verſ. planè circa executio
47 nes procedit † dando ordinem in modo
exequendi, & ſubdit ſe velle dare certum
ordinem, & determinatum de exceptio-
nibus quomodolibet opponendis,ſi ergo
comprehenderet caſum officij iudicis vel
alterius exceptionis,quàm illius, quæ eſt
expreſſa, non daret certum, & determi-
natum ordinem,imò omnes exceptiones
æquitatis,quæ moueret officium iudicis,
poſſet pati, quod eſt contra expreſſa, &
mentem pragmaticæ, & iſtud eſt ſummè
48 ponderandum, quia † iudex non poteſt,
quando lex aliquid ſpecialiter prouidet,
ſe intromittere ibi formaliter exequen-
do *tex. eſt & ibi not. Angel. in l. prima
§.primo ff de vſur.* poſtea ſubdit,quòd ta
les contractus, & inſtrumenta vult, quod
habeant vim rei iudicatæ, & nulla appel-
latione ſuſpenſa, ſubdendo nullo falſita-
tis,nullitatis,aut alterius cuiuſuis excep-
tionis obiectu impediri valeãt,vel differ-
ri,ponderandum eſt ergo quod ſupra di-
xit,ſe daturum ordinem ſuper exceptio-
49 nibus, quomodolibet opponendis,quæ †
dictio geminata eſt, & comprehendit e-
tiam omnia maiora expreſſis *in l.Baliſta
ff. ad Trebell.* poſtea pinguius replicat,
quibuſuis, & quomodolibet,quo caſu plu
res replicat dictiones geminatas dicta
pragmatica, nullam ergo poteſt recipe-
re reſtrictionem aliam, quàm expreſſam
per hoc, quòd declarat alias, *Salic. in l.
ſi ſerui veſtri in 4. col. C. de noxal. quem
ſequitur Alexan. in lege,& ſi ſeuerior. col.
2.C. de infami. & in conſ. 118. lib. 5. &
Iaſ. in l.2.§.prætor. col. 2. ff. qui ſatiſda.
cogant. ibi omnino de materia*, vide *Sa-*
50 *licet.* vbi vult,quòd † quando verba ſunt
clara in ſtatuto, faciunt ceſſare omnem
reſtrictionem, & omnem interpretatio-
nem, quàm alias ſtatutum pateretur, &
51 inde infert ſingulariter, quòd † ſi ſtatu-
tum punit homicidium quomodocũque
cõmiſſum, includatur in eo,quando quis
occidit aliquem ſe defendendo, vel ſine
dolo quod eſt mirabile,& contra natura-
lem æquitatem, ergo multò magis prag-
matica excludendo quaſcunque,quomo-
documque oppoſitas exceptiones, inclu-
dat æquitatem officij iudicis, & per hoc,
quod not. *Angel. in 4. clem. prima de re
iudic. quam ibi not. Imol. col.4. Bart. in
lege generali §. vxori de vſufruct. lege*
52 vbi † ſi legantur, quæ ſunt in domo, vel
argentum, non veniunt vænalia: tamen
ſi ſit dictum vænalia, comprehenduntur,
& propterea plura deducit *Alexand. vbi
multa conſ 30. vlt.col.lib. 5.* vbi conceſſa
53 † immunitate à quibuſuis, & quomodo-
cumque ſolutionibus, dicit quod com-
prehendit caſus maiores expreſſis, & ſic
collectas executorias,ſic dicamus in caſu
noſtro, quòd excludat officiũ iudicis ex-
traordinarium, & per hoc cõſuluit *Alex.
conſ. 118.lib.5.geminatam verſ.2.proba-
tur, faciant pro hoc, quod not. Imol. in l.
tam his §. 1. de donat. cauſa mort. quem
ſequitur Alex. in l.ſenium in fin.C.de te-
ſtam.& dicta per Philipp.col.penul* quòd
ſi filius in poteſtate teſtatur,& vult,quòd
valeat in vim donationis cauſa mortis,&
54 per hoc † ſunt verba ſequentia, in qui-
bus,replicat,quòd ſola exceptio ſolutio-
nis impedit executionem,quę pateat per
publica documenta prohibendo appella-
tionem,ſupplicationem,& recurſum,quo
caſu officium iudicis, & omnis via cõtra-
ueniendi repellitur, prout probatur in
cap. licet de elect. & quia de natura di-
ctionis taxatiuæ eſt quòd excludat om-
ne, quicquid non eſt incluſum de vi ſer-
monis prout in materia declarat *Bald.
poſt Rai. in d.l. ita nobis C. de adult.*

Non obſtant in contrarium allegata
55 & primo, quòd non ſint reiectæ † defen-
ſiones: quia vt patet ex præmiſſis,defen-
ſiones ſunt reiectæ: Item quia ſtatutum
voluit fortificare actionem, quia reijcit
exceptionem nullitatis, quæ officio iudi-
cis fundatur tam ex mente,& verbis am-
57 pliſſimis ſtatuti. Non obſtat,† quòd quis
locupletetur cum iactura aliena: quia ſa-
tis eſt, quòd pragmatica hoc facere vo-
luit,prout tenet *Bald. in d. lege ita nobis
cordi*

cordi pudor poſt Rinal. Bald. & Angel. in
l. non tantum §. 1. ff. de pet. hæred. in ſe-
quen. quæſt. deducentur, & lex quamuis
dura, ſeruanda eſt *l. proſpexit ff. qui, & à*
quibus, vult ergo fauere contractui, ſic
apparet ſtatutum, quia prouidet contra
detentorem, & tertios maximè, quia vt
dicit *Angel. not. in l. prima §. 1. ff. de vſur.*
57 quod quando † lex ſtatuit aliquid ſpecia
liter decidendo, iudex non ſe debet ali-
qualiter intromittere, niſi formaliter e-
xequendo, &c. reſpondetur, & aliter, quod
non eſt verum, quòd quis locupletaretur
cum aliena iactura, & hoc eſt notabile,
58 quia † cum reſeruantur exceptiones poſt
ſolutionem, non eſt verum dicere quòd
de iure conuenti non poteſt, liquere, & ſic
aut ſtatutum excluderet in totum, & ſem
per exceptionem, & tunc poſſet refutare
dicta abſurditas, vel loquuntur doct. & iu
ra allegata: aut non excludit in totum
exceptionem, ſed præpoſterat modum ex
cipiendi, & tunc non continet iniquitatē,
prout eſt in caſu noſtro, & pro hoc addu
co caſum *in clem. 1. de re iud. clem. 1. de*
ſequeſt. poſſ. & fruct. vbi exceptio nulli-
tatis in competentia iudicis admittitur
tanquam non repulſa à iure, & tamen *in*
clem. prima de re iudic. repellitur dicit
Imola, ibi col. penul. poſt dictum Antoni-
num, quod illud, ibi eſt, quia lex non re-
pellit in totum per exceptionem nullita-
tis, ſed differt cauſam & propterea excep
tio etiam notoria, & defectus poteſtatis
non poteſt opponi, & ita *Barbat. & Imol.*
in capitulo dilecto quos refert, & ſequitur
Præpoſit. in dicto cap. dilecto col. 7. licet al
legans dominos de Rota referat alium
intellectum *Petr. de Anchar.* ad illam li-
terā, & ſic apparet, quod malè allegatur
conſ. Abb. 144. in terminis noſtris, de quo
infra dicetur, & ex hoc adduco, quòd in
ſimilibus terminis decidit *Angel. in dicta*
leg. ſi ſic deleg. 1. quem ſequitur *Imol. &*
59 *Alex. in ea l.* quod licet non valeat † ſta-
tutum, quod pars non debeat citari, ta-
men ſtatutum valet, quo cauetur, quòd
primò carceretur, & poſtea citetur, & au
diatur, quia non tollitur defenſio, ſed va-
riatur modus procedendi, & reſeruantur
defenſiones ex poſt facto, & ita refert ſe
conſuluiſſe, & fuiſſe iudicatum, quæ deci-
ſio eſt not. in mat. noſtra, vbi pariformi-
ter non tollitur defenſio, ſed variatur or-
do proceſſus poſt ſolutionem, vt ibi poſt
carcerationem, & ſic ex iſtis apparet di-
ctam pragmaticam non cōtinere in hoc
tantam abſurditatem, quantam credunt
per ea aliqui imperiti iura conſiderātes,
& ſentit *Bal. in l. ſunt §. in computatione*
C. de iure delib. dum dicit, quòd ſi ſtatu-
tum aſſignaret certum terminū ad pro-
bandas exceptiones non eas remouens
in totum, quod tunc non contineret ini-
quitatem.

Nō obſtat alia ratio, quia poſito quod
eſſet prohibitum officium iudicis, tam
etſi iudex videt reo competere exceptio
nem, debet repellere, quia illa doctrina
60 malè allegatur, pro quorum intelligen-
tia duos caſus cōſidero, vnus eſt, † quan-
do actor non fundat ſuam intentionem
apertè per libellum, & tunc licèt reus nō
poſſit ſe defendere clarum eſt, quòd iu-
dex impartitur officium ſuum ad repel-
lendū actorem non via exceptionis com
petentis reo, ſed quia actor non funda-
uit intentionē ſuam, & ita loquitur *Bald.*
in dicta lege prima C. de indic. liber. in
rubr. & ſe declarat in exemplis ſuis: quan
do libellus nō eſt aptus, vel probationes
non concludunt, quia tunc dicit *Bald.* ip-
ſe non auditur, ſed iudex (cuius intereſt
pro officio ſuo exercendo) & *Roman. in*
conſ. 95. alleg. vbi ſpecialiter dicit, quòd
illud debet conſtare per eandem ſcriptu-
ram, quam actor producit, & non per te-
ſtes, & alias probationes extraneas, quod
elegantius declarat *in conſ. 76.* in cauſa
61 nobilis viri, & ſic † dicimus in cauſa ſpo
lij, quòd poſito ritus dicat, quòd ſi com-
pareat infra bimeſtre ſpoliatus, contra
eum nullę admittūtur defenſiones, & hoc
ſeruat ad vnguem magna Curia, tamen ſi
actor non fundat ſpolium, iudex eum re-
pellit, quia vbi exceptio ex cauſa intrin-
ſeca ineſt exceptis, debet per partem ad-
uerſam euacuari, etiam nemine opponen
te, vt ſentit *Bal. & declarat. Alex. in l. fi-*
lio licet C. de collat. & iſte nō eſt caſus no-
ſter, quia fateor, ſi in inſtrumento, virtute
cuius petitur executio eſſet aliquid non
concludens intentionē actoris, quod tunc
procedunt dicta in contrarium.

62 Alius caſus eſt, † quando actoris inten
tio, quæ non præſupponitur repellenda
obiectu alicuius defenſionis, quę petitur,
& debet ex parte rei verificari, & tunc, ex
quo ſtatutum, ſeu lex reijcit defenſiones,
iudex nō poteſt impartiri officium ſuum,
& iſte eſt caſus noſter, quia tunc pars au-
ditur, & non iudex, & ſumus extra termi-
nos doctorum, & quod tunc pars audi-
tur, & non iudex, decidit expreſsè *Bald.*
in l. fin. ff. de t. hæred. vbi vult, quòd in ta-
li caſu, quando iudex habet interponere
offi-

officium ſuum, habet pars petere hoc, & ad eius poſtulationem fit, & hoc etiam declarat *Angel in l. nam* quando conſtat ex lectione ipſius inſtrumenti notorietas operaretur officium iudicis, item *Angel. de Aret in. poſt Imol. in leg. fin. quib. appell. non licet, & hoc in 6. colum.*

Primò, ſecũda quæſtio notabilis: eſt facta venditio redditũum annualium pro vncijs centum, quas confeſſus eſt ſe recepiſſe in præſentia notarij: poſtea quando fit executio annualium redditũum dicit pars, quòd licèt contractus cantet in forma ſubiugationis: tamen veritas eſt in contrarium: & quòd contractus fuit ſimulatus venditionis redditũum, & vult pars hoc probare, an iſta exceptio erit admittenda, quaſi eam non reijciat pragmatica? & videtur primò dicendum quòd ſic
63 † quia ſtatutum numquam illam exceptionem, quæ venit ad detrahendum ſubſtãtiæ ſeu formæ, ſeu qualitati illius actus reijcit *Angel. in l. diuus ff. de teſt. milit.* ſuper quo ſtatutum ſe fundat. & quomodo præſupponit exequi debere ita not. *Bar. in l. 2. §. et parui ff. quod vi, aut clam.*
64 vbi † vult, quòd ſi ſtatutũ diſponit, quòd non admittantur exceptiones contra laudum, vel contra inſtrumentum confeſſionatum, admittitur exceptio, quòd non eſt inſtrumentum, quia non ſunt anni Domini item quòd non eſt confeſſionatum, ita vt non ſit laudum, vbi not. per eum per hoc, quod not. voluit *in l. 1. §. prætor*
65 *ff. qui ſatiſd coga.* vbi † vult, quòd poſſit opponi, quòd arbiter eſſe non poterat, & ſi ſtatutum reijcit quaſcũque exceptiones, cõfirmatur, quia ex tacita mente ſtatuentium, quæ attẽdenda eſt *gloſ. in clem. 1. de elect. & l. tale pactum §. fin. ff. de pact.* non
66 cenſetur eſſe excluſa † illa exceptio, quòd iſte non eſt actus quem ſtatutum præſupponit, & de quo loquitur, & ita poſt *Bar.* concludunt doctores *Angel. Abb. in cap. item cum quis de reſtit. ſpol. Abb. in cap. ex parte, il 2. de officio delegat. Petr. de Anchar. in clem. 1. de ſeq poſſeſſ. & fruct. Bal. in Diuus ff. de teſt. & in cap. 1 paſtoralis §. quoniam de reſcript. Petrus Anchar. in cap. 1. in 6. quæſtione de conſt. eleganter Præpoſ. in cap. dilecto cart. 10. verſic. 5. fallit de appell.* & pro hoc, quod not. *Abb. in cap. licet de elect.* vbi licet contra electum à duabus partibus Cardinalium nihil poſſit opponi, concludit quod
67 † poſſit opponi: quod eligentes nõ erant Cardinales per doct. *Bart. in d. §. & parui. Florian. in l. ſi cui ccuria. ff. de ſeruit.*
68 vbi per illum *tex.* dicit † quod ſtatutum generaliter excludens, quod contra inſtrumentum confeſſionatum nulla poſſit opponi exceptio, iſta verba indefinitè debent intelligi, & niſi ſit talis, quę à fundamento abſorbeat actus ſubſtantiam, & iſtam concluſionem per *Doct. Bart.* ſeſquuntur ibi ſcribentes maximè *Barbat. & Antonius de Canar. in tract. de executione inſtrumen.* cum ergo pars ſe oppo-
69 nat, † quod non ſubiugauit bona ſua, nec hic eſt contractus cenſualis, nec ſubiugationis, nec recipit pecuniam, quam ſolutam præſupponit pragmatica, vt in Bulla ibi pecuniæ receptæ *gloſ.* iſta exceptio ſemper admitti debet, & ideo dicit *Angel. in l. Paulus. §. hæres de vſur.* quòd
70 licet † ſtatutum dicat, quòd inſtrumentum inſinuatum non poſſit reprobari, vel impugnari, tamen poteſt nullum dici defectu ſollemnitatis.
71 Secundò † ſtatutum reijciens exceptiones non intelligitur reijcere prouenientes ex eo ſtatuto *Bar. in d. §. & parui, & Angel. in d. l. ita nobis pudor. C. de adul. quinimò,* nec ex alio ſtatuto ciuitatis, *ita not. Ioan. Andr. in add. ad Specul. in tit. de executione ſententiæ. §. §. fin. verſ. 17. Imol. & Dom. d. cap. ex parte de officio de leg. Bal. in cap. à nobis de excep. in fi. Bal. in conſ. 100. ad no. Cyni de Bononia Alexand. conſ. 21. ante penul. col. nu. 6. in 7. exeg. per Petrum de Anchar. in cap. ſtatutum, §. cum autem de reſcrip. in 6.* vbi omnino, & propterea *Butrius in d. cap. item cum quis de reſt. ſpoliat.* refert ſe
72 conſuluiſſe, † quòd ſi ſtatuto cauebatur Ferrariæ quod bannitus captus, & infortiam curiæ decapitaretur nulla defenſione admiſſa, poſſit tamen allegare, quod non erat ſeruata forma, quæ data erat per aliud ſtatutum in ſententia banni, & ita fuit iudicatum, ſi ergo poſſet opponi exceptio de alio statuto, quanto magis de eodem & de eadem pragmatica dicitur, quod d. cõtractus eſt permiſſus dummodo non excedat quantitatem decimæ partis pecuniæ receptæ *gloſ.* præſupponitur pecunia numerata ergo iſta excep-
73 tio, quod pecunia non fuit † numerata abſorbet fundamentum, & ſubſtantiam contractus ſubiugationis priuilegiatę, ergo illi opponi poteſt, & ſi diceretur ibi illa verba ſunt appoſita, nõ ad hũc effectũ, reſpõdetur: quòd multò fortius ſumus in cõtractu prohibito in caſu noſtro: vbi nihil fuit ſolutũ vel qñ per centum, fuerunt venditi cenſuales pro vncijs xj. annuis.

Ter-

74 Tertiò certum eſt,†quod ſumus in cõ-
tractu emptionis redditũum cenſualium,
prout bulla loquitur quo caſu de ſubſtan
tialibus eſt pretij conſtitutio, & hoc caſu
75 habet ius in pretio radicatum venditor †
quod ſi ſtatutum diceret, nulla exceptio
poſſit opponi, tamen poteſt rem retine-
re pro pretio non ſoluto, loco pignoris,
quia hoc non eſt excipere,cum actionem
nõ elidat,ſi pignori incumberet. *Ita ſing.
dicit Bald. in l.ſi prætor.col.2.in 3.quæſt.
C. de act.empt.* dicens de hoc eſſe caſum,
ibi quem ſequitur *Alexan. in l.ſi duo,§.
ſi quis iurauerit in fin.ff. de iureiur.& in
l.filij, C. de collat. & D. Antonius Can.
in dicto tractatu, quæſt.*27. cum ergo in
76 caſu noſtro, exceptio quòd † pretium
non eſt ſolutum poteſt vti retentione ca
nonum,& annuorum cenſuum,licet prag
matica excludat exceptionem *per d. De-
cium,Baldum,*& pro hoc facit,quod not.
*Bald.in l.ſi ex prædijs, C. de euict.*de ex-
77 ceptione † rei non traditæ, quia ex quo
oritur ex eodem inſtrumento pariformi-
ter priuilegiato, benefacit, quod de ex-
ceptione pretij non ſoluti dicit *Bal. in l.
peremptorias in 3. col.C. ſent.reſcind.non
poſſ.& Bartius in dicto tractu verſic. ſu-
per 5. vero dubio.*
78 Quartò certũ eſt, quòd ſtatutum pro-
hibens opponi exceptionem contra con-
tractum non prohibet opponi exceptio-
nem ſimulationis, ita declarat *Bald. in l.
ſi non verum, C. de donat. int. vir. &
79 uxor.* quia † contractus ſimulatus non
eſt verus, per illum *text.*& infert,quòd ſi
ſtatutũ dicat nulla exceptio admittitur,
80 niſi ſolutionis, & falſitatis: † tamen ad-
mittitur exceptio ſimulationis,& idem
tenet *Bal.in l.fi.§. in computatione,C. de
iur.delib.* & hoc pro expedito tenet *Bal,
in l.1. C. qdod plus val. quod ag.quem ſe-
quitur Salic.& d.Abb.in d.cap.item cum
quis,* quando probatio ſimulationis reſul
taret ex iuris diſpoſitione,vz.quãdo obij
ceretur ſimulatio contractus, puta quia
notarius,& teſtes fuerunt rogati,vt face-
rent contractum ſimulatum, quod præ-
ſupponitur in caſu noſtro,tãto plus præ-
dicta habent locum, quia pragmatica nõ
ſolum priuilegiat inſtrumentum,ſed con-
tractum etiam,& ſic ſecũdum *Doct.Bar.
in dicto §. & parui.* exceptio ſimulatio-
nis opponi poteſt,quando contractus eſt
priuilegiatus, & non inſtrumentum, cum
his dictis videtur concordare *Imol.in di-
cta lege fin.ff.quib. appell. non licet, & ibi
Ang.Aret.col.7.* ergo iſta exceptio ſimu-
lationis in caſu pragmaticæ non intelli-
gitur aliquo modo reiecta.
81 Quintò cõfirmatur omnis exceptio,quę
facit ceſſare iuſtitiam naturalem,admitti
debet in pragmatica,quia quãdo in agen
te ceſſat ratio naturalis,lex abhorret eã,
quia non dicit eſſe,nec formam, *ita Bal:
in dicta lege ſi non ſortem prope fin. ff. de
cond. indeb.* Sed hic ceſſat iuſtitia natu-
ralis, quod conſequatur interuſuria de
ſorte non ſoluta, ergo illa admitti debet:
bene faciũt,quæ poſuit ibidem *Bald.* ſed
an poterit opponi exceptio ex ipſo in-
ſtrumento, puta quod non habet cauſam
obligationis, & dicit quòd ſic.
In contrariam partem faciunt funda-
menta infraſcripta,& pro intellectu mate
riæ præſentis,ex quo doct. varij varia, &
in diuerſis terminis locuti ſunt,ponã do-
ctrinam diſtinctã caſuum,quam not.con-
ſiderat *Angel. in l.non tantum, §. quòd ſi
82 perempto. ff. de pet.hæred.* † quia aut hæc
clauſula, quòd non audiantur exceptio-
nes, apponitur in iure communi, vel in
reſcriptis iuſtitiæ,& tunc tantum friuolæ
exceptiones videntur reiectæ, aut iſtæ
clauſulæ ſunt appoſitæ in ſtatutis,& tunc
ex quo generalis determinatio legis quã-
uis dura, ſeruanda eſt *l. proſpexit,ff qui,
& à quibus*, & tunc ſub diſtinguit, aut
83 ſtatutum reijcit † omnes exceptiones in-
diſtinctè, quia dicit detur inſtrumentum
executioni nulla obſtante exceptione,
& tunc eſt interpretandum, ne poſſit ad
iniquũ conuerti,& naturæ ſit repugnans,
vnde tũc admittitur exceptio ſolutionis,
quando natura non patitur, vt ſemel ex-
actum bis exigatur, & tunc admittetur
etiam alia exceptio, quæ eſt incluſiua in
84 corpore eiuſdem ſtatuti. Alius caſus†eſt,
& hic eſt caſus noſter, quando ſtatutum
reijcit exceptiones omnes, præterquam
ſolutionis,aliquam excipiendo exceptio-
nem, quam tantum permittit opponi, &
tunc omnes aliæ exceptiones non per-
miſſæ intelligũtur excluſæ,nam illud per-
miſſum, tunc non eſt trahendum ad con-
ſequentiam ex paritate rationis, vel for-
tiori ratione, & ſic *Angel.* expreſsè deci-
dit, quòd quando ſtatutum conſiderauit
85 † tantum aliquam exceptionem oppo-
nendam,& permiſſam,aliæ etiam haben-
tes maioritatem rationis non admittun-
tur,etiam ſi traherẽt rem ad iniquum, &
contra naturã negotij iunctis his,quæ di-
xit ipſe in alio caſu, & pro hoc eſt ra-
86 tio vltra eũ,†quia quando lex eſt vſa ver
bis generalibus, poteſt lex coniecturari,

X quòd

quòd non conſiderauit caſus particula-
res,qui poſſent euenire *iuxta l. non om-
nium, ff.de leg.* ſed quando ſignanter ca-
ſus aliquos excipit,præſumendũ eſt,quod
quemcumque caſum conſiderauit,quia
tàm ad prohibitionem,quàm ad permiſ-
ſionem aduertit: ſed alia parte expreſſa
reijcere, & ita etiam concludit *Bal. in d.*
87 *§.quòd ſi pro emptore*,vbi dicit,† quod ſi
ſtatutum enumerat aliquas exceptiones,
omnes dicuntur eſſe reiectæ, qualeſcum-
que aliæ forent *idem tenet Raimun. &
poſt eum Bald.et Salic.in d.l. ita nobis pu
dor. & pro hoc gloſ. in terminis in d.c. ex
parte il 2.verſ.mille de off.deleg. quam ſe-
quuntur ibi Bal.et Gloſ.in cap. accepimus
in verſ.excep.de æta.et qualit.et Card.pet.
de Anchar. & Imol.in d. cap. ex parte de
off. deleg.Ioan.de Ana. conſ.69. in fin.*vbi
dicit, quod tunc non eſt à verbis ſtatuti
recedendum iſtam concluſionem tenet
*d.m.Franc. Aret. in conſ.106. in 3. dub.
in 5. col. vltra alios allegat Bald. in d.§.*
88 *tranſigere.C.de tranſac.* qui dicit, † quòd
ſi ſtatutum vult,quòd non fiat concordia
ſuper aliquo delicto, præterquam in cri-
ne furti,quod tunc pręcisè ſeruãdum eſt,
nec recipit interpretationem de aliquo
delicto ſimili ſecundum ius commune:
prædictam concluſionem ſequitur *Imol.
in l. fin. ff. quibus appell. non licet* repre-
89 hendendo *Bal. in l. ſi non fortè*,vbi † vult,
quòd non poſſit opponi exceptio noua-
tionis, quia cum non ſint permiſſa à ſta-
tuto, opponi non poſſunt, non obſtat,
90 quia non ſunt propriæ † except. quia
etiam illa ſolutio non eſt propria excep-
tio,& tamen tollit omnes exceptiones a-
lias. igitur ſtatutum intelligitur, & eius
mẽs fuit,quòd nullæ aliæ exceptiones op
poni poſſint propriè,vel impropriè,& ita
punctualiter infert, & ſequitur ibi *Angel.
Areti. colum.5. verſ.2. limitat hoc Bald.*
propterea meritò concludendum eſt in
caſu noſtro,quia cum pragmatica ſolum
excipiat exceptionem ſolutionis,quam
opponere poſſunt: Item ſolius exceptio-
nis, quòd tũc etiam omnes exceptiones,
quas iniquum eſt repelle; & contra na-
turam; intelliguntur eſſe reiectæ, tantò
91 plus, † quia vt ſupra pluries dictum eſt,
& probatum, ex quo ſolum præpoſterat
ordinem opponẽdi,non continet iniqui-
tatem, confirmatur in caſu noſtro, pro-
ut dixi in alia quæſtione; quia cum iſta
pragmatica fuerit cõdita per ſacram Re-
giam Maieſtatem, tot oculis conſpecta,
tot inſinuata ſenſibus, *vt l.omnium.C.de*
92 *teſt.*conſulto vt indubitata,& certa,† da-
retur forma in opponẽdis exceptionibus
quo caſu formam, & ordinem expreſſum
non licet pręterire,*cap.cum dilecto,de re-
ſcrip.l.diligenter,ff.mand.*& propterea di
cit *Bal. in l.1.Cod.quomo.& quando iu
dex inſinu.* quòd quando ſtatutum man-
93 dat † aliquid,& recedit à iure communi;
tunc forma eſt ad vnguẽ obſeruanda pro
hoc, quod notabile decidit ad propoſitũ
*Dom. in cap.9.col.2. verſ. iſtud credo ex-
tra de reſcript.* quòd licet aliquando iu-
94 dex † ordinarius poſſit ex officio ſuo ſup
plere,tamen in iudice delegato ſecus,qui
habet formam reſcripti,ſic etiam in caſu
noſtro dicendum, quòd ex quo ordo iu-
dicij habet formam à pragmatica quod
eam nõ poteſt excedere, nec ſupplere ex
officio, & iſta faciunt ad præcedentia.

Secundò confirmatur iſta concluſio a-
lio fundamento,nam doct. omnes hucuſ-
95 que allegati loquuntur, † quando ſtatu-
tum loquitur fauendo inſtrumento, vel
contractui, & in his terminis loquitur
96 *Bar.in d.§.& parui, & omnes*,eſt † alius
caſus, quando ſtatutum fauet executio-
ni; quando dicit contra executionem
nihil poſſit opponi, tunc nullæ exceptio-
nes, etiam modificatiuæ repellũtur, quia
lex, vel ſtatutum fauet executioni, non
contractui, iſtam differentiam, & diſtin-
ctionem facit *Bar.in l. filius,ff.quod cum
eo quem ibi ſequitur Paul.de Caſtr.& ſen
tit Angel. & ſequitur dominus Antonius
de Canario in d.tractatu.quæſt.28.in fin.*
ſed pragmatica priuilegiat executionem
(ibi quæ quidem executio nullo falſita-
tis nullitatis) ergo contra eam nulla ex-
ceptio,etiam modificatiua, & alia etiam
97 rationabilis opponi poteſt, † & per iſtud
fundamentum apparet, quòd ſi non fuiſ-
ſet reſeruata,ibi *exceptio ſolutionis:*quod
vtique non potuiſſet opponi, non obſtat
ſupra,dum dicit ſancimus huiuſmodi cõ-
tractus, ſeu inſtrumenta,& ſic velit faue-
re contractui, vel inſtrumento, quo caſu
poſſent opponi exceptiones tangentes
cõtractum ſecundum *Bar.in d.§. & par-
ui*, quia tunc *text.* ibi loquitur ad effe-
ctum, quod habeant paratam executio-
nem: quando verò loquitur de excluſio-
ne exceptionis,loquitur per verbum exe
cutio, & in caſu diuerſo loquuntur.

Tertiò arguitur, nam in pragmatica
continetur caſus fortior,quam is de quo
loquuntur doctores in primo fundamen
to: nam ibi prohibebantur exceptiones
generaliter,& reſeruabãtur aliquæ: & ta-
men

98 men prout dicunt † *doct.* quia mens ſta-
tuentium omnem caſum conſiderauit nõ
ſunt admittendæ aliæ, quæ non ſunt ex-
preſſæ, ſed in caſu noſtræ pragmaticæ ſo
lùm ſumus in aliqua exceptione permiſ-
ſa, ſed ſumus in caſu, quo conditor legum
dubitans, ne generalis prohibitio non in-
telligeretur loqui indiſtinctè, & non obeſ
ſet alicui exceptioni, quæ denegat facti
ſubſtantiam, & naturam: propterea vo-
luit ad tollendum tale dubium vltra pro-
cedere exprimendo ad maiorem fortifi-
cationem regulæ: quod non habet locum
quo caſu, vt dicit *d. Antonius de Cana. in*
d tractatu. de except. quaſt. 3. clara eſt ſta-
tuentis mens, non audiuntur pares, vel
maiores expreſſis etiam exceptiones nul
litatis, quæ præſupponunt contractum
non eſſe, *l. non putauit, §. non quæuis, ff.*
contra tab. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iu
dic. & tamen ea reijcit, & ſic fundamen-
tum factũ pro parte contraria retorque
tur contra eos: quia reijcit exceptionem
nullitatis, quæ ſupponit contractum non
eſſe, ergo reijcit exceptiones etiam, quæ
tangunt naturam, & ſubſtantiam, & for-
mam contractus, & ſic iſtam, de qua op-
ponitur, quid vltra vlterius procedendo:
& vt magis fortiearet executionem, pro-
ut in terminis dicit *Bald. in l. 1. C. de*
99 *cond. indebit.* reijcit † exceptionem falſi-
tatis, quæ exceptio pariformiter præſup-
ponit non eſſe in rerum natura, & ſic pri-
uat, & abſorbet facti ſubſtãtiam, pro quo
eſt *Gloſ. in l. 2. C. de hared.* vbi dicit quòd
falſus denarius non eſt denarius, & quod
not. *Ioan. Andr. ad ſpecul. in rub. de falſ.*
de duobus ludſtibus ad par. poſt vbert. de
octo, & poſt plura, Alex. in l. eleganter, §.
per reprobos, ff. de pign. act. in apoſtill. ad
Bart. ad hoc propoſitum, & pro hoc fa-
100 cit, † quòd licet princeps conſideret de
tollendis delictis, & remittendis, numquã
venit in conſideratione delictum falſita-
tis, propter eius immanitatem, vt nota.
101 *Bart. in l. Lucius ff. ad turpill.* vbi † ab-
ſolutio conceſſa non extendit ſe ad cri-
men falſi quem ſequitur *Petrus de An-*
charan. in cap. canonum ſtatuta de conſti
tut. verſic quærit alibi Bart. & Roman.
leg. & de puillo §. ſi plurium ff. de noui.
oper. nunc. & tamen hic in pragmatica
eſt reiecta talis exceptio, ad quam non
extenditur gratia, & liberalitas Principis,
de qua non ſolet princeps cogitare per
iam dicta: quod hic non poteſt dici, quod
pragmatica non reijcit exceptiones tan-
gentes facti ſubſtantiam, & validitatem
actus, cum pro declarationẽ regulæ ſpe-
cificet has duas exceptiones ita abſorbẽ
tes naturam actus formam, & ponderan-
da ſunt fortius verba, dum dicunt nullo
falſitatis, nullitatis, aut alterius cuiuſuis
exceptionis obiecto, quæ in loquens nul-
lam ſpeciem nullitatis vel falſitatis ex-
ceptionibus vult opponi. ergo licèt dica-
tur in alia materia, quod non intelligitur
eſſe reiecta nullitas, quæ prouenit ex ca-
pite iuriſdictionis, & ſimul tamen in ca-
ſu noſtro omnes ſpecies ſũt reiectæ prop
ter illud verſiculo nullo falſitatis, aut nul
litatis obiecto quaſi dicat nullius falſita-
tis, aut nullitatis exceptio poſſit obijci,
confirmatur hoc etiam per verba ampla
geminata pragmaticæ, & contractus in
forma tollũt recurſum, quærelam, ſuppli-
cationem, vt dixi in fundamentis factis
in præcedenti quæſtione.

Non obſtant contraria, & primo non
obſtat quatenus dicatur quòd iſta excep
102 tio † abſorbet fundamentum contractus:
propterea non cenſetur reiecta, quia pri
mò reſpondetur, quod & ſi abſorbeat nõ
propterea non cenſetur reiecta in caſu
noſtro: quandoquidem verba pragma-
ticæ ſunt clara, & clara ſtatuentis inten-
tio reſeruando vnam tantum ſolutionis,
& ſic doct. allegatæ in contrarium ve-
niunt limitandæ, niſi aliud appareat de
intentione ſtatuentis: ſed quando vna
tantum reſeruatur, apparet de intentio-
ne cõdentis legem quod omnes alias for
tiores excludit, & ita loquuntur, & dicant
doctrinæ allegatæ per me in fundamen-
to pro hac parte.

Secundò reſpondetur, quod colligitur
etiam de mente contrahẽtis: quandoqui-
dem excludit nominatim & exceptiones
abſorbentes facti, & actus ſubſtantiam,
prout nullitatis, & falſitatis.

Tertiò reſpondetur, quod illæ doctri-
103 næ † procedunt, quando denegantur ex-
ceptiones circa inſtrumentũ, vel contra-
ctum, ſed in caſu noſtro denegãtur defen-
ſiones circa executionẽ, quo caſu excep-
tiones modificatiuæ, & nullæ opponun-
tur, vt dictum fuit in ſecundo fundamen-
to præſentis partis, & hanc conſideratio-
nem, an tollat exceptiones, an verò defen
ſiones facit *Angel. in rubr. de except. in-*
ſtrum. col. 2. qui docet nihilominus quod
non poſſit opponi exceptio, quæ alias cõ
petebat de iure communi, vide *Abb. in*
cap. item cum quis col. 3. verſic. quid au-
tem ſi ſtatutum extra de reſt. ſpoliat.

Pragmatica vult quod non admittan-

104 tur oppoſitiones an audiatur exceptio † quod bona non ſunt ſubiugantis Mag. C. audire ſemper conſueuit, pro quo eſt ratio, nam pragmatica hoc inducens in cõtractu Bullæ diſponit quod vult quod dictę ſubiugationes fiãt ſuper rebus & proprietatibus ſuis, Ergo hoc eſt fundamentum ex quo infero quod non ſolum poſſum excipere, & debeo audiri, quod iſta res ſubiugata non erat ſubiugantis, ſed agens debet hoc probare, cum ille, qui intentat beneficium alicuius conſtitutionis debet probare ipſe qualitates in conſtitutione *Bar. in l. 1. §. quod ait prætor ff. ne quid in flu. publ.* per hoc quod intentans beneficium *cap. 1. de homicid. in 6.* debet probare omnes qualitates ibi requiſitas ſecundum *Ioan. Ana.* ibi refert, & ſequitur *Bal. in l. bi qui ad ciuilia C. de appell. et in l. ſiquis non dicam rapere C. de Epiſc. & Cler.* & per hoc quod licet quis non debeat audiri, tamẽ debet audiri circa hoc, quod cenſus tuus non eſt talis quod comprehendatur ſub illa diſpoſitione *Ita not. dom. Philipp. in cap. cupientes §. ſi quis per propriam poſt gloſ. primã ibi in verbo competere de elect. in 6. per hoc quod not. Bar. in d. §. & parum cum concor. alleg. per fel. in dicto c. ex parte loci de off. deleg. in 2. fall. Ancbar. conſ. 270. in primo dubio*, ex quo ego infero quod oppoſitio quod iſta bona non erant ſubiugantis tempore ſubiugationis poteſt opponi, maximè per

105 tertium, quia licet bona † poſtea quæſita veniãt in ſubiugatione, & hypotheca, tamen non poſſunt dici ſubiugata; quia non erãt tempore, quo fiebat ſubiugatio & conſtituebatur ius ſuper re, quæ vendebatur, quia ſubiugatio non valet nec ſuper illa re poteſt percipi tot fructus, alias eſſet vſura, quia perſonalis eſſet obligatio, ſeu vẽditio prout concludit *Laur. de Rodul. in repet. capitali ſalubriter in 2. parte quæſtione decima cum ſequen.* ſed contra tertium eſt clarum, nam pragmatica vult quod bona ſint ſpecialiter ſubiugata ad hoc vt poſſit contra tertium ambulare executio, ſed quando bona debet ſpecialiter obligari numquam veniunt bona poſtea quæſita *l. 1. §. cum prædium ff. de pignor. vbi Bart. l. quæſitum §. quod eo tit. vbi Angel. in fin.* & ſufficit quod exceptio quæ opponitur ſit talis quod non debeat reijci, nec pragmatica eam reijciat, quia in cõfectione proceſſus iuſtificare debet oppoſitiones, nec debet diſputari ab initio an ſit vera vel non ita notoria *Inno. in cap. interpoſita, & poſt eum Philipp. & alijs in 2. regula il lius text. de app.* vbi ſi opponitur exceptio quę opponi poteſt, & iudex nõ admittit licet ipſa probauit, ex hoc ſolo quod nõ admittitur grauamen iuſtificatur hoc dicit in his terminis *Aegy. Bellame. in deciſ. 3*

Secundò dico quod ſi illud quod eſt ſo-

106 lutum per detentorem † eſt ſolutum alteri huiuſmodi ius ſubiugationis, ego poſſum opponere, quòd ſolui alteri huiuſmodi iura ſubiugationis, & iſta exceptio nõ reijcitur à pragmatica, quia priuilegium conceſſum ſubiugationibus in agendo nõ videtur eſſe conceſſũ contra partem ſubiugatarium, immo quemadmodum illi ſubiugatario faueretur etiam, ſi exerceret executionem contra eum, non audirentur oppoſitiones ita, & fauetur in excipiendo, quia cui damus actionem, multo magis damus exceptionem de hoc eſt caſus *in cap. ſecundo de ordine cognit.* vbi quis agens ſpoliatorio iudicio in quo nõ admittitur defenſiones *leg. ſi quis ad fundum ff. ad leg. Iul. de vi publ.* tamen ſi conuẽtus agit de iſto ſpolio auditur, quia ex quo ipſe potuiſſet agere contra vltimo loco ſpoliantem, priuilegium non habet locum contra eum; Et propterea dicit ibi *d. Abb.* quando priuilegium rei, & actoris eſt reſpectu eiuſdem cauſæ magis fauetur reo prout ibi latè loquitur vbi plura adducit *Barbat. & ita tenet in cap. 2. eo. tit. & Angel. in l. licet C. de except.*

Tertiò dico quod ſi aliquis prætendit

107 ſe habuiſſe ius ſubiugationis † ſuper vna domo, non poteſt illud ius alteri ſubiugare, taliter quod contra tertium poſſit ambulare; primò quia aut tu vis me conuenire executiuè tamquam detentorem rei ſubiugatæ, & non potes, quia ego poſſideo domum, & non ius ſubiugationis, & habens ſubiugationem nullum ius habet reale in domo, ſed tantum obligationem naturalem, prout declarat *Imo. poſt Bar. in l. apud Iulianum §. ſi quis alicui ff. de leg. 1. Alex. conſ. 18. in 5. vol.* ergo nihil ad pragmaticam, quæ dirigit exceptionẽ contra detinentes bona ſubiugata.

Item dico quod ſubiugationis ſubiuga-

108 tio † fieri non poteſt, quia cum ſit ſeruitus principalis vt ſupra dixi, maximè poſt *Bart. in l. vt pomum quem adducit Alex.* ſeruitus ſeruitutis conſtitui non poteſt *l. 1. vbi Bart. ff. de vſufr. leg.* potius poſſet eſſe venditio dicti iuris ſubiugati quam ſubiugatio ſubiugationis per hoc quia ius quod formatur ſuper re certa

forma-

formatur, alias eſſet obligatio perſonalis
& vſura ſecundũ *Laur. de Rodul. in dict.
tract. q. 13. & Areti. cõſ. 152. in 2. dub.* ſed
ſi daretur ſubiugatio ſubiugationis, quia
fructus non darentur ex re, ſed ex obliga-
tione pſonali certũ eſt quod eſſet vſura.
Quartò infertur, quod ex quo pragma
tica reijcit ſolum tertios poſſeſſores ſi ve
lint ſe opponere, non tamen tertium con
tra quem non agitur, propterea ſi vnus
109 tertius † contra quem non eſt fundata
executio quia non detinet, velit ſe oppo-
nere pro ſuo intereſſe, iſte auditur, quia
tunc de eo pragmatica non diſponit, &
ſumus in diſpoſitione iuris communis,
quod reiectis exceptionibus non intelli-
guntur reiectæ quò ad tertium *cap. ſuper
eo de offitio de leg. Imol. in l. fin. ff. a. quo
app. non licet cum ſimil. adductis per Iaſ.
in l. certi condictio. §. quoniam in princ.
ff. ſi cert. pet. in 5. col.*
Quintò ſi agit aliquis ceſſionarius, po
110 teſt opponi contra ceſſionem † maxime
quia tunc non fundat ſe ex ſubiugatione
tantum, ſed ex contractu ſubiugationis
cum ceſſione.
Sexto ſi conuenitur hæres non poſſeſ-
111 ſor † quia tunc non vt detentor conue-
tor conuenitur per pragmaticam poteſt
opponere exceptionem inuentarij, ita
aliàs allegaui licet pragmatica loquatur
de hærede, intelligi debet non opponen-
te exceptionem inuentarij, quia certum
eſt quod tertius auditur non obſtante
pragmatica *cap. ſuper eo de off. deleg. &
Imol. in l. 1. ff. a. qui. appell. non licet:* ſed
iſto caſu quando opponitur exceptio in-
uentarij hæres non repręſentat defunctũ,
ſed ſtat vt alia perſona, vt declarat *Bal. in
l. ſi vxor. C. de bon. auth. iud. poſſiden. Ale-
xan. & omnes in l. ſi debitori C. de pact.*
ergo audiri debet in iſta oppoſitione vt
tertius, pro hoc quia licet pactum de car
cerando initum cum principali non tran
ſeat ad fideiuſſores *Bar. in l. ſed ſi deceſſe-
rit ff. qui ſatiſd. coga.* tamen ſtatutum be-
nè poteſt obligare fideiuſſorem ad carce
rationem *Bar. in l. poſtulãte ff. ad Trebell.*
licet non habet locum ſi conficit inuen-
tarium *Salic. in l. fi. §. in computatione
C. de iur. delib. Imol. in l. 4. §. prætor ait
ſeu condemnatum ff. de re. iud. & in d. l.
poſtulante vbi ſequitur Alex.*
112 Septimò ſi hæres † opponit quod deti
net vt rem propriam ſibi onere fideicom
miſſi ſubiectam, quia tunc opponit quod
res non erat ſubiugata, vt in prima limi-
tatione ſuprà eſt dictũ. Nec obſtat quod
ſatis eſt quod erat dominus tẽpore ſub-
iugationis, quia dixi quod in euentum
conditionis apparet quod erat dominus
ab initio *l. fin. §. ſin autem auaritia C.
communia deleg.*
Octauo ſi eſt celebratus contractus ſe
cundum formam Bullæ de vnc. x. & pre-
113 tium non aſcendit ad vnc. centum, † puta
quia fuerunt datæ res, quarum valor nõ
aſcendit ad vnc. 80. an contractus ſit nul
lus in totum, vel pro parte pretij ſoluti?
videtur quod in totum, quia ſi contra-
ctus eſt fictus, & ſimulatus in fraudem
pignoris, in totum eſt nullus tamquam
non verus *l. nuda. C. de cotrahen. empt.* in
contrarium facit quia ſi ſit contractus &
permittitur vſura vltra debitum nume-
rum non vitiatur contractus, & permit-
tuntur vſuræ vltra debitum numerum
immoderatè, ſed contractus vſuræ im-
moderatæ, & vltra debitum modum ſunt
permiſſi *text. eſt in l. placuit ff. de vſur. l.
vſuras & ibi not. eo. tit. Paul. de Caſtr. in
quodam ſuo conſ.* 13. quod valeat vſque
ad legitimam ſummam ſolutionis, & be-
ne venditam, & quod vtile pro inutile nõ
vitiatur *alleg. l. pecuniæ. ff. de vſu.* ſed me-
lius probant illa iura, item pro hoc facit
quia licet contractus vſurarius quo ad
vſuras ſit nullus ipſo iure, quia vſura eſt
prohibita, & ſic non tenet obligatio, ta-
men quo ad ſortem tenet, & *vide Paul.
de Caſtr. in alio ſuo conſ.* & ſic poteſt dici
quod ſicut tenet quoad principale, tenet
quo ad acceſſoria licita, videlicet quo ad
cenſum debitum, & licitum pro rata ſor-
tis iam ſolutæ *vide Paul. de Caſtr. in l. ſi
tibi ff. locat.* in contrarium facit, quia ſi il
le cui fuit facta ſubiugatio fuit in dolo vi
detur quod ex quo vẽditio redditus fuit
contractus bonæ fidei, ſit contractus nul
lus quia dolus dans cauſam cõtractui red
dit contractũ nullum *l. eleganter in princ.
ff. de dol.* ad hoc poteſt reſponderi quia
non fuit commiſſus dolus in contrahen-
do, ſed in pretio non ſoluto integraliter.
Ergo pro rata pretij ſoluti valebit, & non
vltra, vt in ſimili habetur *in l. penul. ff. de
fund. dot. & in l. Iulianus ff. de actio. em-
ptio. & not. in l. 2. C. de reſcind. vend. ma-
xime per Bal. in 1. col. facit pro iſto caſu
doct. & alij in d. l. eleganter in princ. in 1.
col. & eſt bonus tex. in l. cum quidam &
ibi not. Angel. ff. de vſufr.* & ita iudicauit
dominus Iacobus de Chirco in cauſa
bundi lu campo cum Magnifico Angelo
de Saluatore.
114 Nono pone quod aliquis debitor † ra-
tione

tione ſortis promiſit pro iure cēſus quantitatem exceſſiuā, dicemus ne quod contractus totus erit nullus, certe non quia vtile pro inutile nō vitiatur vide bonum *text. in l. Ariſto. ff. de acqui. hered. per Bart. in d.l.& omnes in l.1. §. ſi ſtipulanti de verb.oblig.* nec obſtat quod contractus ſimulatus eſt in totum nullus ipſo iure, quia ſecus eſt in contractu facto in fraudem *vt not.Paul.de Caſtr. in l. contra legem ff. de leg.* vbi facit differentiam inter contractum ſimulatum factum in fraudem.

115 Sed quid ſi ſic contractus ſubiugationis quod ſoluatur † de tertio in tertium cenſus ſubiugationis, dico quod contractus talis eſt contra formam Bullæ, quia nō ſolum decima pars pretij ſoluitur, ſcilicet plus propter commodum repræſentationis, & creditor lucraretur, & debitor perderet dilationem anni, ideo videtur, quod illud intereſſe debeat debitori computari, tunc dictus contractus non eſt licitus propter dictum pactū, nec vſurarius, ſed debet cenſus reduci ad legitimam formam Bullæ potiſſimè ſi eſt dictū iuxta formam Bullæ, quia vtile per inutile non vitiatur, vt ſupra dixi, & hoc haberet locum quādo eſt factus ad rationem de 10. pro centenario, ſed ſi pro minori ſumma prout ad octo vel minus, tunc nō eſt dubium quod commodum repræſentationis non excedit ſummam dictæ decimæ partis pretij vſque ad ſummā vnciarum 10. taxam à Bulla, maxime in homine non ſolito negotiare, nec Inno. & alij qui dicunt contractum licitum, quando venduntur redditus formati, dicit quod in fine anni exigantur, ſed quod exigantur fructus pro quando intrant.

Pragmatica vult quod contractus ſubiugationis habeat paratam executionē, etiam contra perſonas, & bona quorumcumque detentorum rerū, iurium, & bonorum, ſuper quibus cenſualia ipſa fuerunt onerata; quæritur ſi aliquis ſubiugauit pro decem domum, vineam, apothecam, & magaſenum; an iſta obligatio dicatur diuiſa à princ. adeo quod ſi tertius

116 † poſſid[illegible] vnam ex rebus ſubiugatis, vel omnes ſunt penes diuerſos tertios poſſeſſores non poſſit procedi contra detentorem, ſcilicet pro rata tantum, *vt eſt text. in l.2.C.de debit. ciuil.lib.10.* & ita eum intelligit *Bar.* vbi vult quod ideo ibi debitores Ciuitatis cōueniuntur pro rata, qua non erant expreſsè vel tacitè hypothecati, ſed ſolū conueniebantur ex conſtitutione iſtius *l.ſpeciali* priuilegio Ciuitatis, & ita videtur tenere, & intelligere *Bal.* in terminis quæſtionis noſtræ *in cap. 1.§. ſimiliter verſ. extra gloſ.not. de controuerſ. inueſtit.* vbi vult, quod quando poſſeſſor conuenitur contra iuris ciuilis regulam, tunc conuenitur pro rata *all. dictam l. ſecundam*, & idem quando multi cōueniuntur ad collectam, & pro iſta aliquoties ſedes Mag. Curiæ ita declarauit, pro hac parte facit *tex.in l.cōmuni diuidūdo in princ.ff.cōmun.diuid.& adde capitulum conſtitutus extra de relig. dom.*

117 Sed primò eſt aduertendum, an Pragmatica † inducat tacitam hypothecam in bonis detinentis ſubiugata prædia, vel ſolum priuilegiet executionem contra detinentem, & ſic contra tertiū, quia iſto ſecundo caſu bene procedunt dicta *l. ſecunda* in primo caſu noſtro, quia inſolidum conuenirentur, vt eſt de mente *Bar.* Ibi ſupra alleg. & hoc declarat clarius ibi *Ioannes de Plat.* vbi videndum omnino.

Secundò eſt aduertēdum, quod ſumus extra terminos illius *l. ſecunda* quæ vult quod quando agitur contra tertium conditione ex illa *l. diſcutiantur* primo bona principalis debitoris obligati, quod pragmatica reijcit, nec vult diſcuſſionē.

118 † Si ergo tollit primum, ergo tollit ſecundum, quod pro rata teneantur, & ſic ſumus extra terminos iſtius *l.* remaneret ſolum dictum *Bal.* ego dicerem, quod ex quo pragmatica vult, quod nō diſcutiantur bona principalis, quod poſſint intelligi dupliciter bona principalis ſubiugata, quæ ſunt penes eum ſubiugantem, & tunc clarum eſſet, quod in ſolidum datur exactio contra tertium poſſeſſorem rei

119 vnius ſubiugatæ. Intellige tamen ſi res † illa penes tertium eſt tanti fructus, quod in ea potuerit à principio conſtitui illud annuum ius penſionis formatū per ſubiugantem, alias non valeret in ea contractus ſubiugatorius, vt dicitur in principali intellectu pragmaticæ per dictum *Innoc.in cap. fin. de vſu. cum concor.* aut illud quod dicit pragmatica non excuſſis bonis intelligi debet de alijs, quæ ſunt penes principalem hypothecatis, non tamen expreſsè ſubiugatis, & ſpecialiter iſtud quod dicit pragmatica, & tunc ſtandum eſſet alteri opinioni; cogita tamen, quia non ſum bene reſolutus in hoc. Vide tamen circa hoc quæ notantur ad intellectum præcedentium per *Afflict. in conſtit. ſi quis in poſterum, col. 9. verſ. iuxta hoc quæro creditor.*

Ad

120 Ad iſtud quod probatio † fiat per publica documenta, quod non poſſit fieri per teſtes, qui habentur in promptu tangit *Angel. in l. 1. §. pueritiam, ff. de poſtul.* vbi quod nõ poteſt habere recurſum ad denunciationem euangelicam.

In generali obligatione veniũt omnia
121 poſtea, † quomodocumque quæſita, etiã pecuniæ, *l. cum tabernam §. fin. vbi Angel. de pignor.* & per modum diſtinct. inter generalem, & ſpecialem, *vide Angel. in l. Paulus, §. ſi mancipia eo. tit.*

Quid ſi acquirit de nouo bona poſt ſubiugationem, an in illis habeat locum
122 pragmatica, † & quod non videtur, quia pragmatica requirit quod bona ſint ſpecialiter obligata, & ad hoc vt res dicatur ſpecialiter obligata, & ad hoc vt res dicatur ſpecialiter obligata opus eſt, quod ſit in bonis debitoris tempore cõtractus *tex. eſt vbi not Angel. in l. 1. §. prædium ff. de pignor. & tex. vbi Angel. in l. quæſitum, §. quod dicitur eo. titulo*, nec etiam res ſubrogatæ ab hærede, *l. fideiuſſor, §. lucius vbi not. Angel. eo. tit.*

123 An valeat pactum † quod redditus debeant in nouem annis redimi, aut poſtea quandocumque? videtur, quod ſic *per tex. l. ſine præfinitione ff. de pet.* vbi *Bart.* & ita intelligunt, quod per Bullam tempus gratiæ ſit quandocumque in cap. Regni intelligunt, quod pro ſemper intelligatur, quia volunt quod quando eſt dictum quandocumque ſoluatur tarenus, quod poteſt intelligi vſque ad centum annos, & ſi dicatur vſque ad decem annos non ſoluitur ius tareni; ſed contra puto ſecundum Iacobum de Chirco, quia ante Bullam valebat, ſi non dicatur quan documque, *l. 2. C. de pact. inter. empt. & vend.* Secundò quia Bulla dicit cum carta gratiæ redimendi non præfigendo terminum; non obſtat dictum *Bart.* quia fateor qui promiſit reuẽdere non apponendo terminum intelligitur quãdocumque, non tamen ſequitur, quod bulla hoc requirat neceſſariò.

Aduerte quod vult bulla, quod ſolutio non poteſt probari niſi per autentica documenta, quod videtur, quod contractus
124 † non poſſit probari niſi per inſtrumentum authenticum prout ſoluit *Anchara. conſ. 301. in quæſtione, & Decius in cap. 2. in ſecunda lectu. de conſtit. col. 2.* ſed poteſt dici, quod ſatis conſtat, quod probetur alijs plenam fidẽ facientibus, cogita ſi inſtrumentũ publicũ requiritur per pragmaticam ad hoc quod ſit fauorabilis executio, & quod in ſolutione annua requiratur ſcriptura, *vide Alexand. conſ. 38. col. 2. in 7. vol.*

125 In dubio contractus † debet iudicari licitus, & non vſurarius not. *Bal. in l. rogaſti, §. ſi tibi ff. ſi cert pet. & ibi Iaſ.* verum eſt quod ſi eſſent pacta contra ſubſtantiam pragmaticæ, puta quod recuperaret ſortem quandocumque dans pecuniam, vel ſimilia tunc aliqua dicerem.

Ibi decimam partem pretij annuæ præſtationis.] Hoc caſu eſſet pro illo pluri.
126 contractus nullus † & caderet in ſortem, id quod perciperet *per tex. in l. eos. §. ſi quis C. de vſu.*

Ibi ſuper rebus et proprietatibus ſuis.]
127 Et ſic pleno iure † *l. ſeruos ſuos ff. de leg. 3.* & ſic non quæ ſunt reſtitutioni ſubiecta? *vide Bart. in l. quintus §. argumentum, ff. de aur. & arg. leg. infra in alia apoſtill.*

Ibi pro cõſimili pretio.] Aliqui credũt,
128 quod ſi non fuit facta ſolutio † in pecunia numerata, contractus ſit nullus, ſed hoc non requirit pragmatica, ſed pretiũ, & infra etiam repetit (principalis recepti ſeu pretij) beneuerum eſt quod poſſet dari merces, vel res, quæ eſſet minoris valoris prout frumentum pluris pretij
129 quam in veritate ſit, tunc cõtractus † eſt illicitus pro rata pretij maioris. *Bal. not. in cap. 1. col. penult. extra de iur. iur.* vbi vult quod ſi exceditur decima emptionis non annullatur in totum, ſed pro parte.

130 *Ibi ſuper rebus.*] Et ſic inducit hypothecam, & ſeruitutem perſonalem, *vide deciſionem Delphin. quæſt. 432. in fine.*

Ibi pro conſimili pretio illa redimẽdi.] Et cum non dicat quod iſta facultas redimendi poſſit fieri, & concedi ad tempus,
131 Papa † videtur velle, quod in perpetuum fiat, quia quando aliquis diſponit aliquid poſſe fieri, & nõ dicit ad certum tempus, videtur illud prouiſum, quod perpetuò fiat *Bar. in l. præfinitione, ff. de pen. & declarat Bal. in l. 1 C. de poſtul.* & videtur habuiſſe Papa mentem, quod quando in facultate debitoris eſt reemere, tunc non poteſt dici factum in fraudem vſurarum, quia non eſt certus emptor de luitione cum poſſit terminari voluntate venditoris.

Ibi ſuper rebus eius.] Propter iſta ver-
132 ba † ſuſtinetur iſta bulla, & materiam iſtam declarat *Rodul. in ſuo tract. quæſt. 2. princ. & quæſt. 13. & ſeq. & declarat Aret. conſ. 152. in conſ. 152. in 2. colum. vbi omnino.*

De

133 De mobilibus videtur † quatenus ex eis fructus percipitur.

134 Quid ſi prædium † ſuper quo conſtituitur annuus redditus ſubiugationis eſt tale, quod non ſufficiunt fructus ad ſubiugationem conſtitutam, an teneatur ſubgans? videtur quod non, quia iſte contractus emptionis reddituum formatorum ratione contractus, quorum periculum tranſit ad emptorem *l. 1. ff. de per. & com. re. vend.* in contrarium eſt *tex. in l. lutius ff. de alim. & cib. leg.* vbi eſt caſus not. *Ioan. Fab. in l. ſi quis argentum, C. de don. & in deciſio. Delphin. deciſ.* 53. in contrarium eſt hic *text.* vbi vult cenſualia conſtitui ſuper rebus in locis contractus, & conſtituitur ſuper obligatione perſonali, & pro hoc eſt *gloſ. in l. lutius.*

135 Pragmatica † quæ ſit *vide Luc. de Penna in l. quotiens in verbo pragmaticis, vt nemi. lice. in empt. ſpe. l. x.*

136 Sed pone eſt facta venditio † reddituũ iuxta Bullam pro pretio frumenti, ſi non fuit conſignata pecunia, quis habet probare, quod fuit vel non exceſſus, dixi quod hoc eſt fundamentũ actoris, & eius intentionis, quia aliàs reputatur contractus illicitus, vt videtur dicere pragmatica.

137 Dubitatur, An ſi eſt pactum † de ſoluendo cenſum in principio annui prout vidi alias de tertio in tertium, an ſit contra pragmaticam, & videtur dicendum quod ſic quia vult lex quod non excedat decimam partem pretij recepti: ſi ſoluitur in princip. vel in tertio plus dicitur exigere propter commodum repræſentationis temporis, & plus tempore exigitur *§. plus inſtit. de actio.* in contrarium facit, quia pragmatica nõ dicit quod ſoluatur in fine anni, ergo quod obſtat, quod percipiatur in princip. dũmodo ſemper expectetur per annum, & quando reluere tur, diſtribuatur rata temporis, & in illa tanto minus ſoluat de ſorte, qui redimit, pręterea bulla diſponit, quod omnes promiſſiones valeant, ergo etiam iſta, quæ non reijcitur à lege, vt quandocumque ſoluuntur fructus, & exiguntur in princ. anni vt alimenta, & fructus, quæ de ſui natura in principio anni colligũtur, vt vinũ, nec propterea dicitur ille plus percipere, vnus caſus eſt clariſſimus, quando ſubiugatio fieret ad minus quam ad decimã rationem puta ad 8. vel 7. quia tunc, & ſi anticiparet ſolutionem à communibus accidentibus illud commodum repręſentationis non excederet decimam partem pretij, quam conſiderat bulla: cogitaquando veniet.

Ibi ſpecialiter onerata.] Pondera hoc ſi in ſubiugatione dicitur ſubiuga omnia
138 ſua † tunc videtur generalis, ſpecialis credo eſſet ſi dicatur domos, vineas, & alia bona non nominando indiuidualiter, quę prædia ita eſt de mente *Bart. in l. 1. ff. de vulg. & pupill.* dum declarat differẽtiam expreſsè in genere, & in ſpecie, & in indiuiduo, *vide Bart. in l. 1. in verbo ſpecialiter ff. ſi quis in ius voc. non ier. & eundẽ in l. fin. C. ſi qua ius vel at. pu. vide Oldrad conſ.* 301. *& Soccin. conſ.* 300. *vide Iaſ. in l. quod in rerum §. ſi nauem ff. de leg.* 1. Præterea ex quo iſte eſt caſus correctorius iuris communis, quod contra tertium procedatur via executiua debet exprimi nominatim per doct. *Angel. in auct. de her. & fal. §. ſi vero expreſſim in auct. de trienn. & ſemiſſ. §. Illud quoque, ſequitur Rocchus in auct. ſimiliter vltima col. licet Aret. & Alex. dicant in d. l.* 1. Illud nõ probari de mi. & pu. tamen, vt dicit ibi ſi magnæ eſt auctoritatis doct. *Alex. conſ.* 122. *in 4. vol.* dum tamen tempore ſubiugationis fuiſſent in dominio ſubiugantis.

Ibi contractus ſeu inſtrumentũ.] Quid
139 differant contractus, † & inſtrumentum, *vide Afflict. in conſtit. Regni conſuetudinem quandam 2. col.*

140 *Ibi nullitatis.*] Nullitas † apparens ex inſpectione actorum, vel inſtrumenti benè poteſt opponi *gloſ. in l. 1. §. fine in verb. imperfectus de tab. exibend. Roma. conſ.* 42. *plura. Ioan. Bapt. de Sanct. Seuer. in repet. l. omnes populi car.* 30. *verſic.* 10. *pone de ſtatuto.*

Ibi præterquam realis ſolutionis.] Nullæ aliæ etiam rationabiles admittantur
141 *Aret. conſ. 2. col. penult.* & an exceptio † liquidationis nõ factę poſſit opponi, quod ſic *Alex. conſ.* 136. *col. fin. in 2. vol.*

142 An poſſit opponi exceptio † compenſationis de debito liquido? *ſubtiliter Felin. in cap. ſuborta de re. iud. col. 2.*

Quomodo intelligatur ſolutionis.] Vide *Bart. in l. ſolutionis ff. verb. ſignif. & omnino Barb. conſ.* 35. *in 4. vol.* vbi vult quod extendatur in terminis noſtris iſta
143 exceptio ſolutionis † ad omnes ſimiles exceptiones eneruãtes maximè per quas reducitur ad ius commune, *& vide Roman. conſ.* 162.

144 *Ibi in alia iudicij inſtantia.*] Non eſt mirum, nam ex diſpoſitione † *l.* vel ſtatuti poteſt plus fieri, quod poſt lapſum temporis

poris talis denegetur in totum defenſio,
vt ſit finis litium, *vt not. Andr. in conſtit.*
pœnam eorum, & ibi Afflict. in fin. 3. col.
dum ſequen. ergo multo magis poteſt fie
ri excluſio defenſionis ante ſolutionem
cum ea in totum non tollatur prout di-
cit *Angel. in l. ſi ſic ff. de leg.* 1.
Si fuerit facta executio ante diem ex
145 contractu ſubiugationis, † & ſi peteretur
in executione, quod die ſecuta ſoluatur,
non procedit nec repelluntur oppoſitio-
nes ita not. conſuluit in ſimilibus termi-
nis, & ibi omnino, *vide d. Alexan. conſ.*
95. in 1. vol.
146 Exceptio quod ſollemnitas † non fuit
adhibita, non cenſetur reiecta, *vide in ſi-*
mil. Afflict. in conſtit. inſtrumentorum
robur. in 3. not. verſic. ſi patet.
147 Quid ſi contractus eſt celebratus † an-
te hanc pragmaticam, an poſſit ſe pars
opponere, *Bart. tangit in l. omnes populi*
in 5. q. princ. verſic. & ex hijs ff. de iuſt. &
iu. vbi decidit quod ſic ſi exceptio com-
petit ante ſtatutum.
148 Caſus in quibus agatur † perſonali a-
ctione contra tertium contra regulã. *l. 1.*
§. ſi hæres, ff. ad trebell. vide in deciſ. del-
fin. quæſt. 5, 6. & vide notabiliter q. 9.
Ibi authenticis documentis.] Quod fie-
149 ri poteſt per ſtatutum † *Alex. conſ. 36. in*
5. vol. in princ. & in fin. penult. col quan
do fit ob publicam vtilitatem, *vide con-*
cor. per Afflict. in conſtit. inſtrumentorũ
robur. 12 quæſt. col. antepenult.
Sed an ſi plura prædia ſint ſubiugata,
150 † & agitur contra tertios quilibet conue
niatur pro rata? eſt in arg. bonus *tex. in*
cap. conſtitutus de relig. dom. vbi Abb.
not. quod quando conſtituitur penſio ſu-
per pluribus, quilibet tenetur pro rata,
& ita not. in his terminis *in deciſ. delfin.*
quæſt. 432. col. 2. vide tex. in l. communi,
diuiduo iuditium ff. communi diuid. vi-
de Bart. in l. moſchis ff. de iur. fiſci, vide
plate. in l. 2. C. de debit. ciuit. lib. 11. &
vide in l. fin per eundem C. de cenſ. lib. 11.
verſi. in hoc mirabile.
151 An citandus ſit hæres, vel tertius † poſ
ſeſſor ad verificationem, quod eſt hæres,
vel poſſeſſor priuſquã fiat executio, quod
ſic, *vide Felyn. in cap. quia, colum. penul.*
de iudi. poſt Franc. de Aretin. conſ. 32. &
conſ. 21. & vide Socci. conſ. 89. in 3. vol.
ſ. d quid ſtante ritu.
Quid ſi quis ſubiugat bona ſua mobi-
lia, & immobilia, & cætera an veniant in ſub-
152 iugatione bona, quæ habebat cõmunia †
cum alio, *vide not. per Abb. in conſ. 83. in*
2. vol. Item quid ſi quis obligat talem
rem, & illa erat communis pro indiuiſo
cũ alio, An facta diuiſione pars ſola quæ
peruenit ſubiuganti cenſeatur obligata,
an etiam pars conſocij, *vide l. 1. §. fin. ff.*
qui po. in pign. ha. vide l. ſi conceſſerunt
§. fin. ff. qui mo. pign. vel hypo. ſol. vide l. Iu
lianus. §. idem celſus ff. de actio. empt. et ibi
Paul. de Caſtr. vide Bart. in l. is qui fun-
dum ff. de vſufr. leg. & de doct. in l. 1. C.
ſi com. re. pig. da. ſit.
Iſta Bulla requirit probationem ſolu-
153 tionis † per inſtrumẽta, quid ſi probare-
tur ſolutio per præſumptionẽ, puta in ter
minis *l. 3. C. de apo. publ. lib. 1.* an ſufficiat.
Bal. tenet quod ſic *in l. 4. in 4. col. verſic.*
quæro quid ſi ſtatutum C. de fideicom. &
Afflict. in cap. naturales in § not. nu. 29.
An tertius poſſeſſor contra quem agi
154 poteſt ex forma Bullę executionem † prę-
ſcribat ſpatio decem annorum? quod ſic
tenet cuma in conſ. 54. vide ad idẽ in alio
propoſito Paul. de Caſtr. conſ. 291. incip.
viſis, & ponderatis in princ. vlt. col.
Licet Bulla ſolam exceptionem ſolu-
155 tionis † admittat, ſi tamen reſultat ęqui-
tas, quod alia admittatur exceptio. Illa
admitti debet, *vide deciſ. delfin. 242.*
Not. *text. l. legatorum petitio, ff. de leg.*
2. vbi not. Bar. quod non valet conſuetu-
156 do, quod ſi vnus colonus † non eſt ſoluen
do alius teneatur. E propterea eſt dubi-
tandũ ſi iſta pragmatica valet, poſtquam
vult detentorem teneri ad ſoluẽdum ius
ſubiugationis niſi eſſet debitor ſubiugan
tis, & ita ſoluatur cogitã.
Bulla vult quod ſola exceptio ſolutio-
157 nis † per publica documẽta admittatur,
quid ſi opponitur de ſolutione, quę non
apparet directa, ſed oſtẽditur inſtrumen-
tum dationis inſolutum, in quo non ap-
paret ſolutio quod facta fuerit occaſio-
ne dicti inſtrumenti, & debiti Bullæ per
obligatum ſeu hæredem eius, tamen *Bal.*
probari dicit per teſtes, quod occaſione
prædicta facta fuit ſolutio, an opponi poſ
ſit, & impediat executionem, *vide Petr.*
Paul. Corn. in conſ. 33. in 2. vol.
158 Dubitatur an pragmatica † volens
quod locum habeat executio contra de-
tẽtores bonorum ſubiugatorum habeat
locum in contractu ante pragmaticam
facto. Et primò videtur dicendum quod
ſic, nam licet ſtatutum ſeu cõſtitutio non
trahatur ad præterita, ſed futuris debet
dare formam, tamen trahitur ad ea præ-
cipuè quorum executio adhuc non eſt fa
cta, ſed in futurum pendet, quia tunc ſta-

tutum diſponit ſuper actu futuro licet ha
bente cauſam ab actu præterito, iſte eſt
*tex. in clem. 2. iuncta glo. in verbo poſteriū
de etat. & qualitat.* Ibi enim illa conſtitu
tio, quæ vult quod emancipati diuinis of
ficijs debent promoueri ad diaconatum,
alids priuentur voce capitulari. Et prop-
terea trahitur ad iam emancipatos ante
illam cōſtitutionem, quia reſpectu vocis
dandæ intelligitur concernere futura, &
ita in propoſito declarat eam dicens ſin-
gul. *ibi ard. oppo. 5. & domi. in cap. ea nō
col. 5. de elect. lib. 6. facit quod notat Bal.
in l. illam poſt mediū C. de donat. & quod
not. in l. omnes populi in* 8. *col. ff. de iuſt.*
159 *& iur.* de ſtatuto † prohibitiuo portare
veſtes, quod trahitur ad iam factam; cum
ergo hoc quod virtute pragmaticæ exe-
cutio habet locum contra tertium con-
cernat futura executiua, licet dependen-
tia à cauſa contractus de præterito, me-
rito pragmatica circa talem executionē
trahitur ad cōtractus ante ipſam factos,
quoniam hoc concernit effectum futurū
poſt ipſam pragmaticam, nō præteritum.
Secundò, quia lex noua ſi concernit or
dinem, & modum caſus præparandi trahi
tur etiam ad futura, caſus eſt not. *in cap. li
cet amon. in verbo de cætero de elect. et gl.
fin. in clem. 2. de iud. vbi Imol. & Bald. in
tit. de pace conſta. in verbo hoc ad not. col.
6. verſ. 3. not. canoniſtæ omnes in cap. fin.
de condit. Bar. in l. omnes populi ff. de iuſt.
& iure in 5. quæſt. verſ. vbi.*
Et ex his poteſt decidi, & decidit in ter
160 minis noſtris quod ſtatutum † quod debi
tor ex inſtrumento guarentigiato debet
capi extenditur ad inſtrumentū antea fa-
ctū, quia nō dat modū decidēdi cauſam,
ſed præparādi, & ita ad literam ibi tenet
Ray. Alber. Abb. in dict. cap. fi. ad propoſi-
tum ergo cum detinēs rem ſubiugatā ſit
deuinctus iuditio hypothecario, poteſt. n.
agere habens iura cenſualia contra eum,
& aduocare per hypothecariam poſſeſſio
nē, cum poſſeſſor ſit rei ſibi obligatæ. Et
pragmatica volens quod cōtra eum pro-
cedatur via executiua videtur concer-
nere ſolum modum præparandi, non au-
tem decidendi, & ſic ordine auocandi de-
bitum à detentore, non autem includen-
di eam in obligatione. Ergo per iam di-
cta ad iſtum caſum trahitur pragmatica,
licet cauſa ortum habeat à præterito.
Confirmatur nam iſta pragmatica ha-
bet duo capita vnum inquantum loqui-
tur contra ſubiugantem, aliud inquan-
tum loquitur contra detinentē, licet qua-
tenus loquitur contra detentorem, non
trahatur ad præteritos contractus, tamen
quoad aliud caput ſic, quia iſte eſt effe-
ctus detētor poſt pragmaticam: ſic iſtud
factū, & ſuus cōtractus detinendi eſt poſt
pragmaticam, ergo circa futura diſpo-
nit, non præterita, & hæc ſunt multum
pro iſta parte vrgentia. Confirmatur
quia quando negotia non ſunt perfecta
ideo non trahitur ad præterita, quia ille
non erat conſcius legis futuræ, declarat
Salic. in l. leges col. 3. C. de legi. ſed in ca-
ſu noſtro eſt totū contrarium, erat enim
conſcius, iſte qui modo eſt detētor iſtius
pragmaticæ ergo, &c.
161 In contrariū videtur † facere regula *di
cti capituli fin. de conſtit. et l. fin. C. de leg.
cū ſimil.* & cōfirmatur, quia licet actus ſit
perfectus, ſi tamen effectus conferatur ad
tempus futurū, ſtatutū eum non compre-
hendit *caſus eſt in l. iubemus C. de teſt.* vbi
forma data teſtamentis non cōprehendit
teſtamenta iā condita, licet adhuc nō fue
rit teſtator mortuus, *& ibi not. Paul. de
Caſtr. et Ang. in auct. vt cum de appell. co-
gno. in princ. in verſ. aduerte pro decla-
ratione, & do. Abb. in dicto cap. fin. col. 5.*
Secundò confirmatur, quia conſtitutio
162 † etiam ſi ſit iuris antiqui declaratiua,
quando habet verbū noui iuris promul-
gatoriū puta nō trahitur ad præterita *gl.
fi. in c. 8. de elar. no. reſid. & ibi not. domi.*
ſed iſto modo loquitur pragmatica, ergo
non trahitur ad contractus præteritos.
Tertiò pro hac parte eſt expreſſa deci
163 ſio † *Bar. in d. l. omnes populi in 5. quæſt.
princip. verſ. ex his poteſt ſolui* vbi vult,
quod in terminis ſtatuti de debitore car
cerando ad petitionē creditoris ſine exe
cutione, quod quatenus reijcit exceptio-
nem acquiſitam ante ſtatutum trahitur
ad præterita; Cuius dicta formalia po-
ſuit ibi *Alber. & Ray.* Sed ſic eſt in caſu
noſtro, & cōſtitutio ſeu pragmatica non
trahitur ad præterita, nā iſtud quod con
tra tertium detentorem habeat locum
pragmatica non ſolum cōtinet ordinem,
ſed etiam deciſionem, includit enim in
obligatione non obligatum, nec tenetur
verbis, nec conſenſu non ſolū ad relaxari
poſſe, ſed ad ſolutionem ſubiugati, perin-
de ac ſi ipſe ſubiugauerit, & ſic ex hoc
duo habemus, primum quod hoc ſpectat
ad deciſionem non ad ordinationem ne-
gotij, patet manifeſtè quia cum obligat
in perſona etiam vt poſſit carcerari. Se-
cundū quod iſta pragmatica tollit excep
tionem acquiſitā, & quæ cepit ante prag-
maticam

maticam competere, quia nemini dubium quod iſte tertius, qui non ſubiugauit, habet exceptionem de iure communi, & naturali competentẽ, videlicet non ſum in aliquo obligatus, quæ exceptio antiqua eſt, & ante pragmaticam habet ortum, hæc ex dictis *Imol. poſt Butr. in d. clemen. 2. de etat. & qualit colum. 7.* vbi vult, quando lex dat formam actui, nec apparet an eam det prout inhæret ſubiecto de præterito, vel de futuro, & tunc ſi alteri eſt ius quæſitum ad quod ſi cõſtitutio ſe extẽderet tolleret, tunc cenſetur dare formam futuris non præteritis, ſed ita eſt in caſu noſtro, quia ſi traheretur ad præterita tolleret exceptionem, & ius quæſitum tertio, in cuius prę iudicium reſultaret, quia non prodeſſet ſibi iſta exceptio, ego non ſum tibi in aliquo obligatus, ergo ad iſtud non trahitur ne plura inconuenientia ex iſta pragmatica orirentur, quæ in quantum poteſt ad cõſonantiam iuris communis eſt reducenda *l. ſi ſerui noſtri cum concord. C. de noxa.* confirmatur, quia numquam conſtitutio trahitur ad præterita, etiam pendentia quo ad executionem, quando tũc inſurgeret reſtrictio ad illum actum, qui durior redderetur, iſta eſt not. *deciſio. in cap. ante triennium, in not.* 31. *diſtinct.* 1. quam referunt moderni *in cap. fin. vide Fall. Archid. de conſtit. & probatur ex dictis Butr. Imol. & Abb. in cap. dilectus, quod nc. cauſa Archid. in cap. geſta. 94. diſtinct. Ioann. Andr. & Abb. in cap. ſuper eo. de regula.* ergo ne trahatur ad ſubiugationes antea factas faciendo in eis duriorem hãc exactionem, & aſperiorem, quæ eſt multum concludens in propoſito, & ex his apparẽs ſublata, quæ in contrarium allegabantur,

164 vltimo facio vnum fundamentum † cui non conueniunt verba *leg. nec* diſpoſitio, & intentans diſpoſitiones vnius *l.* vel ſtatuti debeat eam intentare cum qualitatibus ſuis iuxta not. *per Bart. in l.* 1. *§. ait prætor ff. ne quid in flum. publ. per Ioann. Andr. in cap.* 1. *de homicid. in* 6. ſed iſte contractus ſubiugatorius non eſt iuxta formam pragmaticæ, ergo eius fauores non meretur pragmatica, nam non vult quod transferatur aliquod dominium in eum, nec poſſit reuocare rem ſubiugatam propter ſollemnitatem certam datam, licet in iſto contractu totum contrarium diſponatur; ergo in eo pragmatica locum non habet, non enim eſt contractus ſubiugatorius, iuxta formam pragmaticæ.

Quando ſubiugatio fit ad decem an-
165 nualia † & bona ſuper quibus fit ſubiugatio non valeant tantum, non valet contractus, *vide Lauren. de Rodul. in tract. de vſur. quaſt.* 12. *vide ibi, qui diſtinguit.*

NICOLAI SACCANI
I. C. CELEBERRIMI
PATRITII MESSANENSIS
Iudicis Mag. Reg. Cur. Regijq; Conſiliarij.

AD BVLLAM APOSTOLICAM Nicolai V. & Reg. Pragmat. Alphonſi de Cenſibus.

ANNOTATIONES.

SVMMARIVM.

1 *Emphytheutica res ſubiugata ſi peruenit ad dominum iure commiſſi an ſit amplius obligata.*

2 *Poſſeſſio rei ſubiugata an transferatur in creditorem pro eius ſecuritate.*

3 *Exceptio quod res nõ erat in dominio ſubiugantis admittitur in Bulla.*

4 *Tertius poſſeſſor an poſſit refutare rem ſubiugatam ne teneatur remiſſiuè.*

5 *Partita banci an ſint documenta publica.*

6 *Poſſidens iure familiaritatis an teneatur vigore Pragmaticæ.*

7 *Hæres non conficiens inuentarium an teneatur ex contractu bullæ.*

8 *Executio vigore contractus ſubigatorij An fiat contra detinentem bona generaliter ſubiugata.*

9 *Specialis hypotheca qua dicatur & n. 10.*

1 QVÆRO quid ſi emphytheota † ſubiugauerit rem emphytheuticam, an ſi cecidit in cõmiſſum, & res peruenit ad dominũ directum, trãſibit ad eum cum onere, vel ſine? de hoc eſt caſus *in l. lex vectigali ff. de pignor. & no. Bar. quę omnino videas in l. in diem adiecto ff. de aqua. pluu. arcenda.*

Ibi ſecuritate.] An poſſit pro ſecuri-
2 tate creditoris transferri poſſeſſio † rei ſubiugatæ, fortè quia debitor eſſet dilapidator, vel aliter, quod ſi poſſideret male ſolueret? puto quod ſic, quia Bulla nõ contradicit quod innuit in verbo ſecuritate.

3 Quid ſi iſte tertius † opponat rem nõ fuiſſe ſubiugantis? videtur quod ſic, quia hoc dicitur ſuper bonis ſuis eſt, & ſic impediretur executio, & ſic obſeruantia eſt quod auditur, & propter cõmodum poſſeſſionis transfertur onus probandi ſummarie de dominio vero ſubiugantis vel ſaltem putatiuo *vt per Bertach. in verb. dominium in princip.* quo verificato fit executio & facta executione, quilibet audiatur in iuribus ſuis, & hoc ſumma ratione & ęquitate introductũ *l. & qui non dum §. quod dicitur ff. de pignor.*

4 An iſte tertius † poſſit refutare rem, ne in futurum teneatur? *vide Bar. in l. is cum quo ff. de aqua pluuia arcend. et Abb. in cap. de tertijs de decimis.*

Ibi authenticis documentis.] An parti-
5 tæ † banci ſint documenta publica *Rom. in conſ. 77.* tenet quod non, tamen magna Curia ſeruat contrarium, & credo quod moueatur, quia dicitur hic authẽticis documentis, vel alijs ſcripturis plenam fidem facientibus vt ſunt partitæ banci, nõ autem loquitur per verbum inſtrumentis, quod nota, *& vide Card. in cle. ſæpe §. quia in xiij. quæſt. de verb. ſignific.*

Ibi quamdiu detentio fuerit.] An habeat locum ſuper perſonis, quę poſſident
6 † iure familiaritatis? videtur quod ſic, quia tales dicuntur detinere, vt dicunt *Doct. in l. iure familiaritatis ff. de acquir. poſſeſſ. & Soccin. in conſ. 60. in 3. coll. & conſ. 31. 1. volum.* & de hoc vidi alıás dubitari, ſed cogitabis.

Ibi hæredum.] Subaudi non conficien-
7 tium inuentarium, † Ita eleganter dicit *Bar. in l. fin. §. in computatione. C. de iur. deliber. & ibi Alex. & Iaſ. pro hoc facit doct. Bal. in l. ſi vxor C. de bo. autho. iud. poſſi. de qua meminit Alex. in l. ſi debitor in princ. C. de pact.* ſed contra deci. *Bart.* in Mag. Curia fuit deciſum in fauorem

no.Ga-

no Gaſparis Bonetta contra magnificum dominum don Decium Gaetano,ſed ego dico quod deciſio *Bart.* procedit in hærede nõ poſſidente bona ſpecialiter ſubiugata, ſi autem poſſideret, tunc procederet deciſio Magnæ Curiæ, & tunc non tenetur vt hæres, ſed vt poſſeſſor,vt infra cogitabis.

8 *Ibi ſpecialiter onerata.*] Quid in generali † an poterit agi vigore Bullæ contra tertium poſſeſſorem? videtur quod ſic quia æquipollet ſpeciali ſi fiat maximè per verbũ vniuerſale(omnia mea.) Nam nihil refert aliquid ex æquipollentibus fiat.*vt notant Doct. in l.titius ff.delib.& poſthum. dicunt idem doct. in l. titius ff. eod.* vbi dicitur fieri nominatim exhæredationem, ſi fiat generaliter,ſcilicet (omnes filios meos exhęredo)ita videtur hic; ſed in contrarium eſt veritas,quoniam in ſtatutis verba. ſunt prèciſè intelligenda prout ſtant, & non ſufficit quod fiat ex ęquipollentibus in materia ſtatuti,ſeu ſtricti iuris, *vt not. Bart. in l.2. in 3.col. C. de patr. qui fil. di[...]ra. & D. Alexand. in conſ 137. in 4. col. verſ. & dicit Bald. in 2. vol. ſed cogitabis.*

Sed pro iſta vltima opinione,quod Bulla non habeat locum in generali hypotheca facit ſingularis *deciſ. d. Alexan. in l. ſi filius familias §. ſi ſui in 2. col.in fin. ff. ſolut. matrim.* quæ deciſ. eſt in terminis,& decidit in ſpecie iſtam quęſtionem, ideo per eum videatur.

Sed quid ſi dicatur(omnia bona mea)
9 An hæc ſit ſpecialis † dicerem, quod ſic, *gloſ. tamen in l 2.C. de pignor.* tenet contrarium, & hoc mihi videtur verius, ſed per illud verbum (ſingula) dicerem eſſe ſpecialem,*vt per Oldrad. in conſ.300.Soccin. in conſ.3. num.17. 3.vol. & conſ.18. Corn. conſ.195. nu.8. col.4.*

10 Sed quęro quid ſi dicatur † (omnia & ſingula bona) & præſertim vineam, dico quod omnia bona erunt ſpecialiter obligata,& obligatio de vinea erit indiuidualis, *vt dicit Bart. in l. fin.C. ſi contra ius vel vtilit. publicam.*

FRANCISCI PANCALDI
I. C. CELEBERRIMI
PATRITII MESSANENSIS

AD BVLLAM APOSTOLICAM Nicolai V. & Regiæ Pragmatica Alphonſi de Cenſibus.

ADDITIONES.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Nicolai V. eſt authentica.*
2 *Solutio in contractu bullæ non probatur niſi per documenta publica, & nu. 3.*
4 *Cenſus conſtitutio requirit ſcripturam.*
5 *Contractus in dubio iudicatur licitus, nō vſurarius.*
6 *Pacta contra Pragmaticam an vitiētur.*
7 *Contractus reſoluitur, ſi ſors efficitur repetibilis.*
8 *Pecunia numerata an requiratur in contractu cenſus.*
9 *Pretium cenſus ſi excedit decimam annullat contractum pro rata pretij maioris.*
10 *Redimendi facultas an poſſit concedi ad tempus.*
11 *Fructus bonorum ſubiugatorum ſi non ſufficiant ad ſubiugationem, an teneatur de nouo ſubiugare.*
12 *Pretium cenſus ſolutum fuiſſe cui incumbit probare.*
13 *Pragmatica quæ ſit.*
14 *Nullitas prouenitēs ex inſpectione inſtrumentorum admittitur, & nu. 15.*
16 *Exceptio liquidationis non facta an admittatur.*
17 *Exceptio cedendarum an admittatur in Bulla.*
18 *Solutio cenſus probatur per authētica documenta.*
19 *Specialis hypotheca quæ ſit & quæ indiuidualis.*
20 *Statutum tollens defenſionem ad tempus valet.*
21 *Exceptio quod ſollemnia non ſunt ſeruata an admittatur.*
22 *Cenſus petitio ante diem an procedat.*
23 *Contractus cenſualis celebratus ante pragmaticam an habeat eius priuilegia, & num. 24.*
25 *Poſſeſſor vnius ex prædijs ſubiugatis an teneatur in ſolidum.*
26 *Actio ex hac lege an competat contra tertios poſſeſſores.*
27 *Pactum quod cenſus ſoluatur de tertio in tertium an valeat, & num. 28.*

1 QVIA plerique iurium imperiti dicunt dictā Bullam † minime fuiſſe per Papam Nicolaū factam, & tamen errant, quia eſt cum executoria, & pragmatica Regis Alphonſi in theſaureria maioris Panhormitanæ Eccleſiæ in loco vbi ſunt priuilegia Ciuitatis ipſius.

2 Ad vnum aduerte quod ſolutio † non poteſt probari niſi per authentica documenta. ergo videtur quod cōtractus non poſſit probari niſi per inſtrumentum authenticum, *vt conſuluit Petrus de Anch. in conſ. 301. Decius in cap. 2. in vltima lectura de conſtit. col. 2.* ſed inſtrumentū publicum adijcitur per pragmaticam ad hoc vt ſit fauorabilis, ex quo ad hoc eſt clarum.

3 Et quod in ſolutione † annua requiratur ſcriptura, *vide Alex. conſ. 38. col. 2. 7. volum.*

An in iſto contractu ſubiugationis re-
4 quiratur inſtrumentum † puta quod aliquis ſubiugauit, vel vēdidit redditus, quia aliquando recipit pecuniam, & promittitur ſoluere cenſum ſuper bonis ſuis ad tot pro centenario; mihi videtur quod non requiratur ſcriptura cum iſta ſit emptio, quæ ſolo conſenſu perficitur *l. cum inſtrumentis C. de fid. inſtrum. & vide bonum text. in l. contrahitur, vbi gloſ. ff. de pignor.* & licet contractus non ſit ita extenſus, quod ſubiugaretur, videtur tamen ſicut in *l. ſingularia ff. ſi cert. petat,*
quod

quod occultatur vnus contractus maxime quia cõtractus cenſetur initus ſecundum conſuetudinẽ *l. ſi duo, & ibi moder. poſt Paul. de Caſtr. ff. ſi cert. pet.* ſed hic non requiritur ſcriptura, ergo contrarium tenet *Ioannes Philippus de Paternione in ſua lectura*.

6 In dubio contractus † debet iudicari
licitus non vſurarius, *Bal. in l. rogaſti ff. ſi cert. pet. & ibi Iaſ.* qui allegat concordantias; verum eſt quod ſi eſſent pacta contra ſubſtantiam pragmaticæ, puta quod recuperaret ſortem, quando vult dans pecunias, vel ſimilia non valerent, ſed an pacta contra pragmaticam vitientur puto quod ſic. *Bal. in cap. 1. de iur. iuran. in vlt. colum.*

Ibi ſuper bonis.] Quod per hæc verba ſuſtineatur hæc Bulla, *vt declarat Rodul. in ſuo tract. in quæſtione princ. in quæſt. 13. & vult Aret. conſ. 152. in 2. col. ibi in primo dubio* concludit quod contractus eſt licitus, cum non ſtet in facultate
7 emptoris petere ſortem † *Papien. in rubri. de pen. leg. in gloſ.* vbi examinat de
legato annuo, aliàs quando remittitur in poteſtate emptoris reſoluere cõtractum non veniunt fructus legitimi *l. quod ſi nolit in fine ibi cum autem § pen. ff. de edil. edicto. Ioan. Andr. & Abb. in cap illo vos de pignor. Anton. de Butr. in cap. ad noſtram de empt. & vend.*

Ibi pretio.] Nota quod aliqui notant quod ſi non ſint pretia ſortis in pecunia
8 numerata † contractus eſt nullus, ſed hoc
non requirit Bulla, ſed pretium, & infra repetit (principalis recepti ſeu pretij) beneuerum eſt, quod poſſet dari res, quæ eſſet maioris valoris prout frumentum, quod eſſet plus pretij, quod in veritate
9 ſit, tunc contractus † eſt nullus pro rata
pretij maioris, quia tunc quod percipit excedit decimam partem pretij, quo caſu ceſſat pro illo pluri, contractus eſt nullus, & in ſortem, quod percipitur cedit, prout eſt *text in l. eos § ſi quis C. de vſur. cum concord. Bald. no. in cap. 1. de iur iur. in 1. colum prope finem,* vbi dicit quod ſi excedit non annullatur in totum, ſed pro parte.

Ibi inſtrumẽto gratia redimẽdi.] Non dicit Bulla, quod illa facultas redimendi
10 poſſit concedi ad tempus? Papa videtur
velle quod in perpetuum fiat, *Bart. in l. fine præfinito ff. de pen.* quia quando aliquis diſponit aliquid poſſe fieri, & non dicit ad certum tempus, videtur. illud prouiſum, vt perpetuò fiat, *& idem Bar. Deci. & Bal. in l. 1. in 1. col.* tunc habuiſſe mentem Papa, quia quando in facultate venditoris reemere, tunc non poteſt dici fraudem vſurarum, quia non eſt certus emptor de lucro, cum poſſit determinari voluntate venditoris, aut voluntate Redemptoris.

Quid ſi prædia ſuper quibus cõſtituun-
11 tur † annui redditus, non ſufficiant eorũ
fructus ad ſubiugationem inſtitutam, an teneatur ſubiugare? videtur quod non, quia iſte contractus eſt emptionis redditùum formatus tempore contractus, quo periculum tranſit penes emptorem *l. 1. ff. de periculo, & commod. rei. vend.* in contrarium eſt *text. in l. lutius ff. de alim. & cibar. leg.* vbi eſt, caſus not. *Cyn. & Ioan. Faber. in l. ſi quis argenum C. de donat. & not. Guid. Pap. deciſ. 8.* ſed in contrarium eſt hic *tex.* vbi vult cenſualia poſſe conſtitui ſuper rebus in dictis locis contractus conſtituitur ſuper obligatione perſonali, & pro hoc eſt *gloſ in l. lutius in fine ibi. Aliud eſt dicere percipiatur,* &c. cogita quia hic eſt obligatio, & eſt etiam hic perſonalis, & contra perſonam fit executio.

Sed poteſt eſſe venditio iuxta formam
12 Bullæ redditunm pro pretio † ergo, & nõ
fuit conſignata pecunia, quis habet probare, quod fuit alias non exceſſus? dic quod hoc eſt fundamẽtum iure actionis, quia reputatur contractus illicitus, & videtur dicere pragmatica.

13 Pragmatica † eſt conuocatis patricijs
cum examinatione actus factus. *Lucas de Penn. in l. contra not. in verbo pragmatica, vt not. hic vltra ſpecul. lib. 11.*

14 *Ibi nullo nullitatis.*] Nullitas † appa-
rens ex actorum inſpectione vel infra benè poteſt opponi *gloſ. in l. 1. §. fin. in verbo imperfectum de tab. exhien. Rom. conſ.*
15 42. adde an ſit excluſa nullitas † proue-
niens ex defectu iuriſdictionis, *vide Decium conſ. 8. 4. col. nu. 7. par. 1.*

Ibi præter realem ſolutionem.] Quomodo intelligatur, *vide Bart. in l. ſolutionis ff. de ſol. & in l. ſolutionis ff. de verborum & rer. ſignif. & Barba. conſ. 35.* an poſſit
16 opponi exceptio † liquidationis non fa-
ctæ. *Alex.* quod ſic *conſ. 136. col. fin. 2. vol.*
17 An poſſit opponi exceptio † cedenda-
rum, dic quod ſic *Decius in cap. ex parte col. 5. de offi. deleg. vide in hoc meas alleg.*

Ibi authenticis documentis.] Hoc fieri
18 poteſt per ſtatutum, † *Alex. conſ. 36. 2. vol.*
quando ſit ad vtilitatem publicam, pondera hoc ſi in obligatione dicitur (ſubiu-

gat

gat omnia bona ſua) tunc non videtur ſpecialis,† ſed generalis,ſpecialem credo eſſe,ſi diceret vineas,domos, & alias res, ſeu alia bona ſua , tunc non nominando, & ita dicit eſſe communem opinionem *Iaſ. in l.qui eſt nunc,&c. §.ſin autem ff. de leg.* 1. indiuidualiter eſt (quæ prædia) ita de mente *Bart. in l.*1. *ff. de vulg. & pupill.*& declarat differentiam in genere, ſpecie, & indiuiduo quicquid dixerit ibi *Soccin.*

Ex quo iſte caſus eſt contrarius iuri communi, quod contra tertium procedatur via executiua debet exprimi nominatim,*vt per Angel. & Doct.in auct.de hæred. & falcid. §. ſi verò expreſſim , & in authen. de trienn. & ſemiſſe §.illud quod ſequitur Rom.in l.*1.*in vlt.col.* licet *Aret.* dicat non probari *in d.l. illud*, tamen dicit,*ibi Socci.* magna eſt authoritas dictorum doctorum.

Ibi in alia inditij inſtantia .] Non eſt mirum,nam ex diſpoſitione legis,vel ſtatuti poteſt fieri , quod poſt lapſum tem-

20 pus denegetur in totum defenſio † & eſt licitum, *vt not. Andr.in quæſtione pænã torum, & ibi Aſſlictus in fin.*3. *col. cum ſequenti .* Ergo multo magis poteſt fieri exclusio defenſionis ante ſolutionẽ, cum ea in totum non tollatur prout dicit *Angel. in l.ſi ſic ff. deleg.* 1.

21 Et an cenſeatur reiecta exceptio † eo quia ſollemnia non ſunt adhibita ? *vide Aſſlict. in ſimili in conſtitutione inſtrumentorum robur*

Etiam ſi fieret executio ſubiugationis

22 † ante diem,& etiam ſi peteretur in executione,quod die ſuo ſoluatur, non procedit, nec repelluntur exceptiones,quod ita notabiliter conſulit in ſimilibus terminis *Alex.conſ.*95.*primo vol.*quem omnino vide, & notabiliter dixit *Bart.in l.ſi finita §. eleganter ff. de damn. infect.*

23 Quid ſi eſt contractus celebratus† ante hanc pragmaticam, an poſſit pars opponere, *Bart tangit in l. omnes populi in quæſt.*5.*principali ff. de iur.iur.*vbi concludit quod ſic, ſi exceptio competit ante ſtatutum.

24 Et an habeat locum contra tertium,† ſi eſt initus ante pragmaticã , nota quod ibi agitur actione principali contra tertium,contra regulã, *l.*1.*§.ſi hæres ad tre. bell. vide decif.parla.deſi.q.*5.76. *et* 99.

Sed an ſi plura prædia ſint ſubiugata ,

25 † & agitur cõtra eos, quod quilibet contra eos , quod quilibet condemniatur pro rata ? eſt hic in argumentum bonus *tex. in capitulo cõſtitutus de religio. domibus, vbi Abb. Innoc.* quod quando conſtituitur penſio ſuper pluribus rebus, quilibet pro parte, ſeu pro rata ſua conueniatur, *& Panor. in terminis in decif. parla.deffin.*90. *§*2. *col circa medium,& vide tex. & quod ibi not. ad hoc propoſitum in l. communi diuidendo iuditium ff. communi diuid. alia circa hoc , vide in l.moſchis ff. de iure fiſci .*

26 Item an contra tertios † poſſeſſores agatur actione ex hac lege , vel ſit inducta circa hypothecam,vt in terminis noſtris per ea quæ ponit *Ioan. de Platea in l.ſi.C.de eſſpar.lib.*11.& eſt mirabile,&c.

27 Dubitatum eſt , pactum † de ſoluendo cẽſum in anni principio,prout vidi alias, vel de tertio ad tertium , an ſit contra pragmaticã ? videtur quod ſic quia vult *tex.* quod non excedat decimam partem pretij recepti, ſi ſoluitur in principio, vel in tempore plus dicitur *§. plus inſtit. de actio.* propter cõmodum repræſentationis temporis, plus tempore exigere dicitur ſicut in ſimili dicunt *Doct. in l.cum quis, & ibi Bart. in fine, & Iaſ.C.de iur. & fact. l.* 1. *in fine ff. de cond. indeb.* in contrarium facit , quia pragmatica non dicit quod ſoluatur in principio, dummodo ſemper expectetur per annũ, & quando relueretur deſtribuatur rata temporis , & in illa tanto minus ſoluat ille qui redimit .

28 Bulla , & pragmatica dicant † quod omnes prouiſiones valeant etiam iſta, quæ non reijcitur à lege,vt quandocumque ſoluantur fructus in principio anni vel alimenta,& fructus, qui de ſui natura in principio anni colligũtur, vt annuum, per propterea dicitur plus ille percipere, vnus caſus eſt clariſſimus quando ſubiugatio fieret ad minus quam ad decem vel ad octo, vel ſeptem, quia tunc etiam ſi anticiparet ſolutio à communiter accidentibus illud commodum repræſentationis non excederet decimam partem pretij,quam conſiderat Bulla,cogita ſi tibi occurreret, &c.

FIDE-

FIDERICI CAMPIXANI
PATRITII CATINENSIS
IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI
& conſumatiſsimi Iudicis M.R.C.Regijque Conſiliarij.

AD BVLLAM APOSTOLICAM
Nicolai V. & Reg. Pragmat. Alphonſi de Cenſibus.

ADDITIONES.

SVMMARIVM.

1 *Sors debet eſſe demortua ex parte emptoris.*
2 *Genitiuus (eorum) denotat dominium.*
3 *Contractus cenſualis de ſui natura requirit ſcripturam.*
4 *Aliena bona poſſunt ſubiugari.*
5 *Depoſitum qualiter fieri debeat in re luitione cenſus.*
6 *Contractus Bullæ excedens decimam vitiatur.*
7 *Fides de pretio haberi an poſſit in contractu iuxta formam Bullæ.*
8 *Pretium in Bulla debet eſſe præſens et manuale.*
9 *Bulla an verificetur in ſpecie redacta ad pecuniam.*
10 *Venditio reddituum an valeat.*
11 *Pactum quod poſſeſſio rei ſubiugatæ trãſferatur in creditorem an valeat.*
12 *Dictio (non ſolum) & dictio non tãtum) denotant æquiparationem.*
13 *Decennio elapſo agitur per viam cedulæ contra tertios.*
14 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum.*
15 *Poſſeſſio tempore executionis probari debet in contractu bullæ.*
16 *Detinens partem rei ſpecialiter ſubiugatæ an teneatur inſolidum.*
17 *Subiugatarius an teneatur cedere iura tertio, & quando.*
18 *Exceptio cedẽdarum admittitur in bulla.*
19 *Bona generaliter obligata quãdo dicãtur.*
20 *Exceptio excuſſionis an admittatur in Bulla.*
21 *Pragmatica an includat exceptiones ſimiles reali ſolutioni.*
22 *Dictio quomodolibet in pragmatica quid importet.*
23 *Exceptio vſurarum an admittatur in Bulla.*
24 *Exceptio confuſionis actionum an admittatur, & ibi de exceptione caducitatis remiſſiuè.*
25 *Exceptio compenſationis an admittatur in Bulla.*
26 *Exceptio ſolutionis ſortis principalis an admittatur.*
27 *Solutio ſponte facta an admittatur.*
28 *Pactum quod ſolutio probetur per inſtrumentum valet. Quid in ſtatuto ibidem.*
29 *Appellatio admittitur ſi per iudicem non fuerit admiſſa exceptio ſolutionis.*
30 *Solutio debiti cenſus non poteſt probari per teſtes.*
31 *Appellatio an admittatur ab interlocutoria reijciantur oppoſitiones.*
32 *Tex. in l.1.C. quan. Imper. an habeat locum aduerſus pragmaticam.*
33 *Tertius comparens pro ſuo intereſſe admittitur aduerſus executionem cõtractus Bullaris.*
34 *Dominus directus recuperans rem emphytheuticam an teneatur ad iura ſubiugationum impoſita per emphytheutam.*
35 *Creditor Bullaris quando teneatur iura cedere.*

1 I*BI mortua eſt.*]Pecunia † eſt mortua ex parte emptoris, quia ex parte ipſius eſt irrecuperabilis, tamen quia eius intereſt poteſt illam conſequi *l. quæſitum ff. de pignor. & fuit dictum in prima lectura in principio, ita Paul. de Caſtr. conſ. 19. Bald. in l. ſi non ſortem §.1. in fine ff. de cond. indebit.*

2 *Ibi eorum.*] Et genitiuus † eorum de-
notat dominiũ, *l. ſeruum tity in princ. ff.*
mand. l. ſi ſeruus plurium ff. de leg. 1. l. 2. in
princ. cap ff. de relig. et ſumpt. funer. et not.
per Bar. doct. in rub ff. de nou. oper. nũtia.
gl. in c. 1. in verſ. tertiã partẽ, & ibi cano-
niſtæ de poſtul. præla. et gloſ. in l. fin. in ver
bo fuerũt C. de edictio. diui Adria. toll. &
de natura iſtius verbi, *vide Angel. inſtit.*

Ibi inſtrumẽto gratiæ.] Quæritur num
3 quid contractus † iuxta formã Bullæ de
ſui eſſentia requirat ſcripturã? videtur q̃
nõ, quia iſte cõtractus Bullæ eſt emptio-
nis, & venditionis iurium cenſualium, &
certum eſt quod in contractu emptionis,
& venditionis iurium non requiritur de
ſui eſſentia ſcriptura, licet in ſcriptis poſ-
ſit celebrari, *vt inſtit. de empt. & vend. §.*
1. & 2. In contrariũ tamen videtur, qui-
nimò de ſui eſſentia requiratur ſcriptu-
ra, ſeu inſtrumentum, vt patet, & datur
intelligi ex verbis ipſius Bullæ, & Regiæ
pragmaticæ ibi inſtrumento gratię re-
dimendi mediante, quod in ea reperitur
in duobus locis, vnde cum requiratur in-
ſtrumẽtum, certũ eſt quod debet in ſcrip
tis celebrari; & pondera quod hic poni-
tur in ablatiuis abſolutis, quæ reſoluun-
tur in vim conditionis *l. à teſtatore ff. de*
cond. & demonſtrat. & conditiones de-
bẽt adimpleri in forma ſpecifica *l. qui hæ*
redi. & l. meuius ff. de cond. & demonſtra.
& per conſequens ſcriptura, ſeu inſtru-
mentum debet eſſe de forma, quia vbi
ponitur aliquid conditionaliter, illud di-
citur eſſe de forma ſecundum *Bal. in au-*
then. vt matri. & auiæ col. 1. ibi (quidam
tamen dicunt) C. quãdo mulier tut offit.
fungi. & ſequitur Felyn. in cap. cum dile-
cta 7. col. in verbo ſecũdum ſignum. extra
de reſcrip. Iaſ in l. Gallus §. 1. de liber. po-
ſthum. & hanc põderationẽ, vide *per Iaſ.*
in l. 1. in 10. col. & gloſ. in verbo ſcriptu-
ra, C. de iure emphyt. & ibi etiam eſt alia
ratio, quæ poteſt adaptari ad caſum nõ-
ſtrum, quia contractus iſte extenditur in
perpetuum, donec fiat redemptio, vnde
infertur, quod ſi iſta venditio iurium cen
ſualium fiat ſine inſtrumẽto gratię redi-
mendi, tamquam facta non ſeruata for-
ma Bullæ erit nulla *cap. cum dilecta de*
reſcript. & cap. piſanis de reſtit. ſpoliato.
& l. cum hi §. ſi prætor ff. de tranſact. &
traditur per Felyn. in d. cap. dilecta verſ.
ſi ita contra formam.

Ibi facultatibus ſuis.] Et ſic non valet
4 obligatio † bonorum alienorum, vt habe
tur in alijs lecturis.

Ibi redimendi.] Quęro an volens redi-
5 mere teneatur depoſitare † interuſuria
de præterito, An vero totius anni, in quo
eſt facta redemptio *gloſ. in l. pecuniam ff.*
ſi cert. peta. videtur velle totius anni *per*
l. qui Romæ in principio ff. de verb. oblig.
& ponit in terminis Guido Papien. deciſ.
271. incip. ſi debitor. Tamen in contra-
ctu Bullæ contrarium ſeruatur de con-
ſuetudine, quia fit depoſitio cum interu-
ſurijs pro ratà temporis prædicti vſq; ad
illum diem depoſiti, & eſt ratio, quia de-
poſito pretio exinde illud interuſuriũ de
futuro vſque ad finem anni eſſet vſura,
quæ non debetur neque peti poteſt, vt to
to titulo, extra de vſur. & procedit dictũ
gloſ. in terminis iuris ciuilis, quo iure per-
miſſa erat vſura, & cum Bulla veniat ad
excuſationem peccati, & cõſeruationem
animarum debet intelligi, ita vt ſupra, vt
peccatum excludatur.

In Bulla ibi decimam partem principa-
lis pretij nõ excedat.] Sed quid ſi fiat cõ-
6 tractus † & excedit ſummã de decem pro
centenario, & dicatur ſecundum formam
Bullæ, numquid iſta obligatio in totum
vitietur, vel in eo quod eſt ſuperfluum?
videtur quod in ſuperfluo, *vt eſt tex. in l.*
eos §. ſi quis autem C. de vſur. & l. ſi pro
pecunia in princ. & l. placuit ff. eodem tit.
Tamen his non obſtantibus contrarium
mihi videtur verius quod vitiatur in to-
tum. Nam illud quod diſponitur per Bul
lam eſt de forma, & quod ſit verum pa-
tet, & ita cõmuniter eſt receptum inter
omnes, & cõmuniter dicitur ſecundũ for
mam Bullæ, & cum de interpretatione *ll.*
quęſiti optima *ll.* interpres eſt ipſa cõſue-
tudo *l. ſi de interpretatione ff. de leg.* ideo
minimè mutanda ſunt quæ certam inter-
pretationem habuerunt *l. minime ff. eo-*
dem: cum itaque communiter dicatur ſe-
cundum formam Bullæ, ſignum eſt quod
communiter ſit receptum, & ita interpre
tamur quod diſpoſitum per Bullam ſit
de forma, ſi eſt de forma ſequitur quod
obligatio vitietur in totum, quia in ijs
quæ ſunt de forma, vtile per inutile vitia-
tur *ſecundum Bar. in l. egregia §. illud ff. de*
fideiuſſ. & communiter doct. in l. 1. §. ſed
mihi de verb. oblig. Non obſtant allegata
in contrarium quoniam olim vſuræ ge-
neraliter permiſſæ erant de iure ciuili,
ſed erat certus modus vſurarius circa
quãtitatem, in quo ſi fuerit exceſſum vi-
tiatur obligatio in ſuperfluo, & non in le
gitimo, & in hoc pondero *tex.* allegatum
cum in omnibus fiat mentio de modo
vſura-

vſurarum in ea ſumma,ſed in caſu noſtro illud quod diſponitur per Bullam,non eſt certus modus ſine prohibitione, ſed eſt receptũ,quod ſit de forma. Igitur nõ obſtat quod ſit dictum ſecundũ formã Bullæ,quia iſta proteſtatio cõtraria facto nõ releuat iuribus vulgaribus. Itẽ in ijs quę ſunt de forma, ſi id quod ago nõ valet vt ago,valet vt valere poteſt, ita quod deficiente forma corruit actus hac clauſula non obſtãte *tex.in cap.vnico,et ibi docto. & Philipp. Franc.de poſtul prælat. lib.6.* & ita extitit aliàs iudicatũ in ann.11.Ind. 1539. in curia ſpectabilis Capitanei Curiæ felicis vrbis Panhormi die 29.Maij ꝑ magnificum Henricum de Medicis,& Antonium de Inguantes V.I.D. inter no. Antonium Iacobũ Calachura ex vna, & Hieronymũ eius fratrem me aduocato,& ita ponitur etiam *per Nicol. Euera de loc. leg. in loco, vide licet lex eſt ex defectu formæ.*

Decimam partem, &c.] Vide *Alexan. in l.ſi hæres §. Itẽ ſi reipublicæ ff.ad l.fal. Bal. in l.fin. §.præterea ff. de iure doti.*

In tex.ibi pretij ſeu recepti.] Viſa Summi Pontificis diſpenſatione ſuper venditionibus † iurium cenſualium,& diligenter ponderatis eius verbis. Iuxta tenues facultates ingenij mei,videtur quod licet de iure venditor poſſit habere fidem de pretio, puta dando dilationem ad ſoluendum, & ſtatim ſit iſto modo perfecta venditio,ita quod transferatur dominium in emptorem *§.vendita, & ibi Doct. inſtit.re rer.diuiſ.*& fructus rei venditæ exinde pertineant ad emptorem, & ad ipſum ſpectent *vt l.fructus, & ibi Bald.C. de act.empt.not.in l fin.ff.de iure fiſci.* Tamen in venditionibus ſecundum Bullam videtur requiſitum per Bullam,quod pre-

7 (margin, at "tionibus")

8 tium † ſit præſens, & manualiter, quod ſatis datur intelligi, vt percipitur ex verbis ipſius ibi (principalis pretij recepti) quibus verbis vtitur Bulla duobus in locis,quod tãtundem eſt dicere quod principale pretium receptum ſit;Ita quod ſatis ex ijs percipitur, quod pretium debet eſſe pręſẽs,& manuale,& ideo ſi quis in contractu iuxta formam Bullæ totum integrum pretium cõſecutus non fuerit, ſed de eius parte dilationem dederit ad ſoluendum,ſi non ſit pactitatum quin integra iura cenſualia currant à die cõtractus, iſte contractus non eſſet ſecundum formam Bullæ,quia eius forma non eſſet formata,dico non eſſet ſeruata,& ea non ſeruata corrueret,& non eſſet licitus *l.cũ ijs §.ſi pater ff. de tranſact. cap. cum dilecta cũ ſimilibus extra de reſcript.* & ita mihi videtur ſaluo ſemper.&c. ſuper quo cogita ſi caſus acciderit,vide in terminis ad ſupradicta *Petrum de Gregorio in ſua lectura in quarto requiſito ad perficiendum contractum Bullæ.*

9 An Bulla † verificetur in ſpecie redacta ad pecuniam & ſic ad pretium, vide in alijs lecturis.vbi plene,circa quod.Aduerte quod ſi primo loco vendantur redditus,& detur res pro certo pretio,& exinde pro illo pretio, emptor promittat reſpondere tot ſecundum formam Bullæ in aliud,quia hic dantur duo contractus, vnus emptionis, & venditionis rei, alter emptionis,& venditionis redditionis redditũ,& pretiũ rei eſt conuerſum in emptionem redditũ,quod fieri poteſt *iuxta not.in l.ſingularia ff. ſi certum pet.& l. ſi ex pretio C.eodẽ tit.* vnde ſi pecunia nõ eſſet ſolutioni parata, præſumitur breui manu modo ſoluta, & pro & retrotradita.Si verò non verè,nec præſumptiuè eſſet ſolutioni parata,vt in caſu noſtro;tũc non eſt ita,ſed conſequitur ille liberationem pretij, & iſta obligatio, & liberatio eſt in cauſa obligationis ſecundi contractus venditionis reddituum *l.ſi ſponſalibus §.1.ibi (magis vt liberatio) ff.de iur. doti. & ſecundum Paulum poſt Bar.l.ſingularia. vltima col. ff.ſi certum petat.* & iſto ſecundo caſu non ipſa res conuertitur in pretium & contractum, ſed ipſum pretium per modum ſupra, vnde poſſet dici, quod quamuis res eſſet principalis vendita,tamen quia contractus venditionis eſt firmus, & annullari non poteſt, & cogerentur omnino partes ſoluere pretium conuerſum etiam ſi eſſet deceptio vltra dimidiam ſtante renunciatione,*l.2. C.de reſcinden vend.* non propterea corruet contractus Bullæ, quia hic non ipſa res, ſed pretium eſſet conuerſum in emptionem reddituum, & ſic quãtitas, quæ in veritate eſt vera, & ſufficiens,& neceſſario debeat ſolui conuentione partium, quamuis res tantum non valeret, & ita dicebam aliàs,& ideo aduertatur ſi caſus accideret,& modo habeo in facto.

10 *In tex. ibi vendendi.*] Venditio † reddituum an valeat, idem docto. in cap. in Ciuitate extra de vſur. itaque poſſet dubitari,quod licet non valeat iuxta formã Bullæ,poſſet valere de iure,cum actus valeat eo modo quo poteſt, ſed quia hodie per Bullam in Regno datur iſta forma, illa forma ſeruari debet, & ſic interu-

ſuria ſoluta tamquam vſuræ extenuabūt ſortē principalē, & vſura de iure eſt prohibita, vt patet *toto titulo extra de vſuris.*

In tex. ibi ſecuritate,&c.] Sed an poſ-
11 ſit petere creditor, vt in ſe transferatur poſſeſſio rei obligatæ, quia vēditor eſſet, quidam delapidator vel tirannus qui poſſideret,& nō ſolueret cenſum? puto quod ſic, nec Bulla iſta cōtrarium dicit, ſed ita innuit in verb. *ſecuritatem*, dic quod facit *tex. in l. quæſitum ff. de pigno. & hoc tenet dominus Blaſcus.*

In tex. ibi non ſolum contra perſonas,
12 *&c.]* Nota quod iſtam dictionē (non ſolum) fit ęquiparatio inter ipſos principales,& vēditores,& tertios detentores bonorum ſpecialiter ſubiugatorum, ſic etiā fit per dictionem (non tantum) *l.* non tantum.& ibi *Alex. in prima col. ff. de re. iud.*
13 & ideo ſicut cōtra principales † poſt decenniū proceditur per viam cedulæ virtute ritus M.R.C. ita fit cōtra iſtos tertios.

In tex. ibi ſingularium detentorum.] Adde quod cum iſti excipiant de alio inſtrumēto ęque ſollemni, ſecundū formam Bullę debet audiri *ſecundum Fely. in c. ex parte in 5. col. de reſcript. per l. æmilius §. æqualitas ff. de excuſa. tut.* vbi priuilegia-
14 tus † non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum. *Bart. in authen. quas actiones C. de ſacroſanct. Eccleſ. Decius in cap. præſentiam de prob. & in alijs lecturis plenius eſt videndum.*

In tex ibi ſingularium detentorum iurium.] In illis verbis (quamdiu) vt ergo contra iſtos procedat executio neceſſe
15 eſt, quod ſint detentores † tempore quo fit executio, quia qualitas iūcta verbo intelligitur ſecūdum tempus verbi *l. in delictis §. ſi extraneus ff. de noxal. cum concord.* maxime quia exinde ſuccedunt iſta verba (quamdiu) quæ verba ſonant vt teneantur quādiu ſint poſſeſſores,& quamdiu ſit facta executio, & renūciauerint,& ita ſeruatur, quia ſi facta executione renunciauerint poſſeſſioni, vel detētationi, non tenetur niſi pro tempore quo poſſiderunt, & ſic pro quamdiu an vt dicātur ſpecialiter obligata requiratur probatio pro tempore ſubiugationis? dicas, quod ſi in cōtractu bona ſunt expreſſata, tunc dicuntur ſpecialiter obligata, nec requiritur alia probatio, quod illo tēpore fuerit in bonis, nam ſicut inſtrumētum probat, & facit probationē etiam contra tertium, in tantū quod contra eum meretur executionē, eodem modo; immo fortius probabit quoad omnia in eo cōtenta hoc eſt illa bona fuiſſe ſubiugantis prout in contractu narratur, laudo tamen ad cautelā, quod probetur illa bona fuiſſe ſubiugantis licet dicet diſtinctè non probetur de illo tempore ſubiugationis, quia tunc etiam probatur de pręterito poſſediſſe, & tanto fortius hoc procedit, vt tollatur præſumptio doli, quod quis ſubiugauerit bona aliena, quod non præſumitur *l. men to ff. pro ſocio*,& facit quia ſubiugans habet intētionem fundatam ex ipſius facie inſtrumēti pro quo præſumitur quod ſit verū, & ſollemniter omne in eo cōtentū, & diſpoſitum allegādo ad hoc *l. cum precibus C. de probat. & doct. ibi Dec. in conſ. 101. in princ. & conſ. 36. n. 6. in l. ſciendū ff. de verb. oblig. Bal conſ. 39. 2. vol.*

In tex. ibi detentorū iurium, etc.] Quid
16 ſi eſt aliqua † res præciſè obligata, vtputa fundus vel domus,& ſic fundus diuiſus in duos,& domus in duas, an detentor vnius partis iſtius domus diuiſæ vel fundi teneatur in ſolidū? dicitur quod ſic. nam cum ſint duæ domus, vel duo fundi diuiſione facta *l. ſi quis duas §. ſi quis partem ff. communia præd. in l. qui in rem § fin. et ibi not. ff. de leg. primo*, vna quælibet pars ipſarum domorum, & fundorū reperitur obligata, & poſſeſſor partis, quæ eſt effecta, alias domus de per ſe tenebitur in ſolidum *l. 2. C. ſi vnus ex pluri. & l. maſcbis in princ. & ibi not. gloſ. & Bar. pond text. ibi dum dicit poſſeſſionem ff. de iur. fiſci, & ponitur in tract. de pign. in 8. par. in primo membro nu. 48. fol. 168.* item ſicut ipſa domus de perſe erat inſolidum obligata, ita & quælibet eius pars *l. que de tota ff. de rei. vend.*

In tex. ibi quæritur.] Numquid iſte ſin-
17 gularis † ſucceſſor ſeu detentor contra quem eſt facta executio poſſit ſoluendo cogere creditorem ad ſibi cedēdum iura contra principalem debitorem? videtur quod ſic, *per l. mulier. C. qui potio. in pign. habean.* in contrarium facit, quia ſingularis ſucceſſor vt principalis cōuenitur ita quod ſit ęquiperatio inter eos ibi dum dicitur (non ſolū &) Ergo videtur quod creditor nullam cogatur ceſſionem facere cum ſubrogetur in locum principalis *l. cum quis §. iniuriarum ff. ſi quis caut.* & ad eum videtur expectare onus luēdi de neceſſitate. Cum velit nolit cogatur ſoluere quāuis rem dimittat pro derelicto: vnde non poſſet compellere creditorem ad ſibi cedendum *ſecundum Bal. & Alex. in l. ſi res obligata ad fin. per illum text. à cōtrario ſenſu. ff. de leg. primo*,& eſt ſecundum

dum *Alex.*not.limitatio *ad dictam l.mu-*
lier vt ibi per eum, & ita credo & certe
quod fuit in M.R.C. ſententiatum in con
trariũ eſt de iure quod talis exceptio ce-
18 dendarum † admittatur *Decius in cap.ex*
parte in 5.col.de offic.deleg. & Alex.conſ.
119 in 1. vol.2 col. ſuper quo eſt facien-
da diſtinctio, aut in fideiuſſore,aut in ter
tio poſſeſſore, *vide in fine huius lectura,*
& vide Afflict. in deciſ. 343.

In tex. ibi quibus cenſualia ipſa fuerũt
ſpecialiter ſubiugata.] Declara vt paulo
inferius querendo vtrum Bulla,ſeu Regia
Pragmatica verificetur contra detinẽtes
bona, ſuper quibus cenſualia fuerunt ge-
19 neraliter† impoſita vt puta,quia in con-
tractu fuerit dictum obligãdo omnia bo-
na ſua præſẽtia,& futura *v.nota per Bar.*
in l.1.ff.de vulg.& pupill. in 3.col. ibi dũ
dicit, expreſſum tribus modis dicitur, *&*
ſentit do.Alex.ibi in 4.col. ibi quem alle-
gat,*& Ang.* non dicunt quod ſpecialiter
fieri debeatur, quod quando iura corre-
ctoria requirunt aliquid ſpecialiter fieri,
non ſufficit illud in genere *vbi Doct. Iaſ.*
in 3.col.in ver.limita quãdo lex noua,etc.
ibi dum dicit quod licet dicãt debere fie
ri expreſsè,nõ tamen dicunt debere fieri
nominatim, ex quibus dictis videtur cõ-
cludendum quod cum Bulla dicit (ſpecia
liter onerata) non verificabitur in caſu
prædicto contra detentorem prædictorũ
bonorũ,de quibus in primo exemplo ni-
ſi fuerit dictũ obligando omnia bona ſua
mobilia,& ſtabilia præſẽtia & futura,tũc
mobilia ex vna parte, ſtabilia ex altera
cenſerẽtur ſpecialiter obligata ad cenſus,
& ſic contra detentores alicuius boni ſta
bilis vel mobilis poſſit fieri executio *arg.*
not.per Bar.in l.fin.C.ſi cõtra ius vel vti-
litatem publicam,quibus adde Iaſonem in
l.15.qui in rerum §.ſi autem delegat.1 in
*1.col.*qui ponit quando debet fieri ſpeci-
ficata denunciatio,*& Bar.in l.1.in fin.ff.*
ſi quis in ius vocat.non ier. vbi concludi-
tur quod quãdo aliquid ſpecialiter requi
ritur,ſufficit quod exprimatur ſecundum
ſuam ſpeciem, non autem ſecũdum ſuam
generalitatem,& ideo dicendo omnia bo
na mobilia & ſtabilia,tũc mobilia ex vna
& ſtabilia ex altera eſſent ſpecialiter obli
gata per ſupradicta; non autem requiri-
tur quod quodlibet bonum in indiuiduo
exprimatur,& ita ſeruatur.

Qua declaratione ſtante pone quod
quis ſubiugauit,alicui domum ſuã ſitam,
&c. ad ius cenſus ſecundum formam Bul-
læ etiam omnia bona ſua mobilia & ſta-
bilia, & ille reperiatur poſſidere non do-
mum indiuidualiter,ſed vnam ex alijs,An
20 contra eum poſſit fieri executio † non fa
cta diſcuſſione de domo?Et ſic an ille poſ
ſit excipere excuſſias ſpecificam & preci-
ſam obligationẽ, & ex inde venias ad me
iux.no.in l.2 C.de pign.& Soec.conſ.198.
in 4.parte duplicatim in cõſ.174.in 4.par
te concludit quod *dicta lex 2.* non proce
dit quando agitur contra tertium poſſeſ
ſorem dominum, quia tunc non tenetur
excutere bona ſpecialiter obligata vt ibi
per eũ,& ſic quando quis vult agere con-
tra tertium poſſeſſorem dominũ pro exe
cutione Bullæ poſſit ad illũ excedere, di-
miſſo bono precisè obligato,& de verita
te iſtius dicti *per Soec.vide tract. de pign.*
in 4.mẽbro 8.partis nu.2. verſ.7.fallit ad
finem,& in 2. membro 5.partis nu.51.vſ-
que ad finem vbi plene explicat hanc ma-
teriam d. l. 2.

In tex. ibi aut alterius cuiuſuis excep-
tioni ſobiectu.] Et ſic videtur includere
21 † exceptiones ſimiles, & maiores, *vt eſt*
tex.cum gloſ. in clem 1.§. quamuis de re.
iud.Cepoll in conſ.14.in 6.col.ibi nec ob-
ſtat ſi dicatur in contrarium quod maio-
res non excluduntur *vt conclu.lit Feiyn.*
in cap.ſedes verſ. clauſula generalis in 4.
declaratione de reſcrip.et dicit Guid.c.13.
quod ſi ſtatutum prohibet in inſtrumen-
to guarantigiç omnem exceptionem do-
li, & quamcũque aliam intelligit de ſimi-
li,nõ de maiori exceptione,ſed hic ſtatu-
tũ procedit vltra, quia omnes exceptio-
nes excludit præter exceptionem ſolutio
nis,vnde nullæ aliç poterũt opponi *ſecun*
dũ Bal.in l.ita nobis.C.de adult.vide Iaſ.
in l.tranſigere C.de tranſactionibus col.4.

Et eſt aduertendum,in Regia Pragma-
tica eſt dictũ, nullo falſitatis aut alterius
cuiuſuis exceptionis obiectu impediri va
leat,vel quomodolibet differri; Et ſic sũt
ſigna vniuerſalia negãtia, & geminantia,
ſcilicet nullo cuiuſuis, & quomodolibet
præterquam exceptionem ſolutionis, vi-
dentur aliæ excluſæ quæ aliàs non intelli-
gerentur excluſæ; Et hoc propter illã ge-
minationem verborum *de quo per Euer-*
rar. in ſua Centuria in loco allocutionis
ſermonum loco fin.

In text.ibi quomodolibet differri,&c.]
22 Et iſta verba † denotant ſiue conditiona
liter ſiue realiter,ſiue perſonaliter, ſiue
directè,ſiue indirectè, per omnem proui-
ſionem, ſeu impediendi modum per not.
per gloſ. in clem. 2. de ſenten. excommun.
faciũt etiam not.per gloſ.quomodolibet in
clem.

clem.ne in maio.de ſtat. reg. eſt enim vniuerſale diſtributiuum per omnem modũ & quemcumque numerũ, *vt traditur per Socc.conſ.15.in 10.col.1.vol. Adde Cepoll. conſ.14.in 6.col.ibi nec obſtat.* vbi dicit ꝙ dictio quamuis modo tantum importat quaſcumque formas,& modos excogitabiles allegat. *Paul.conſ.287.in nomine domini,& ſuæ matris,* ita quod licet *Bar.in l.1.§.et parui* dicat,quod ſi aliæ exceptiones competunt poterit in eis iudicis officiũ implorari,tamen quia dicitur in Regia Pragmatica quomodolibet impediri valeat vel differri non audietur iudicis officium implorando per iura ſuperius allegata ſuper dictione quomodolibet.

23 An admittatur exceptio † vſurarum *vide ad materiam domi.Abb.in in cap.ſuper eo in fin.verb.de offi.deleg.per do.Alexan.in l.alia §.eleganter ff.de ſolu.matr.*

24 An admittatur exceptio † confuſionis actionũ, *vide deciſ.Guid.Pap.209.* & quid de compenſatione *ibidem* An admittatur exceptio caducitatis, *vide infra in verb. in rem ſucceſſoribus &c.*

In tex. ibi præterquam exceptionẽ realis ſolutionis, &c.] Adde quod licet qui 25 compenſat † ſoluere dicatur *l. ſi creditor ff.qui pot. in pign. habea.* & conſequenter videatur admittenda,tamen eſt aduertendũ quod dicit *Bal.in l.Iulianus ff.de condit.& demonſtr.* quod compẽſatio nõ eſt proprie exceptio ſolutionis,& ideo nõ debet admitti qa ſtatutũ debet intelligi de vera *ff. de neg.geſt.l 3.§.hæc verba l.quicquid aſtringendæ ff.de verb.oblig.*& propterea doctrina *Bal.in l.in eo §.fin.de compenſ.verſ. quid ſi ſtatutum requireret veram ſolutionem nõ admitteretur compenſatio vt ibi per eum* , tamen quicquid ſit quando ſtatutum ſimpliciter non ſine miniſterio dixit præceptor meus quicquid ſit quando ſtatutum ſimpliciter loqueretur quia dominus Sindacus *in tract.de compenſ.* tenet quam plura, contra iſtam deciſionem,quod dicitur propriè ſolutio *vide in 57.col.* vbi ſequitur etiam hoc dictum *Bal.in l. in ea.* exceptio compenſationis non eſt realis ſolutio,ergo &c.vide ad hoc *Iaſ.ſingulariter decidentẽ in conſ. 134.in 3 col.& eundem Iaſ.in l.cum quis §.ſi iura vero in 3.col.de iur.iur.et Guid. Papien. deciſ. 209.*

In tex. ibi Realis ſolutionis, &c.] Bulla iſta generaliter loquitur, & ideo adap- 26 tatur etiam ad exceptionem † ſolutionis ipſius ſortis principalis, ſi de eo apparet per publica documenta,patet quia ſi admittitur exceptio ipſorum iuriũ cenſualium,multo magis deberet admitti exceptio ſolutionis ſortis principalis per quã reſoluitur cõtractus,& ſic interuſuria ipſa non ſunt debita,præterea de forma bullæ eſt certa gratia redimẽdi , & donec nõ eſt redemptio priuilegiati contractus, ergo ſi de redemptione conſtaret per publica documenta vſura deberet admitti, cum hoc ſit ex natura Bullæ , & facta redemptione ceſſat priuilegium Bullæ: quia cum ſit ſublata obligatio principalis , ſolutione facta vt inſtit. quibus modis tolli.oblig.in princ.tollitur & eius priuilegium tamquam acceſſorium *l.cum principalis ff. de reg. iur.*

Adde quod hoc videtur poſſe procede- 27 re in ſolutione † ſponte facta,& etiam videtur contra mentẽ Bullæ & Regiæ pragmaticæ,quæ generaliter loquitur de ſolutione non diſtinguẽdo,generaliter debet intelligi de quacumque ſolutione dũmodo ſit legitimè facta,ſed ſi ſolutio eſſet facta de mãdato iudicis, & de ea conſtaret iuxta formã Bullæ ſufficeret quamuis alteri eſſet facta, nam illud quod dicitur ꝙ ſolutio facta alteri quàm creditori nõ liberat debitorẽ procedit,quando debitor ſponte ſoluit,ſecus ſi coactè iuſſu iudicis, nam bona fides non patitur quod ſemel exactũ iterũ exigatur *l. bona fides de reg. iur cap.bona fides eodẽ tit.lib.6.* quia magiſtratus habet poteſtatem ius ſtatuendi etiã iniquum,vt patet *in l.1.ff.quod quiſque iur.* & ipſe debitor neceſſe habet parere magiſtratui, *vt in aut. vt omn obed. Iud.in princ.in l.1.ff.de iuſt et iur.*& hoc in detinente, ita fuit alias per me iudicatum & habito per me colloquio cum aliquibus doctoribus ipſius cõtrariè mecũ ſenſerunt,& ad prædicta & pro eorum intelligẽtia addo *Bal.in l falſus C.de vſuris* vbi dicit quod debitor qui compellitur iuſſu magiſtratus alteri ſoluere non tenetur prius ſubire carceres , ſeu carcerari, ſed agat quicquid honeſte liquet , vt non ſoluat ſalute ſua ſalua *l. nepos proculo ff. de verb.ſignif.l. ea demũ de oper.liber.* ad quod accedit quod voluit *Paul.de Caſtr. in l.2 §. conſentiſſe ff.de iudi.* quòd nõ dicitur caute facere ille cui iubet iudex,niſi reſtituat,vt ibi per eum *vide Afflict. in deciſ.150. ibi ſecunda concluſio.*

In tex. ibi authenticis docum̃tis,&c.]
28 Adde quod licet non valeat pactũ †quod ſolutio debiti non poſſit fieri,ſeu probari niſi per inſtrumentum *ſecundũ gloſ.in §. quia vero in auth.iubemus vbi Iaſ.de iudi. in*

di. in 1. col. tamen per ſtatutum hoc fieri poteſt, ita clare cōcludit *Bal. in l. euacuatis C. de decur. lib. x. Angel. in dicta auct. in fine*, facit quia non valet argumentum de pactis ad ſtatutum negatiuè *ſecūdum Bar. in l. alia §. elegāter ff. ſolut. matr. et in auct. & omnia C. ne vxor. pro mari. ſecundum Iaſ. in auct. iubemus per l. fin. C. de fideiuſſ. & ibi communiter docto.*

Et aduerte quod ſi iudex exceptionem
29 ſolutionis † apparentis per publica documenta non admiſerit, ab iſta interlocutoria poterit appellari, quia grauamē eſſet euidens, & ſentētia eſſet euidēter iniqua, quo caſu permittitur appellare non obſtāte prohibitione oppoſitionis *gloſ. not. in cap. ex quæſt. de reſtit. ſpoliat. de quo vide Ioannē de arnono in ſuo ſoliloquio commento* 145. 21. 21. 48. *ad finem, & Alex. in l. quarta §. condemnatum ff. de re iudi.*

In tex. ibi vel alijs ſcripturis, &c.] Et
30 ſic nō poteſt ſolutio † debiti probari per teſtes, ſed an Iudex ex offitio poſſit teſtes recipere a probandum ſolutionem, *vide Ioan. Arno. in ſoliloqui.* 194.

In tex. ibi non auditur appellaos, &c.] Quæro ſi dicatur reijciantur oppoſitio-
31 nes in Bulla, an admittatur appellatio. † Et hic eſt aduertendum quod vbi ſumus in caſu in quo prohibetur appellatio, & non attenditur ad narrata in ea, ita quod etiam ſi narrentur talia quę ſi forent vera, &c. nihilominus dicta appellatio non eſt admittēda, *vt notatur per doctores in cap. paſtoralis, et in ca. vt debitus & vtrobique per Deciū de appell.* adeo quod vbi proponitur appellatio, & ex probabili cauſa, & ſum⁹ in caſu, & materia vbi prohibetur appellatio, attenditur ipſa prohibitio appellationis in pacto reiectiuo, & in Bulla ſi hoc allegetur, Iudex ad quem debet attendere ad regulam prohibitiuā & reijcere dictam appellationē, & declarare non eſſe locum appellationis, & lata tali interlocutoria ſi fuit ſupplicatum ex aduerſo quod ſubiectā materia nō admittit appellationē, ſolēt declarare fore male appellatum, & bene iudicatum nō obſtāte quod petatur terminus ad verificandum grauamina, quia talis terminus non debet concedi, quia eſto quod verificentur non poſſunt reuocari per iudicem ad quem ſtāte dicta prohibitione per quam cenſetur prohibita appellatio, & quo ad iſtum caſum, & effectum, vt in dicto cap. & ita aliàs obtinui cum eſſem aduocatus in cauſa vertente in curia primarum appellationum Ciuitatis Catinę die 11. Septembris 8. Inditionis 1545.

In tex. ibi euocationes.] An per iſtam
32 Bullam, & Regiam Pragmaticam ſit correpta † *l. 1. quando Imper.* puto non quia quod expreſsè non mutatur quare ſtare prohibetur *l. precibus in fin. C. de appell.* non obſtat dum tollit euocationes, iuriſdictiones, & aduocationes, quia intelligitur de faciendis ab homine vel à Iudice, nō autem à clauſa in corpore iuris, *vt in l. hæres abſens in princ. in verſ. primo vbi gloſ. ff. de iudi.* & ita fuit determinatum in Magna Curia.

Ibi tex. ibi ad alterius inſtantiam impetrari vel motu proprio concedi &c.] Et ſic videtur includere quemcūque volentem impedire dictam executionem & ſic
33 tertius † comparens pro ſuo intereſſe aduerſus executionem videtur excluſus, & hoc propter illud verbū alterius, &c. & ꝙ eſt generale videtur comprehendere non ſolum illū cōtra quem eſt facta executio, ſed etiam quemcūque alium, ad hoc accedunt illa verba infra exceptionibus, & illa verba (quinimò eis non obſtātibus exceptiones ipſæ ſuum debitum ſortiantur effectum) ita quod non obſtante contradictione tertij procedit exceptio, & omnia reſeruantur in meritis, ſeu in alia inſtātia, licet aliud ſit de iure niſi hoc induceretur ex ijs verbis annotatis *per Iaſ. in l. ſi vnus §. Ante omnia ff. de pact. & dom. Ioan. de Imola. in clem. 1. de reg. iur. col. 4. nu.* 163. & ita aliàs iudicaui cum eſſem iudex Curiæ ciuilis Ciuitatis Catinæ in cauſa magnifici de Aſmundo contrà de Tuſcano ix. Indictionis 1545. & ita mecū tenet dominus Henricus de Medicis V. I. D. motus per illa verba (quomodolibet) ſuprapoſita, quæ ſunt tantæ importantiæ quæ apprehendunt modum, & perſonas, quæ aliàs non comprehenderētur *Alex. in conſ. 95. n. 6. vol. 7.* aſſerens quod conſuluit praticos qui dixerunt quod ita ſeruatur, & exinde illa mea ſentētia fuit confirmata in cauſa appellationis me exiſtēte aduocato per magnificū de Cutell. & de Medico primo Decēb. 9. Indict. 1545.

Numquid Bulla ſeu Reg. Pragm. excludat tertiū comparentem pro ſuo intereſſe, videtur quod non, quia ſtatutū tollens exceptiones aduerſus inſtrumentum non comprehendit tertium *ita in ſpecie Ioan de Imol. in clem. 1. 4. col. de re iud. quod ſētit gloſ. in d. clem. 1. in verb. quaſc. Alex. conſ. 83. in 3. vol. Iaſ. in l. ſi vnus §. ante omnia ff. de pact. not. xvij.* ſed tamen contrarium eſt in Bulla quia apparet quod

Regia

Regia Prag. excludit tertiũ per multa verba. Primò, quia excludit fiſcũ comparentem, & tantũ conſtat quod veniret vt tertius; immo patet quia cum duæ ſint iudicij perſonæ principales actor & reus, ergo alius comparens ex trãſuerſo ſit dicitur. Secundò propter illa verba (quomodolibet) & cuiuſuis exceptionis obiectu, & ibi (in alia iudicij inſtantia reſeruata.) Nam qui totũ dicit nihil excludit *l. Iulianus ff. de leg. 3.* & iſta verba generalia & vniuerſalia geminata, & prægnantia, quæ plus operantur quam ſimplicia *l. baliſta, & ibi Doct. ad Trebellia.* & maxime propter illud verbũ (quomodolibet) quod denotat ſiue abſolutè, ſiue conditionaliter, ſiue directè ſiue indirectè, & omne impedimentum, eſt enim vniuerſale diſtributiuum per omnem modũ per omnẽ numerũ, & per omnẽ cauſam, qui cogitari poſſit *ſecundum Decium in conſ. 37. in princ. 1. vol.* & includit perſonam quæ alias non includeretur *ſecũdum Alex. in conſ. 201. 7. vol.* nec obſtat ſi dicatur quod eſt reſpectu illorum inter quæ præferuntur, & ſic reſpectu exceptionũ, *& conſ. Alex. cõſ.* procedit quãdo prefertur inter perſonas, quod nõ eſt hic; quoniam iſta ſolutio ſeu obiectio tollitur iunctis illis verbis infra poſitis (ad alicuius inſtãtiam) quæ dictio (alicuius) eſt nota perſonarũ quæ verba rectè coniungi poſſunt; immo veniũt confirmatiuè ad præcedentia priuilegiando executionem Bullę, nam præcedentia declarant ſubſequẽtia *l. ſi ſeruus plurium §. fin. ff. de leg. 1.* & vna pars ſcripturę declaratur per aliam *l. qui filiabus in princ. ff. de leg. 1. optimè facit tex. in l. nihil. in hac parte ibi poteſt ſuperior ſeruitio ad hunc caſum refertur ff. de coniu. cum emanci.* ita quod iunctis illis verbis reperiuntur in Bulla iſta verba *quomodolibet* impediri vel differri ad alicuius inſtantiã, & ſic dictio quomodolibet præferetur inter exceptiones, & inter perſonas, & ſic videtur Regia Prag. excludere quemcumque perſonam volentem impedire dictam executionem quia perſona alias nõ eſſet excluſa; Et ſic tertius videtur excluſus, & maxime iunctis illis verbis infra poſitis (quæ exceptionibus directè vel indirectè impedimento eſſe poſſunt;) indirectè enim impedit tertius, ergo videtur excluſus, & iũctis illis verbis (quibus nõ obſtãtibus exceptiones ipſe ſuum debitum ſortiantur effectum) cauillari igitur nõ poteſt, quin tertius admittatur in Bulla per pręmiſſa. Item etiam aduertendum eſt quod Regia Pragm. in ſua præfatione ita dicit (planè circa executiones vigore contractus huiuſmodi cenſualium faciendi, & exceptiones aduerſus quemlibet apponendas certum & determinatum modum dare volumus;) Ex quibus verbis colligitur quod intentio principis *l.* condendæ fuerit ſimpliciter prouidere aduerſus exceptiones proponẽdas quomodolibet aduerſus Bullæ contractum; nam præfatio declarat intentionem legis *l. fin. ff. de hæred. inſtitut.* ergo generaliter loquẽdo per illam generalem dictionem quomodolibet ab initio nõ reſtrictã ad certam perſonam videtur voluiſſe excludere exceptionem quamlibet opponendam à quacumque perſona, etiam à tertio comparẽte, ergo reſeruata cognitione in alia iudicij inſtantia, vt inſtruit Bulla de pretẽſis ex aduerſo debet procedere executio, & quouis modo non impediri, aliàs numquam executiones Bullæ ſortientur effectum, quia ſemper inueniretur tertius, ideo excludi debet, cum poſſit ei eſſe cautũ per cautionem de reſtituẽdo in caſu ſuccumbentiæ *ſecundum Socein. conſ. 106. in 4. vol.* cum hic proceſſerit executio contra conuentum reſpectu rei à ſe poſſeſſæ, & non ab ipſo tertio.

Adde quod per illa verba ſtatutum videtur includere omnem caſum, qui excogitari poſſit per quem fieret impedimentum Bullæ, *in quo vide Deciũ in conſ. 37. in princ. in primo not.* aliqui ſoluũt, quod hoc ſit verum, ſed reſpectu illius, contra quem fuit cauſata executio, vt aduerſus eum operẽtur iſta verba in eorum generalitatem; non autem vt comprehendant per hoc tertiũ comparere volentem pro ſuo intereſſe, & iſta reſpõſio ſtare poteſt, ſed ad verba ſuperius poſita ibi (ad alicuius inſtantiam (& aliqua ſequentia per quæ videtur excluſus quicumque volens hanc executionem impedire, &c. non videtur reſponſum, *& vide Alex. in conſ. 201. in 7. vol. & in lecturis.*

In text. ibi in rem ſucceſſoribus, &c.]
34 Doct. interpretantes Bullam diſtinguunt, & intelligunt *tex.* in ſucceſſoribus habentibus cauſam à debitore aliàs ſecus, puta ſi directus dominus recuperaſſet rem ab emphytheuta, & ſic iure proprio poſſideret, & tamẽ reperit rem emphytheu. ſubiugatam, non credunt, quod iſte directus dominus poſſit conueniri, vt tertius poſſeſſor cum nullam habeat cauſam ab emphytheotico, & reſoluto iure emphytheotico reſoluitur ius ſui creditoris *l. lex vectigal.*

etigal. Cum ſimil ff. de pign. & ſic ſtantibus his dictis doct. aduerſus executionem admitteretur exceptio caducitatis, quod eſt contra verba Bullæ,& eius mentem,& ideo nõ eſſet ponere os in cælum, & eſſet obſeruare verba Bullæ ſi ita ſeruaretur in meritis,ita quod prima facie ſoluant,& repetant;nã ſi de facto fuerit executio cauſata verificatis extremis nullo falſitatis nullitatis , aut alterius cuiuſuis exceptionis obiectu impediri valeat,quomodolibet, vel differri, præterquã realis ſolutionis,per quæ verba videntur excluſæ exceptiones,quæ alias nõ eſſent excluſæ,ſunt enim hæc duo ſigna vniuerſalia, & ſic eſt vniuerſale genitiuum geminatũ, & tamen ſtantibus prædictis impeditur executio ſtante exceptione caducitatis obiectu,quia verba Bullæ non patiuntur, & ideo ſi caſus acciderit aduerte.

Et ad iſtam materiam adde quod cre-
35 ditor † qui exercet executionem contra alterũ ex correis tenetur eidem contra aliũ iura cedere *l. ſi tibi C. de duobus reis,& l. modeſtinus, & ibi Bar. ff. de ſolutio.* quod procedit etiam reſpectu realis obligationis *l. 1. et l. Cum aliter ff. de fide.* qui licet loquantur in pluribus fideiuſſoribus, procedunt tamen in pluribus correis,quia ad inuicem vnus pro altero videtur fideiubere *l. vir. vxori. cum ibi not. ff. ad Velleia. probatur in l. reos in princ. ff. de duobus reis,et vide dictã l. vir. & vxori,et l. modeſtinus,& per Salic. in d. l.* 1. ita quod in cauſ. prędicto obſtat exceptio cedendarũ actionũ,niſi forte dicatur, quod creditor iura cedere non tenetur,de quo vide ſupra in verbo detentorum.

FERDINANDI BONGIORNI
I. C. PRAESTANTISSIMI
MAGNAE REG. CVR. REGNI SICILIAE
Fiſci patroni Regijque Conſiliarij.

AD BVLLAM APOSTOLICAM
Nicolai V. & Regiæ Pragmaticæ Alphonſi de Cenſibus.

ANNOTATIONES.

SVMMARIVM.

1 *Contractus Bullæ an ſit licitus.*
2 *Cenſus an ſit ſeruitus.*
3 *Cenſus debet conſtitui ſuper vno prædio in ſpecie.*
4 *Contractus cenſualis initus ante pragmaticam an habeat executionem contra tertium.*
5 *Iudex eccleſiaſticus et ſecularis cognoſcit an contractus cenſualis ſit vſurarius.*
6 *Subiugatarius poteſt cedere ius redimendi,& nu. 10. 11.*
7 *Cenſus annui an connumeretur inter immobilia.*
8 *Cenſus annuus nõ alienatur ſine decreto.*
9 *Creditor cenſus quando teneatur cedere iura,& num. 23.*
12 *Scriptura requiritur in contractu iuxta formam Bullæ.*
13 *Cenſus conſtituitur ſuper iure pedagij vel collectis.*
14 *Cenſus ſi excedat decimam an reducatur ad ipſam.*
15 *Emptor debet ſoluere expenſas, ſi contractus fiat ad decem pro centenario amplia num. 16.*
17 *Decretum quando requiratur remiſſiuè.*
18 *Res communis quando ſubiugari poſſit.*
19 *Creditor quando mutatis confinibus poſſit petere eorum renouationem.*
20 *Subiugatio debet conſtitui ſuper re certa & non in genere.*
21 *Cenſus an conſtituatur in datione in ſolutum.*
22 *Subiugatarius ſubiugans ſecundus aget contra primum.*
24 *Cenſus non poteſt excedere decimam par-*

tem principalis recepti.

25 *Solutio capitalis qualiter probetur.*

26 *Exceptio quod actio ſit extincta an admittatur in Bulla.*

27 *Exceptio ſimulationis an admittatur.*

28 *Tertius detentor an poſſit conueniri via executiua, & ibi an pro tempore quo non poſſedit num. 29.*

30 *Pragmatica eſt contra ius commune.*

31 *Specialiter verbum in Bulla quid operetur, & num. 37.*

32 *Bona prohibita alienari an poſſint ſubiugari.*

33 *Exceptio compenſationis non admittitur in Bulla.*

34 *Solutio confeſſata non admittitur in bulla, & num. 36.*

37 *Exceptiones ſimiles reali ſolutioni nõ admittuntur & nu. ſeq.*

38 *Publica documenta quæ dicantur.*

39 *Exceptio ſolutionis probata per ſcripturas ſubiugatarij non admittitur.*

40 *Solutio trium annorum antecedentiũ admittitur in Bulla.*

41 *Nullitas defectu perſonæ admittitur.*

42 *Exceptio poſſeſſionis iure familiaritatis admittitur in Bulla, vbi multa in materia.*

43 *Poſſeſſorium an detur in iuribus cenſualibus iuxta formam Bullæ.*

44 *Præſcriptio an habeat locum in cenſu.*

45 *Statutum quod debitor cenſus iuxta formam Bullæ, et eius bones tamquã agricolæ non poſſunt moleſtari non obſtante hac pragmatica valet.*

1 AD cõtractum Bullæ † quod ſit licitus *Bald. l. 1. §. de his quæ pœna nom. col 8. verſ. & hoc facit ad quæſtionem in cap. 1. col. fin. ſi de feud. fuer. contro. multas quotas in quæſt. refert Bertan. cõſ. 88. puto quod annuus 3. volum colum. 1.* vbi ait quod ſunt exceſſiuè quando ſunt ad nouem pro centenario, *& refert Imol. in ciuitate* dicentem quod fidelibus conſulendum eſt vt abſtineant, & *Bal. in cap. 1. de iur. iuran.* ait quod ſunt periculosè *vide Ripam reſpon. lib. 1. cap. 19.* & ſi fierent promiſſiones ſimpliciter ad decem pro centenario pro intereſſe non valerent. *Alex. conſ. 61. num. 6. vol. 6.* & quod ſit licitus ſub certa limitatione *Ancb. conſil. 30.* & quod propter conſuetudinem ſit licitus *Bertrand. conſ. 5. prima par. habes duas extrauag. de empt. & vend. Abb. & alios in cap. in ciuitate de vſur.* de hoc contractu ſcripſit *Felin. Molign. in primo thomo. vol. tractat. fol. 6. & Giul. Boni. in 5. vol.* concludentes eſſe licitum *ſumma Silueſtr. verſ. vſurarij q. 12.* & aduerte quod *extrauag. regiminis* taxant ad 14. pro cẽtenario, *Rip. d. conſ.* meminit de legato ad 7. pro centenario, & concludit quod valeat cum certis limitationibus in effectu, *Anchar. d. conſ. 30. de. m. poſt Alber. quem refert conſil. 123. Paul. conſ. videtur determinari in antiquis Roman. conſ. 302. Paul. conſil. 289. prima par. Alexan. conſ, 18. col. 1. in 5. Bal. cap. 1. colum. fin ſi de feud. inter vaſſal. diſſe. fue.* vbi ait quod cautela eſt, quod capitale detur pro emẽdo prædia, nec refert, quod ille non emit, ſed in Regno dantur ſuper prædij[illegible] an ſit ſeruitus † *Caſſ. in conſue-*
2 *tud. Burgund. tit. deſcent. §. 6. & eundem Caſſ. c[illegible]. 63.* vbi quod eſt licitus quando inſol[illegible]m datur ob debitum ex cauſa mutui in totũ, vel pro maiori parte *Caſſ. rubr. 4. §. 29. verſ. nono pro limitatione nu. 33. fol. 194. Pariſ. conſ. 73. num. 19. & 30. in 4. volum.* vbi loquitur de hac Bulla quam allegat, & appel[illegible]at extrauag. *Caſſ. rub. 11. §. 6. car. m[illegible] 360.* vbi quod ſub-
3 iug[illegible]io debet eſſe ſpecialis, † nec eſſe licita ſola generalis ſuper omnibus bonis, & ibi an ſit ſeruitus, *& d. conſ. 63. an valeat dicit Tiraquel. de retract. proxi. §. 1. gloſ. 6. nu. 15.* qua tranſacta in rem iudicatam eſt vt valeat, quod autem dixi *ex Ripa* ad 14. pro cẽtenario errat *Ripa* in intellectu illius *extrauag.* vt nunc ſcribo
4 *conſ. 1. 4. vol. allod.* contractus † autem inhitus ante Bullam hanc, ſeu Pragmaticam an habeat executionem paratam contra tertium, *vide lib. 4. do. Ioan. Aloyſ. de Septimo, fol. 247. conſ. 41. & dominus 31, diſtinct. Soccin. conſ. 106. col. 2. in fin.*
5 *& 2. in princ. lib. 4.* & Iudex † eccleſiaſticus, & etiam ſæcularis cognoſcunt an hic contractus ſit vſurarius *ſecundum Caſſ. conſ. 63. num. 18.* & quod ſubiugata-
6 rius † poſſit cedere hoc ius affrancandi, *vide d. m. conſ 164. in fin.*

In tex. annualium cenſualium.] Iſta † cõnumerantur inter mobilia *Abb. in l. poteſt pupillus de autho. tut.* de quo tamen an habeat in his vide, & conſidera verba *Abb. c. nimis praua de exceſſ. prælat. Alex. l. mouentiũ ff. de verb. ſignif. Afflict. tract. de iure prothomiſeus in princ. conſt. lib. 3. car. 4.* & videntur cẽ[illegible]eri perpetui, cum ſit incertus finis *l. ſufficit de cond. indeb.* & ſic competit interdictum vnde vi, & alia

recupe-

recuperandæ,& retinēdę in pecunia mon
tis Florentię tradit Roman.conſ.159.poſt
princ.nu.2.quia ex ea percipitur annuus
redditus allegat. clem.exiui.de verb.ſign.
ex quo infert quod nō poteſt alienari er-
go,& annuus cenſus ſecundum Bullā non
alienabitur ſine decreto,& alijs requiſitis
in alienatione immobiliū minoris ad Fa
bius de Mon. tract.de empt. & vendit.in
vlt.par.3.q.princ In rubr. de ſollemn. in
in alien.rer.min.nu.96.fol.147.ibi nec vti
le dominiū, vel vſufructus, vel iura quo-
modocumque redditum, Adde Roll.conſ.
54. lib. 2. & ita vidi fieri multa decreta,
& ego ſeruaui tutorio nomine Baronis
Solāti,& Caſtri ad mare,& dicit Ang. in
l.1. §. cum prædium C. de pign. quod in-
corporalia ęquiparantur ſtabilibus, adde
Francum cap.2.col.1. in fin.col.2. de reb.
eccleſ.non alien. in 6. vbi diſtinguit an ad
longum,vel modicum tempus,Bar. Alex.
Iaſ. in l. ſciendum in princip.qui ſatiſdar.
cog. vide Iſer.cap.1. col.2. in fin. de feud.
march.vbi videtur cōtrarium Roan conſ.
302. in fin. Tiraquell.§.1.gloſ.6. à princ.
vſque ad nu.15. & §.32.gloſ.1. nu.78.
In tex.gratia redimendi.] In hac ven-
ditione non cedentur iura ſubiugatarij,
9 aut ceſſa † operantur tantum liberatio-
nē,Salic.l.1.q.21.C.de act.& oblig.Ruin.
conſ.17.nu.8.lib.4.quòd facit vt ſubiuga-
10 tarius† non teneatur cedere ceſſionario,
quod ſufficiat offerre compēſare, Molin.
de vſur.q.43. num.325. quod poſſit cedi
11 hoc ius † redimendi d. m.Dec. conſ.164.
non fuiſſet, in fin. quod teneatur cedere,
etiam remanente cōtractu, & exigat an-
nuos cenſus, Molin. quæſt.46. & ex hoc
dum dicunt (inſtrumento) ſequitur quod
12 requiritur ſcriptura† ad idem Alex.conſ.
38.col.2.lib.7. allegat etiam,quod de ſo-
lutione dicitur infra iuncto cōſ.Anch.350
Dec.cap.11, lect.11. de conſtit. ſed differt
an debeant cedi iura, Molin.q.46.
13 In tex. iuribus.] † vt percipiendi paſ-
ſagium,& collectas,Tiraq.de retract.§.1.
gloſ.7. num.34. car. 34.
In text. generaliter.] Caſſ. conſuetud.
Burg.§.6. fol 360. ibi bona.
14 In tex.decima.] Si contractus fiat † ad
plus reducitur ad hāc ſummam, Bal.cap.
1.col.fin.de iur.iur. pro quo tex.cap.pecu-
niæ funebris ff de vſur. quando eſt ad de-
cem pro cētenario expēſas debet ſ lucre
15 emptor † alias eſt ad plus de decem, & ſi
ad plus eſt illicitus ſecūdum Caſſ.conſ.63.
num.3.& 17.vbi plus dicunt quod etiam
ſi in decem pro centenario, tamen vltra
quod conſuetum ſit,cōtractus ſit illicitus
16 † quæ non bene concordant cum dicto
Bal.in d.cap. 1.quem non allegat,requiri-
17 tur decretum † ſecundum communem
Molin.q.37.nu.273.vide tamen cum ibi
18 In tex.ſuis.] Quid ſi habeat † partem
pro indiuiſo,vide Salic.in l.vnica C.ſi res
com. pign. Paul. in l. Iulianus §. idem
Celſus de Actio. empt.
In tex. immobilia.] Quia ſuper bonis
vt poſſit contra tertios,videtur quod mu
19 tatis † confinibus rerum poſſit petere re-
nouationem inſtrumenti per id quod in
emphytheota tradit Alex.l.ſi finita §.ele
ganter de dam.infect.et dicit Caſſ. cōſ.63.
in 1.quæſito nu.1.& ſeq.quod debet fieri
20 † ſuper rebus certis, aliàs ſi ſuper incer-
tis,& per generalitatem eſt vſurarius.
In tex.vendere.] Habet locum in da-
21 tione † in ſolutum vltra verbū contrahe
re huius text.d.m.Dec.conſ.586. in cauſa
quæ Mantuæ n.7.vſque ad decimū Pari-
22 ſius conſ.75.lib.4.ſi ſubiugat † ſubiugata-
rius,ſecūdus ſubiugatarius aget vtili con
tra primum ſubiugantem Aret.conſ.124.
& 125. & inde ceſſionarius detentor de-
bet agere contra alios poſſeſſores detra-
cta ſua rata,vide Capic.deciſ.51. nu.8. &
23 quod detentori † ſint cedenda iura con-
tra fideiuſſores, non e contra auth. hoc ſi
debitor §. ſed neque res C.de fid. Bellon.
conſ.44.colum. fin.
24 In tex.decimam.] Sic permittuntur †
vſuræ per conſt. vſuratiorum,vide gloſ ſi.
auth.perpetua C.de Sacroſa.Eccleſ.vbi po-
ſui,et Tiraq.et quæ dixi cōſ.1. lib.4.allod.
25 In tex.pretij.] De hac ſolutione † debet
cōſtare,aliàs poteſt opponi exceptio pre-
tij non ſoluti, & videtur ſufficere negare
etiā ſi inſtrumento cōfiteatur ſibi ſolutū
ita videtur tenere Caſſ cōſ.63.in 2.dubio,
vide Pariſ.cōſ.75.lib.4.Decius 421.col.2,
In tex.exceptionis obiectu.] An admit
26 tatur quod actio† ſit ipſo iure ſublata? vi
detur quod ſic Iaſ.cōſ.7.col.2. & loquitur
quando reſolutum eſt dominium ſubiu-
gantis, & ibi erat excepta exceptio ſolu-
tionis, in cōtrarium facit quod exceptio
ſolutionis eſt talis, Socc. rubr.& l.11. de
except. Iaſ. l. qui ſe debere de condict. ob
cauſ.colum.3.& quæ ait Bened. Bart.1.q.
3.p.per d.m.Dec. conſ 317. iunct. Deciſio
Geminia. in cap.qui ad agendum poſt lap-
ſum,ibi, do.m.in l.1. de reg.iur. Alexand.
qui ait communem in l.fin.quod quiſque
27 iuris. Non poteſt opponi exceptio † ſi-
mulationis Innoc. cap.eum contingat nu.
77. de iur.iur. ſed magis dubitabilis erat

2 *Ibi eorum.*] Et genitiuus † eorum de-
notat dominiũ, *l. ſeruum titij in princ. ff.*
mand. l. ſi ſeruus plurium ff. de leg. 1. l. 2. in
princ. cap. ff. de relig. et ſumpt. funer. et not.
per Bar. doct. in rub. ff. de nou. oper. nũtia.
gl. in c. 1. in verſ. tertiã partẽ, & ibi cano-
niſtæ de poſtul. præla. et gloſ. in l. fin. in ver
bo fuerũt C. de edictio. diui Adria. toll. &
de natura iſtius verbi, *vide Angel. inſtit.*

Ibi inſtrumẽto gratiæ.] Quæritur num
3 quid contractus † iuxta formã Bullæ de
ſui eſſentia requirat ſcripturã? videtur ꝙ
nõ, quia iſte cõtractus Bullæ eſt emptio-
nis, & venditionis iurium cenſualium, &
certum eſt quod in contractu emptionis,
& venditionis iurium non requiritur de
ſui eſſentia ſcriptura, licet in ſcriptis poſ-
ſit celebrari, *vt inſtit. de empt. & vend. §.*
1. & 2. In contrariũ tamen videtur, qui-
nimò de ſui eſſentia requiratur ſcriptu-
ra, ſeu inſtrumentum, vt patet, & datur
intelligi ex verbis ipſius Bullæ, & Regiæ
pragmaticæ? ibi inſtrumento gratię re-
dimendi mediante, quod in ea reperitur
in duobus locis, vnde cum requiratur in-
ſtrumẽtum, certũ eſt quod debet in ſcrip
tis celebrari; & pondera quod hic poni-
tur in ablatiuis abſolutis, quæ reſoluun-
tur in vim conditionis *l. à teſtatore ff. de*
cond. & demonſtrat. & conditiones de-
bẽt adimpleri in forma ſpecifica *l. qui hæ*
redi. & l. meuius ff. de cond. & demonſtra.
& per conſequens ſcriptura, ſeu inſtru-
mentum debet eſſe de forma, quia vbi
ponitur aliquid conditionaliter, illud di-
citur eſſe de forma ſecundum *Bal. in au-*
then. vt matri & auiæ col. 1. ibi (quidam
tamen dicunt) C. quãdo mulier tut. Offit.
fungi. & ſequitur Felyn. in cap. cum dile-
cta 7. col. in verbo ſecũdum ſignum. extra
de reſcrip. Iaſ. in l. Gallus §. 1. de liber. po-
ſthum. & hanc põderationẽ, vide *per Iaſ.*
in l. 1. in 10. col. & gloſ. in verbo ſcriptu-
ra, C. de iure emphyt. & ibi etiam eſt alia
ratio, quæ poteſt adaptari ad caſum nõ-
ſtrum, quia contractus iſte extenditur in
perpetuum, donec fiat redemptio, vnde
infertur, quod ſi iſta venditio iurium cen
ſualium fiat ſine inſtrumẽto gratię redi-
mendi, tamquam facta non ſeruata for-
ma Bullæ erit nulla *cap. cum dilecta de*
reſcript. & cap. piſanis de reſtit. ſpoliato.
& l. cum hi §. ſi prætor ff. de tranſact. &
traditur per Felyn. in d. cap. dilecta verſ.
ſi ita contra formam.

Ibi facultatibus ſuis.] Et ſic non valet
4 obligatio † bonorum alienorum, vt habe
tur in alijs lecturis.

Ibi redimendi.] Quęro an volens redi-
5 mere teneatur depoſitare † interuſuria
de præterito, An vero totius anni, in quo
eſt facta redemptio, *gloſ. in l. pecuniam ff.*
ſi cert. peta. videtur velle totius anni *per*
l. qui Romæ in principio ff. de verb. oblig.
& ponit in terminis Guido Papien. deciſ.
271. incip. ſi debitor. Tamen in contra-
ctu Bullæ contrarium ſeruatur de con-
ſuetudine, quia fit depoſitio cum interu-
ſurijs pro ratã temporis prædicti vſq; ad
illum diem depoſiti, & eſt ratio, quia de-
poſito pretio exinde illud interuſuriũ de
futuro vſque ad finem anni eſſet vſura,
quæ non debetur neque peti poteſt, vt to
to titulo, extra de vſur. & procedit dictũ
gloſ. in terminis iuris ciuilis, quo iure per-
miſſa erat vſura, & cum Bulla veniat ad
excuſationem peccati, & cõſeruationem
animarum debet intelligi, ita vt ſupra; vt
peccatum excludatur.

In Bulla ibi decimam partem principa-
lis pretij nõ excedat.] Sed quid ſi fiat cõ-
6 tractus † & excedit ſummã de decem pro
centenario, & dicatur ſecundum formam
Bullæ, numquid iſta obligatio in totum
vitietur, vel in eo quod eſt ſuperfluum?
videtur quod in ſuperfluo, *vt eſt tex. in l.*
eos §. ſi quis autem C. de vſur. & l. ſi pro
pecunia in princ. & l. placuit ff. eodem tit.
Tamen his non obſtantibus contrarium
mihi videtur verius quod vitiatur in to-
tum. Nam illud quod diſponitur per Bul
lam eſt de forma, & quod ſit verum pa-
tet, & ita cõmuniter eſt receptum inter
omnes, & cõmuniter dicitur ſecundũ for
mam Bullæ, & cum de interpretatione *ll.*
quęſiti optima *ll.* interpres eſt ipſa cõſue-
tudo *l. ſi de interpretatione ff. de leg.* ideo
minimè mutanda ſunt quæ certam inter-
pretationem habuerunt *l. minime ff. eo-*
dem: cum itaque communiter dicatur ſe-
cundum formam Bullæ, ſignum eſt quod
communiter ſit receptum, & ita interpre
tamur quod diſpoſitum per Bullam ſit
de forma, ſi eſt de forma ſequitur quod
obligatio vitietur in totum, quia in ijs
quæ ſunt de forma, vtile per inutile vitia-
tur *ſecundum Bar. in l. gregæ §. illud ff. de*
fideiuſſ. & communiter doct. in l. 1. §. ſed
mihi de verb. oblig. Non obſtant allegata
in contrarium quoniam olim vſuræ ge-
neraliter permiſſæ erant de iure ciuili,
ſed erat certus modus vſurarius circa
quãtitatem, in quo ſi fuerit exceſſum vi-
tiatur obligatio in ſuperfluo, & non in le
gitimo, & in hoc pondero *tex.* allegatum
cum in omnibus fiat mentio de modo

vſurarum in ea ſumma,ſed in caſu noſtro
illud quod diſponitur per Bullam,non eſt
certus modus ſine prohibitione, ſed eſt
receptũ,quod ſit de forma. Igitur nõ ob-
ſtat quod ſit dictum ſecundũ formã Bul-
læ,quia iſta proteſtatio cõtraria facto nõ
releuat iuribus vulgaribus. Itẽ in ijs quę
ſunt de forma, ſi id quod ago nõ valet vt
ago,valet vt valere poteſt, ita quod defi-
ciente forma corruit actus hac clauſula,
non obſtãte *tex.in cap.vnico,et ibi docto. & Philipp. Franc.de poſtul pralat. lib.6.*
& ita extitit alias iudicatũ in ann. 11.Ind.
1539. in curia ſpectabilis Capitanei Cu-
riæ felicis vrbis Panhormi die 29.Maij p
magnificum Henricum de Medicis,& An
tonium de Inguantes V.I.D. inter no. An
tonium Iacobũ Calachura ex vna, & Hie
ronymũ eius fratrem me aduocato,& ita
ponitur etiam *per Nicol. Euera de loc. leg. in loco, vide licet lex eſt ex defectu forma.*

Decimam partem, &c.] Vide *Alexan. in l.ſi hares §. Itẽ ſi reipublica ff.ad l.fal. Bal. in l. fin. §. praterea ff. de iure doti.*

In tex.ibi pretij ſeu recepti.]Viſa Sum-
mi Pontificis diſpenſatione ſuper vendi-
7 tionibus † iurium cenſualium,& diligen-
ter ponderatis eius verbis. Iuxta tenues
facultates ingenij mei,videtur quod licet
de iure venditor poſſit habere fidem de
pretio, puta dando dilationem ad ſoluen
dum, & ſtatim ſit iſto modo perfecta ven
ditio,ita quod transferatur dominium
in emptorem *§.vendita, & ibi Doct. inſtit.de rer.diuiſ.*& fructus rei venditæ ex-
inde pertineant ad emptorem, & ad ip-
ſum ſpectent *vt l.fructus, & ibi Bald.C. de act.empt.not.in l fin.ff.de iure fiſci.*Ta-
men in venditionibus ſecundum Bullam
videtur requiſitum per Bullam,quod pre
8 tium † ſit præſens, & manualiter, quod
ſatis datur intelligi, vt percipitur ex ver-
bis ipſius ibi (principalis pretij recepti)
quibus verbis vtitur Bulla duobus in lo-
cis,quod tãtundem eſt dicere quod prin-
cipale pretium receptum ſit;Ita quod ſa-
tis ex ijs percipitur, quod pretium de-
bet eſſe prẽsẽs,& manuale,& ideo ſi quis
in contractu iuxta formam Bullæ totum
integrum pretium cõſecutus non fuerit,
ſed de eius parte dilationem dederit ad
ſoluendum,ſi non ſit pactitatum quin in-
tegra iura cenſualia currant à die cõtra-
ctus, iſte contractus non eſſet ſecundum
formam Bullæ,quia eius forma non eſſet
formata,dico non eſſet ſeruata,& ea non
ſeruata corrueret,& non eſſet licitus *l.cũ ijs §.ſi pater ff. de tranſact. cap. cum dilecta cũ ſimilibus extra de reſcript.* & ita
mihi videtur ſaluo ſemper.&c. ſuper quo
cogita ſi caſus acciderit,vide in terminis
ad ſupradicta *Petrum de Gregorio in ſua lectura in quarto requiſito ad perficiendum contractum Bulla.*

9 An Bulla † verificetur in ſpecie reda-
cta ad pecuniam & ſic ad pretium, vide
in alijs lecturis.vbi plene,circa quod.Ad-
uerte quod ſi primo loco vendantur red
ditus,& detur res pro certo pretio,& ex-
inde pro illo pretio, emptor promittat
reſpondere tot ſecundum formam Bullæ
in aliud,quia hic dantur duo contractus,
vnus emptionis, & venditionis rei, alter
emptionis,& venditionis redditionis red-
dituum,& pretiũ rei eſt conuerſum in em
ptionem reddituũ,quod fieri poteſt *iuxta not.in l.ſingularia ff. ſi certum pet.& l. ſi ex pretio C.eodẽ tit.* vnde ſi pecunia nõ
eſſet ſolutioni parata, præſumitur breui
manu modo ſoluta, & pro & retrotradi-
ta.Si verò non verè,nec præſumptiuè eſ-
ſet ſolutioni parata,vt in caſu noſtro;tũc
non eſt ita,ſed conſequitur ille liberatio-
nem pretij, & iſta obligatio, & liberatio
eſt in cauſa obligationis ſecundi contra-
ctus venditionis reddituum *l. ſi ſponſalibus §.1.ibi (magis vt liberatio) ff.de iur. doti. & ſecundum Paulum poſt Bar.l.ſingularia. vltima col. ff. ſi certum petat.* &
iſto ſecundo caſu non ipſa res conuerti-
tur in pretium & contractum, ſed ipſum
pretium per modum ſupra, vnde poſſet
dici, quod quamuis res eſſet principalis
vendita,tamen quia contractus venditio
nis eſt firmus, & annullari non poteſt, &
cogerentur omnino partes ſoluere pre-
tium conuerſum etiam ſi eſſet deceptio
vltra dimidiam ſtante renunciatione,*l.2. C.de reſcinden vend.* non proptereà cor-
ruet contractus Bullæ, quia hic non ipſa
res, ſed pretium eſſet conuerſum in em-
ptionem reddituum, & ſic quãtitas, quæ
in veritate eſt vera, & ſufficiens,& neceſ-
ſario debeat ſolui conuentione partium,
quamuis res tantum non valeret, & ita
dicebam alias,& ideo aduertatur ſi caſus
acciderent,& modo habeo in facto.

10 *In tex. ibi vendendi.*] Venditio † red-
dituum an valeat, idem docto. in cap. in
Ciuitate extra de vſur. itaque poſſet du-
bitari,quod licet non valeat iuxta formã
Bullæ,poſſet valere de iure,cum actus va
leat eo modo quo poteſt, ſed quia hodie
per Bullam in Regno datur iſta forma,
illa forma ſeruari debet, & ſic interu-

ſuria ſoluta tamquam vſuræ extenuabũt
ſortẽ principalẽ, & vſura de iure eſt pro-
hibita, vt patet *toto tituloextra de vſuris.*
In tex. ibi ſecuritate, &c.] Sed an poſ-
11 ſit petere creditor, vt in ſe transferatur
poſſeſſio rei obligatæ, quia vẽditor eſſet,
quidam delapidator vel tirannus qui poſ
ſideret, & nõ ſolueret cenſum? puto quod
ſic, nec Bulla iſta cõtrarium dicit, ſed ita
innuit in verb. *ſecuritatem*, dic quod facit
tex. in l. quæſitum ff. de pigno. & hoc tenet
dominus Blaſeus.
In tex. ibi non ſolum contra perſonas,
12 *&c.*] Nota quod iſtam dictionẽ (non ſo-
lum) fit ęquiparatio inter ipſos principa
les, & vẽditores, & tertios detentores bo-
norum ſpecialiter ſubiugatorum, ſic etiã
fit per dictionem (non tantum) *l.* non tan
tum. & ibi *Alex. in prima col. ff. de re. iud.*
13 & ideo ſicut cõtra principales † poſt de-
cenniũ proceditur per viam cedulæ virtu
te ritus M.R.C. ita fit cõtra iſtos tertios.
In tex. ibi ſingularium detentorum.]
Adde quod cum iſti excipiant de alio in-
ſtrumẽto ęque ſollemni, ſecundũ formam
Bullę debet audiri *ſecundum Fely in c. ex*
parte in 5. col. de reſcript per l. æmilius §.
æqualitas ff. de excuſa. tut. vbi priuilegia-
14 tus † non vtitur priuilegio contra pari-
ter priuilegiatum. *Bart. in authen. quas*
actiones C. de ſacroſanct. Eccleſ. Decius in
cap. præſentiam de prob. & in alijs lectu-
ris plenius eſt videndum.
In tex ibi ſingularium detentorum iu-
rium.] In illis verbis (quamdiu) vt ergo
contra iſtos procedat executio neceſſe
15 eſt, quod ſint detentores † tempore quo
fit executio, quia qualitas iũcta verbo in-
telligitur ſecũdum tempus verbi *l. in de-*
lictis §. ſi extraneus ff. de noxal. cum con-
cord. maxime quia exinde ſuccedunt iſta
verba (quamdiu) quæ verba ſonant vt te-
neantur quãdiu ſint poſſeſſores, & quam-
diu ſit facta executio, & renũciauerint, &
ita ſeruatur, quia ſi facta executione re-
nunciauerint poſſeſſioni, vel detẽtationi,
non tenetur niſi pro tempore quo poſſi-
derunt, & ſic pro quamdiu an vt dicãtur
ſpecialiter obligata requiratur probatio
pro tempore ſubiugationis? dicas, quod
ſi in cõtractu bona ſunt expreſſata, tunc
dicuntur ſpecialiter obligata, nec requi-
ritur alia probatio, quod illo tẽpore fue-
rit in bonis, nam ſicut inſtrumẽtum pro-
bat, & facit probationẽ etiam contra ter
tium, in tantũ quod contra eum meretur
executionẽ, eodem modo; immo fortius
probabit quoad omnia in eo cõtenta hoc
eſt illa bona fuiſſe ſubiugantis prout in
contractu narratur, laudo tamen ad cau-
telã, quod probetur illa bona fuiſſe ſubiu
gantis licet dicet diſtinctè non probetur
de illo tempore ſubiugationis, quia tunc
etiam probatur de pręterito poſſediſſe,
& tanto fortius hoc procedit, vt tollatur
præſumptio doli, quod quis ſubiugauerit
bona aliena, quod non præſumitur *l. men*
to ff. pro ſocio, & facit quia ſubiugans ha-
bet intẽtionem fundatam ex ipſius facie
inſtrumẽti pro quo præſumitur quod ſit
verũ, & ſollemniter omne in eo cõtentũ,
& diſpoſitum allegãdo ad hoc *l. cum pre-*
cibus C. de probat. & doct. ibi Dec. in conſ.
101. *in princ. & conſ. 36. n. 6. in l. ſcienãũ*
ff. de verb. oblig. Bal conſ. 39. 2. vol.
In tex. ibi detentorũ iurium, etc.] Quid
16 ſi eſt aliqua † res præciſè obligata, vt pu-
ta fundus vel domus, & ſic fundus diuiſus
in duos, & domus in duas, an detentor v-
nius partis iſtius domus diuiſæ vel fundi
teneatur in ſolidũ? dicitur quod ſic. nam
cum ſint duæ domus, vel duo fundi diui-
ſione facta *l. ſi quis duas §. ſi quis partem*
ff. communia præd. in l. qui in rem § fin. et
ibi not ff. de leg. primo, vna quælibet pars
ipſarum domorum, & fundorũ reperitur
obligata, & poſſeſſor partis, quæ eſt effe-
cta, aliàs domus de per ſe tenebitur in ſo
lidum *l. 2. C. ſi vnus ex pluri. & l. moſchis*
in princ. & ibi not. gloſ. & Bar. pond text.
ibi dum dicit poſſeſſionem ff. de iur. fiſci, &
ponitur in tract. de pign. in 8. par. in pri-
mo membro nu. 48. fol. 168. item ſicut ip-
ſa domus de perſe erat inſolidum obliga
ta, ita & quælibet eius pars *l. que de tota*
ff. de rei. vend.
In tex. ibi quæritur.] Numquid iſte ſin
17 gularis † ſucceſſor ſeu detentor contra
quem eſt facta executio poſſit ſoluendo
cogere creditorem ad ſibi cedẽdum iura
contra principalem debitorem? videtur
quod ſic, *per l. mulier. C. qui potio. in pign.*
habean. in contrarium facit, quia ſingula-
ris ſucceſſor vt principalis cõuenitur ita
quod fit ęquiperatio inter eos ibi dum
dicitur (non ſolũ &) Ergo videtur quod
creditor nullam cogatur ceſſionem face-
re cum ſubrogetur in locum principalis
l. cum quis §. eniuriarum ff. ſi quis caut. &
ad eum videtur expectare onus ſuẽdi de
neceſſitate. Cum velit nolit cogatur ſol-
uere quãuis rem dimittat pro derelicto:
vnde non poſſet compellere creditorem
ad ſibi cedendum *ſecundum Bal. & Alex.*
in l. ſi res obligata ad fin per illum text. à
cõtrario ſenſu. ff. de leg. primo, & eſt ſecun-

dum

dum *Alex.*not.limitatio *ad dictam l.mu-*
lier vt ibi per eum, & ita credo & certe
quod fuit in M.R.C. ſententiatum in cou
trariũ eſt de iure quod talis exceptio ce-
18 dendarum † admittatur *Decius in cap.ex*
parte in 5.col.de offic.deleg. & Alex.conſ.
119 in 1. vol.2 col. ſuper quo eſt facien-
da diſtinctio, aut in fideiuſſore,aut in ter
tio poſſeſſore, *vide in fine huius lecturæ,*
& vide Afflict. in deciſ. 343.

In tex. ibi quibus cenſualia ipſa fuerũt
ſpecialiter ſubiugata.] Declara vt paulo
inferius querendo vtrum Bulla,ſeu Regia
Pragmatica verificetur contra detinẽtes
bona, ſuper quibus cenſualia fuerunt ge-
19 neraliter† impoſita vt puta,quia in con-
tractu fuerit dictum obligãdo omnia bo-
na ſua præſẽtia,& futura *v.nota per Bar.*
in l.1.ff.de vulg.& pupill. in 3.col. ibi dũ
dicit, expreſſum tribus modis dicitur, *&*
ſentit do.Alex.ibi in 4.col. ibi quem alle-
gat,*& Ang.* non dicunt quod ſpecialiter
fieri debeatur, quod quando iura corre-
ctoria requirunt aliquid ſpecialiter fieri,
non ſufficit illud in genere *vbi Doct. Iaſ.*
in 3.col.in ver.limita quãdo lex noua,etc.
ibi dum dicit quod licet dicãt debere fie
ri expreſsè,nõ tamen dicunt debere fieri
nominatim, ex quibus dictis videtur cõ-
cludendum quod cum Bulla dicit (ſpecia
liter onerata) non verificabitur in caſu
prædicto contra detentorem prædictorũ
bonorũ,de quibus in primo exemplo ni-
ſi fuerit dictũ obligando omnia bona ſua
mobilia,& ſtabilia præſẽtia & futura,tũc
mobilia ex vna parte, ſtabilia ex altera
cenſerẽtur ſpecialiter obligata ad cenſus,
& ſic contra detentores alicuius boni ſta
bilis vel mobilis poſſit fieri executio *arg.*
not.per Bar.in l.fin.C.ſi cõtra ius vel vti-
litatem publicam,quibus adde Iaſonem in
l.15.qui in rerum §.ſi autem delegat.1.in
*2.col.*qui ponit qnando debet fieri ſpeci-
ficata denunciatio,*& Bar.in l.1.in fin.ff.*
ſi quis in ius vocat.non ier. vbi concludi-
tur quod quãdo aliquid ſpecialiter requi
ritur,ſufficit qnod exprimatur ſecundum
ſuam ſpeciem, non autem ſecũdum ſuam
generalitatem,& ideo dicendo omnia bo
na mobilia & ſtabilia,tũc mobilia ex vna
& ſtabilia ex altera eſſent ſpecialiter obli
gata per ſupradicta; non autem requiri-
tur quod quodlibet bonum in indiuiduo
exprimatur,& ita ſeruatur.

Qua declaratione ſtante pone quod
quis ſubiugauit,alicui domum ſuã ſitam,
&c. ad ius cenſus ſecundum formam Bul-
læ etiam omnia bona ſua mobilia & ſta-
bilia, & ille reperiatur poſſidere non do-
mum indiuidualiter,ſed vnam ex alijs,An
20 contra eum poſſit fieri executio † non fa
cta diſcuſſione de domo?Et ſic an ille poſ
ſit excipere excutias ſpecificam & præci-
ſam obligationẽ, & ex inde venias ad me
iux.no.in l.2 C.de pign.& Socc.conſ.198.
in 4.parte duplicatim in cõſ.174.in 4.par
te concludit quod *dicta lex 2.* non proce
dit quando agitur contra tertium poſſeſ
ſorem dominum , quia tunc non tenetur
excutere bona ſpecialiter obligata vt ibi
per eũ,& ſic quando quis vult agere con-
tra tertium poſſeſſorem dominũ pro exe
cutione Bullæ poſſit ad illũ excedere , di-
miſſo bono præcisè obligato,& de verita
te iſtius dicti *per Socc.vide tract. de pign.*
in 4.mẽbro 8.partis nu.2. verſ.7. fallit ad
finem,& in 2. membro 5.partis nu.51.vſ-
que ad finem vbi plene explicat hanc ma-
teriam d. l. 2.

In tex. ibi aut alterius cuiuſuis excep-
tionis obiectu.] Et ſic videtur includere
21 † exceptiones ſimiles, & maiores , *vt eſt*
tex.cum gloſ. in clem 1.§. quamuis de re.
iud.Cepoll in conſ.14.in 6.col.ibi nec ob-
ſtat ſi dicatur in contrarium quod maio-
res non excluduntur *vt concludit Feiyn.*
in cap. ſedes verſ. clauſula generalis in 4.
declaratione de reſcrip.et dicit Guid.c.13.
quod ſi ſtatutum prohibet in inſtrumen-
to guarantigię omnem exceptionem do-
li, & quamcũque aliam intelligit de ſimi-
li,nõ de maiori exceptione,ſed hic ſtatu-
tũ procedit vltra, quia omnes exceptio-
nes excludit præter exceptionem ſolutio
nis,vnde nullæ alię poterũt opponi *ſecun*
dũ Bal.in l.ita nobis.C.de adult.vide Iaſ.
in l.tranſigere C.de tranſactionibus col.4.

Et eſt aduertendum,in Regia Pragma-
tica eſt dictũ , nullo falſitatis aut alterius
cuiuſuis exceptionis obiectu impediri va
leat,vel quomodolibet differri; Et ſic sũt
ſigna vniuerſalia negãtia, & geminantia,
ſcilicet nullo cuiuſuis , & quomodolibet
præterquam exceptionem ſolutionis, vi-
dentur aliæ excluſæ quæ aliàs non intelli-
getentur excluſæ; Et hoc propter illã ge-
minationem verborum *de quo per Eue-*
rar. in ſua Centuria in loco allocutionis
ſermonum loco fin.

In text.ibi quomodolibet differri,&c.]
22 Et iſta verba † denotant ſiue conditiona
liter ſiue realiter,ſiue perſonaliter, ſiue
directè,ſiue indirectè, per omnem proui-
ſionem, ſeu impediendi modum per not.
per gloſ. in clem. 2. de ſenten. excommun.
faciũt etiam not.per gloſ.quomodolibet in
clem.

clem.ne in maio.de ſtat. reg. eſt enim vni-
uerſale diſtributiuum per omnem modũ
& quemcumque numerũ, *vt traditur per*
Socc.conſ.15.in 10.col.1.vol. Adde Cepoll.
conſ.14.in 6.col.ibi nec obſtat. vbi dicit ꝙ
dictio quamuis modo tantum importat
quaſcumque formas,& modos excogita-
biles allegat. *Paul.conſ.287.in nomine do*
mini,& ſua matris, ita quod licet *Bar.in*
l.1.§.et parui dicat,quod ſi aliȩ exceptio
nes competunt poterit in eis iudicis offi-
ciũ implorari,tamen quia dicitur in Re-
gia Pragmatica quomodolibet impediri
valeat vel differri non audietur iudicis of
ficium implorando per iura ſuperius al-
legata ſuper dictione quomodolibet.
23 An admittatur exceptio † vſurarum,
vide ad materiam dom. Abb.in in cap.ſu-
per eo in fin.verb.de offi.deleg.per do.Ale-
xan.in l.alia §.eleganter ff.de ſolu.matr.
24 An admittatur exceptio † confuſionis
actionũ, *vide deciſ.Guid.Pap.209.* & quid
de compenſatione *ibidem* An admittatur
exceptio caducitatis, *vide infra in verb.*
in rem ſucceſſoribus.&c.
In tex. ibi præterquam exceptionẽ rea-
lis ſolutionis, &c.] Adde quod licet qui
25 compenſat † ſoluere dicatur *l. ſi creditor*
ff.qui pot. in pign. habea. & conſequenter
videatur admittenda,tamen eſt aduerten
dũ quod dicit *Bal.in l.Iulianus ff.de con*
dit.& demonſtr. quod compẽſatio nõ eſt
proprie exceptio ſolutionis,& ideo nõ de
bet admitti qa ſtatutũ debet intelligi de
vera *ff. de neg.geſt.l.3.§.hæc verba l.quic-*
quid aſtringendæ ff.de verb.oblig. & prop
terea doctrina *Bal.in l.in eo § fin.de com*
penſ.verſ. quid ſi ſtatutum requireret ve-
ram ſolutionem nõ admitteretur compen-
ſatio vt ibi per eum, tamen quicquid ſit
quando ſtatutum ſimpliciter non ſine mi
niſterio dixit præceptor meus quicquid
ſit quando ſtatutum ſimpliciter loquere-
retur quia dominus Sindacus *in tract de*
compenſ. tenet quam plura, contra iſtam
deciſionem,quod dicitur propriè ſolutio
vide in 57.col. vbi ſequitur etiam hoc di-
ctum *Bal.in l. in eo.* exceptio compenſa-
tionis non eſt realis ſolutio,ergo &c.vide
ad hoc *Iaſ.ſingulariter decidentẽ in conſ.*
134.in 3.col.& eundem Iaſ.in l.cum quis
§.ſi iura vero in 3.col.de iur.iur.et Guid.
Papien. deciſ.209.
In tex. ibi Realis ſolutionis, &c.] Bul-
la iſta generaliter loquitur, & ideo adap-
26 tatur etiam ad exceptionem † ſolutionis
ipſius ſortis principalis, ſi de eo apparet
per publica documenta,patet quia ſi ad-
mittitur exceptio ipſorum iuriũ cenſua-
lium,multo magis deberet admitti excep
tio ſolutionis ſortis principalis per quã
reſoluitur cõtractus,& ſic interuſuria ip-
ſa non ſunt debita,prȩterea de forma bul
læ eſt certa gratia redimẽdi , & donec nõ
eſt redemptio priuilegiati contractus, er
go ſi de redemptione conſtaret per pu-
blica documenta vſura deberet admitti,
cum hoc ſit ex natura Bullæ , & facta
redemptione ceſſat priuilegium Bullæ:
quia cum ſit ſublata obligatio principa-
lis , ſolutione facta vt inſtit. quibus mo-
dis tolli.oblig.in princ.tollitur & eius pri
uilegium tamquam acceſſorium *l.cum*
principalis ff. de reg. iur.
Adde quod hoc videtur poſſe procede-
27 re in ſolutione † ſponte facta,& etiam vi-
detur contra mentẽ Bullæ & Regiȩ prag-
maticæ,quȩ generaliter loquitur de ſolu-
tione non diſtinguẽdo,generaliter debet
intelligi de quacumque ſolutione dũmo-
do ſit legitimè facta,ſed ſi ſolutio eſſet fa
cta de mãdato iudicis, & de ea conſtaret
iuxta formã Bullæ ſufficeret quamuis al-
teri eſſet facta, nam illud quod dicitur ꝙ
ſolutio facta alteri quàm creditori nõ li-
berat debitorẽ procedit,quando debitor
ſponte ſoluit,ſecus ſi coactè iuſſu iudicis,
nam bona fides non patitur quod ſemel
exactũ iterũ exigatur *l. bona fidee de reg.*
iur cap.bona fides eodẽ tit.lib.6. quia ma-
giſtratus habet poteſtatem ius ſtatuendi
etiã iniquum,vt patet *in l.1.ff.quod quiſ-*
que iur. & ipſe debitor neceſſe habet pa-
rere magiſtratui, *vt in aut. vt omn obed.*
Iud.in princ.in l.1.ff.de iuſt et iur. & hoc
in detinente, ita fuit alias per me iudica-
tum & habito per me colloquio cum ali-
quibus doctoribus ipſius cõtrariè mecũ
ſenſerunt,& ad prȩdicta & pro eorum in-
telligẽtia addo *Bal.in l falſus C.de vſuris*
vbi dicit quod debitor qui compellitur
iuſſu magiſtratus alteri ſoluere non tene-
tur prius ſubire carceres , ſeu carcerari,
ſed agat quicquid honeſte liquet , vt non
ſoluat ſalute ſua ſalua *l. nepos proculo ff.*
de verb.ſignif.l. ea demũ de oper.liber. ad
quod accedit quod voluit *Paul.de Caſtr.*
in l.2 §. conſentiſſe ff.de iudi. quòd nõ di-
citur caute facere ille cui iubet iudex,ni-
ſi reſtituat,vt ibi per eum *vide Afflict. in*
deciſ.150. ibi ſecunda concluſio.
In tex. ibi authenticis documẽtis,&c.]
28 Adde quod licet non valeat pactũ † quod
ſolutio debiti non poſſit fieri,ſeu probari
niſi per inſtrumentum *ſecundũ gloſ.in §.*
quia vero in auth. iubemus vbi Iaſ.de iu-
di. in

di.in 1.*col.* tamen per ſtatutum hoc fieri poteſt,ita clare cõcludit *Bal. in l.euacuatis C.de decur.lib.x. Angel. in dicta auct. in fine*, facit quia non valet argumentum de pactis ad ſtatutum negatiuè *ſecũdum Bar.in l.alia* §.*elegãter ff.ſolut.matr.et in auct.& omnia C.ne vxor.pro mari.ſecundum Iaſ. in auct. iubemus per l.fin. C. de fideiuſſ. & ibi communiter docto.*

Et aduerte quod ſi iudex exceptionem
29 ſolutionis † apparentis per publica documenta non admiſerit,ab iſta interlocutoria poterit appellari, quia grauamẽ eſſet euidens, & ſentẽtia eſſet euidẽter iniqua, quo caſu permittitur appellare non obſtãte prohibitione oppoſitionis *gloſ. not. in cap.ex quaeſt.de reſtit.ſpoliat.de quo vide Ioannẽ de arnono in ſuo ſoliloquio commento* 145.21.21.48.*ad finem,& Alex. in l.quarta* §.*condemnatum ff. de re iudi.*

In tex.ibi vel alijs ſcripturis, &c.] Et
30 ſic nõ poteſt ſolutio † debiti probari per teſtes,ſed an Iudex ex offitio poſſit teſtes recipere a probandum ſolutionem;, *vide Ioan.Arno.in ſoliloqui.* 194.

In tex.ibi non auditur appellaos, &c.] Quaero ſi dicatur reijciantur oppoſitio-
31 nes in Bulla, an admittatur appellatio. † Et hic eſt aduertendum quod vbi ſumus in caſu in quo prohibetur appellatio, & non attenditur ad narrata in ea,ita quod etiam ſi narrentur talia quę ſi forent vera,&c. nihilominus dicta appellatio non eſt admittẽda, *vt notatur per doctores in cap.paſtoralis,et in ca.vt debitus & vtrobique per Deciũ de appell.* adeo quod vbi proponitur appellatio, & ex probabili cauſa,& ſumꝰ in caſu,& materia vbi prohibetur appellatio, attenditur ipſa prohibitio appellationis in pacto reiectiuo, & in Bulla ſi hoc allegetur, Iudex ad quem debet attendere ad regulam prohibitiuã & reijcere dictam appellationẽ, & declarare non eſſe locum appellationis,& lata tali interlocutoria ſi fuit ſupplicatum ex aduerſo quod ſubiectã materia nõ admittit appellationẽ,ſolẽt declarare fore male appellatum, & bene indicatum nõ obſtãte quod petatur terminus ad verificandum grauamina,quia talis terminus non debet concedi, quia eſto quod verificentur non poſſunt reuocari per iudicem ad quem ſtãte dicta prohibitione per quam cenſetur prohibita appellatio, & quo ad iſtum caſum,& effectum, vt in dicto cap. & ita alias obtinui cum eſſem aduocatus in cauſa vertente in curia primarum appellationum Ciuitatis Catinę die 11.Septembris 8. Inditionis 1545.

In tex.ibi euocationes.] An per iſtam
32 Bullam, & Regiam Pragmaticam ſit correpta † *l.*1.*quando Imper.*puto non quia quod expreſsè non mutatur quare ſtare prohibetur *l. precibus in fin.C. de appell.* non obſtat dum tollit euocationes, iuriſdictiones,& aduocationes,quia intelligitur de faciendis ab homine vel à Iudice, nõ autem à clauſa in corpore iuris, *vt in l. haeres abſens in princ.in verſ. primo vbi gloſ.ff.de iudi.* & ita fuit determinatum in Magna Curia.

Ibi tex. ibi ad alterius inſtantiam impetrari vel motu proprio concedi &c.] Et ſic videtur includere quemcũque volentem impedire dictam executionem & ſic
33 tertius† comparens pro ſuo intereſſe aduerſus executionem videtur excluſus, & hoc propter illud verbũ alterius,&c.& ꝙ eſt generale videtur comprehendere non ſolum illũ cõtra quem eſt facta executio, ſed etiam quemcũque alium,ad hoc accedunt illa verba infra exceptionibus, & illa verba (quinimò eis non obſtãtibus exceptiones ipſae ſuum debitum ſortiantur effectum) ita quod non obſtante contradictione tertij procedit exceptio, & omnia reſeruantur in meritis, ſeu in alia inſtãtia,licet aliud ſit de iure niſi hoc induceretur ex ijs verbis annotatis *per Iaſ. in l.ſi vnus* §. *Ante omnia ff.de pact.& dom.Ioan.de Imola.in clem.*1.*de reg.iur.col.* 4.*nu.*163. & ita aliàs iudicaui cum eſſem iudex Curiae ciuilis Ciuitatis Catinae in cauſa magnifici de Aſmundo contrà de Tuſcano ix.Inditionis 1545.& ita mecũ tenet dominus Henricus de Medicis V.I. D.motus per illa verba (quomodolibet) ſuprapoſita,quae ſunt tantae importantiae quae apprehendunt modum, & perſonas, quae aliàs non comprehenderẽtur *Alex. in conſ.*95.*n.*6.*vol.*7. aſſerens quod conſuluit praticos qui dixerunt quod ita ſeruatur,& exinde illa mea ſentẽtia fuit confirmata in cauſa appellationis me exiſtẽte aduocato per magnificũ de Cutell. & de Medico primo Decẽb.9.Indict.1545.

Numquid Bulla ſeu Reg.Pragm.excludat tertiũ comparentem pro ſuo intereſſe,videtur quod non,quia ſtatutũ tollens exceptiones aduerſus inſtrumentum non comprehendit tertium *ita in ſpecie Ioan de Imol. in clem.*1.4.*col. de re iud. quod ſẽtit gloſ.in d.clem.*1.*in verb.quaſc. Alex. conſ.*83.*in* 3.*vol.Iaſ.in l.ſi vnus* §.*ante omnia ff.de pact.nõt.xvij.* ſed tamen contrarium eſt in Bulla quia apparet quod

Regia

Regia Prag. excludit tertiũ per multa verba. Primò, quia excludit fiſcũ comparentem, & tantũ conſtat quod veniret vt tertius; immo patet quia cum duæ ſint iudicij perſonæ principales actor & reus, ergo alius comparens ex trãſuerſo fit dicitur. Secundò propter illa verba (quomodolibet) & cuiuſuis exceptionis obiectu, & ibi (in alia iudicij inſtantia reſeruata.) Nam qui totũ dicit nihil excludit *l. Iulianus ff. de leg.* 3. & iſta verba generalia & vniuerſalia geminata, & prægnantia, quæ plus operantur quam ſimplicia *l. baliſta, & ibi Doct. ad Trebellia.* & maxime propter illud verbũ (quomodolibet) quod denotat ſiue abſolutè, ſiue conditionaliter, ſiue directè ſiue indirectè, & omne impedimentum, eſt enim vniuerſale diſtributiuum per omnem modũ per omnẽ numerũ, & per omnẽ cauſam, qui cogitari poſſit *ſecundum Decium in conſ.* 37. *in princ.* 1. *vol.* & includit perſonam quæ alias non includeretur *ſecũdum Alex. in conſ.* 201. 7. *vol.* nec obſtat ſi dicatur quod eſt reſpectu illorum inter quæ præferuntur, & ſic reſpectu exceptionũ, *& conſ. Alex. cõſ.* procedit quãdo pręfertur inter perſonas, quod nõ eſt hic; quoniam iſta ſolutio ſeu obiectio tollitur iunctis illis verbis infra poſitis (ad alicuius inſtãtiam) quæ dictio (alicuius) eſt nota perſonarũ quæ verba rectè coniungi poſſunt; immo veniũt confirmatiuè ad præcedentia priuilegiando executionem Bullę, nam præcedentia declarant ſubſequẽtia *l. ſi ſeruus plurium §. fin. ff. de leg.* 1. & vna pars ſcripturę declaratur per aliam *l. qui filiabus in princ. ff. de leg.* 1. *optimè facit tex. in l. nihil. in hac parte ibi poteſt ſuperior ſeruitio ad hunc caſum refertur ff. de coniu. cum emanci.* ita quod iunctis illis verbis reperiuntur in Bulla iſta verba *quomodolibet* impediri vel differri ad alicuius inſtantiã, & ſic dictio quomodolibet præferetur inter exceptiones, & inter perſonas, & ſic videtur Regia Prag. excludere qumcumque perſonam volentem impedire dictam executionem quia perſona alias nõ eſſet excluſa; Et ſic tertius videtur excluſus, & maxime iunctis illis verbis infra poſitis (quæ exceptionibus directè vel indirectè impedimento eſſe poſſunt;) indirectè enim impedit tertius, ergo videtur excluſus, & iũctis illis verbis (quibus nõ obſtãtibus exceptiones ipſe ſuum debitum ſortiantur effectum) cauillari igitur nõ poteſt, quin tertius admittatur in Bulla per pręmiſſa. Item etiam aduertendum eſt quod Regia Pragm. in ſua præfatione ita dicit (planè circa executiones vigore contractus huiuſmodi cenſualium faciendi, & exceptiones aduerſus quemlibet apponendas certum & determinatum modum dare volumus;) Ex quibus verbis colligitur quod intentio principis *l.* condendæ fuerit ſimpliciter prouidere aduerſus exceptiones proponẽdas quomodolibet aduerſus Bullæ contractum; nam præfatio declarat intentionem legis *l. fin. ff. de hæred. inſtitut.* ergo generaliter loquẽdo per illam generalem dictionem quomodolibet ab initio nõ reſtrictã ad certam perſonam videtur voluiſſe excludere exceptionem quamlibet opponendam à quacumque perſona, etiam à tertio comparẽte, ergo reſeruata cognitione in alia iuditij inſtantia, vt inſtruit Bulla de pręteſis ex aduerſo debet procedere executio, & quouis modo non impediri, aliàs numquam executiones Bullæ ſortientur effectum, quia ſemper inueniretur tertius, ideo excludi debet, cum poſſit ei eſſe cautũ per cautionem de reſtituẽdo in caſu ſuccumbentiæ *ſecundum Soccin. conſ.* 106. *in* 4. *vol.* cum hic proceſſerit executio contra conuentum reſpectu rei à ſe poſſeſſæ, & non ab ipſo tertio.

Adde quod per illa verba ſtatutum videtur includere omnem caſum, qui excogitari poſſit per quem fieret impedimentum Bullæ, *in quo vide Deciũ in conſ* 37. *in princ. in primo not.* aliqui ſoluũt, quod hoc ſit verum, ſed reſpectu illius, contra quem fuit cauſata executio, vt aduerſus eum operẽtur iſta verba in eorum generalitatem; non autem vt comprehendant per hoc tertiũ comparere volentem pro ſuo intereſſe, & iſta reſpõſio ſtare poteſt, ſed ad verba ſuperius poſita ibi (ad alicuius inſtantiam (& aliqua ſequentia per quæ videtur excluſus quicumque volens hanc executionem impedire, &c. non videtur reſponſum, *& vide Alex. in conſ.* 201. *in* 7. *vol. & in lecturis.*

In text. ibi in rem ſucceſſoribus, &c.]

34 Doct. interpretantes Bullã diſtinguunt, & intelligunt *tex.* in ſucceſſoribus habentibus cauſam à debitore aliàs ſecus, puta ſi directus dominus recuperaſſet rem ab emphytheuta, & ſic iure proprio poſſideret, & tamẽ reperit rem emphytheu. ſubiugatam, non credunt, quod iſte directus dominus poſſit conueniri, vt tertius poſſeſſor cum nullam habeat cauſam ab emphytheotico, & reſoluto iure emphytheotico reſoluitur ius ſui creditoris *l. lex vectigal.*

ſigill. Cum ſimil ff. de pign. & ſic ſtantibus his dictis doct. aduerſus executionem admitteretur exceptio caducitatis, quod eſt contra verba Bullæ, & eius mentem, & ideo nõ eſſet ponere os in cælum, & eſſet obſeruare verba Bullæ ſi ita ſeruaretur in meritis, ita quod prima facie ſoluant, & repetant; nã ſi de facto fuerit executio cauſata verificatis extremis nullo falſitatis nullitatis, aut alterius cuiuſuis exceptionis obiectu impediri valeat, quomodolibet, vel differri, præterquã realis ſolutionis, per quæ verba videntur excluſæ exceptiones, quæ alias nõ eſſent excluſæ, ſunt enim hæc duo ſigna vniuerſalia, & ſic eſt vniuerſale genitiuum geminatũ, & tamen ſtantibus prædictis impeditur executio ſtante exceptione caducitatis obiectu, quia verba Bullæ non patiuntur, & ideo ſi caſus acciderit aduerte.

Et ad iſtam materiam adde quod cre-
35 ditor † qui exercerit executionem contra alterũ ex correis tenetur eidem contra aliũ iura cedere *l. ſi tibi C. de duobus reis, & l. modeſtinus, & ibi Bar. ff. de ſolutio.* quod procedit etiam reſpectu realis obligationis *l. 1. et l. Cum aliter ff. de fide.* qui licet loquantur in pluribus fideiuſſoribus, procedunt tamen in pluribus correis, quia ad inuicem vnus pro altero videtur fideiubere *l. vir. vxori. cum ibi not. ff. ad Velleia. probatur in l. reos in princ. ff. de duobus reis, et vide dictã l. vir. & vxori, et l. modeſtinus, & per Salic. in d. l. 1.* ita quod in cauſ. prędicto obſtat exceptio cedendarũ actionũ, niſi forte dicatur, quod creditor iura cedere non tenetur, de quo vide ſupra in verbo detentorum.

FERDINANDI BONGIORNI

I. C. PRAESTANTISSIMI

MAGNAE REG. CVR. REGNI SICILIAE

Fiſci patroni Regijque Conſiliarij.

AD BVLLAM APOSTOLICAM

Nicolai V. & Regiæ Pragmaticæ Alphonſi de Cenſibus.

ANNOTATIONES.

SVMMARIVM.

1 *Contractus Bulla an ſit licitus.*
2 *Cenſus an ſit ſeruitus.*
3 *Cenſus debet conſtitui ſuper vno prædio in ſpecie.*
4 *Contractus cenſualis initus ante pragmaticam an habeat executionem contra tertium.*
5 *Iudex eccleſiaſticus et ſecularis cognoſcit an contractus cenſualis ſit vſurarius.*
6 *Subiugatarius poteſt cedere ius redimendi, & nu. 10. 11.*
7 *Cenſus annus an connumeretur inter immobilia.*
8 *Cenſus annuus nõ alienatur ſine decreto.*
9 *Creditor cenſus quando teneatur cedere iura, & num. 23.*
12 *Scriptura requiritur in contractu iuxta formam Bullæ.*
13 *Cenſus conſtituitur ſuper iure pedagij vel collectis.*
14 *Cenſus ſi excedat decimam an reducatur ad ipſam.*
15 *Emptor debet ſoluere expenſas, ſi contractus fiat ad decem pro centenario amplia num. 16.*
17 *Decretum quando requiratur remiſſiuè.*
18 *Res communis quando ſubiugari poſſit.*
19 *Creditor quando mutatis confinibus poſſit petere eorum renouationem.*
20 *Subiugatio debet conſtitui ſuper re certa & non in genere.*
21 *Cenſus an conſtituatur in datione in ſolutum.*
22 *Subiugatarius ſubiugans ſecundus aget contra primum.*
24 *Cenſus non poteſt excedere decimam par-*

recuperandæ,& retinēdę in pecunia mon
tis Florentię tradit Roman.conſ.159.poſt
princ.nu.2.quia ex ea percipitur annuus
redditus allegat. clem.exiui.de verb.ſign.
ex quo infert quod nō poteſt alienari er-
go,& annuus cenſus ſecundum Bullā non
alienabitur ſine decreto,& alijs requiſitis
in alienatione immobiliū minoris ad Fa
bius de Mon. tract.de empt. & vendit.in
vlt.par.5.q. princ.In rubr. de ſollemn. in
in alien.rer.min.nu.96.fol.147.ibi nec vti
le dominiū, vel vſufructus, vel iura quo-
modocumque redditnum, Adde Roll.conſ.
54. lib. 2. & ita vidi fieri multa decreta,
& ego ſeruaui tutorio nomine Baronis
Solāti,& Caſtri ad mare,& dicit Ang. in
l.1. §. cum prædium C. de pign. quod in-
corporalia ęquiparantur ſtabilibus, adde
Francum cap.2.col.1. in fin.col.2. de reb.
eccleſ.non alien. in 6. vbi diſtinguit an ad
longum,vel modicum tempus,Bar.Alex.
Iaſ. in l. ſciendum in princip.qui ſatiſdar.
cog. vide Iſer.cap.1. col.2. in fin. de feud.
march.vbi videtur cōtrarium Roan conſ.
302. in fin. Tiraquell.§.1.gloſ.6. à princ.
vſque ad nu.15. & §.32.gloſ.1. nu.78.
In tex.gratia redimendi.] In hac ven-
ditione non cedentur iura ſubiugatarij,
9 aut ceſſa † operantur tantum liberatio-
nē,Salic.l.1.q.21.C.de act.& oblig.Ruin.
conſ.17.nu.8.lib.4.quòd facit vt ſubinga-
10 tarius† non teneatur cedere ceſſionario,
quod ſufficiat offerre compēſare, Molin.
de vſur.q.43. num.325. quod poſſit cedi
11 hoc ius † redimendi d. m.Dec. conſ.164.
non fuiſſet, in fin. quod teneatur cedere,
etiam remanente cōtractu, & exigat an-
nuos cenſus , Molin. quæſt.46. & ex hoc
dum dicunt (inſtrumento) ſequitur quod
12 requiritur ſcriptura† ad idem Alex.conſ.
38.col.2.lib.7. allegat etiam,quod de ſo-
lutione dicitur infra iuncto cōſ.Anch.350
Dec.cap.11. lect.11. de conſtit. ſed differt
an debeant cedi iura, Molin.q.46.
13 In tex. iuribus.] †vt percipiendi paſ-
ſagium,& collectas,Tiraq.de retract.§.1.
gloſ.7. num.34. car. 34.
In text. generaliter.] Caſſ. conſuetud.
Burg.§.6. fol 360. ibi bona.
14 In tex.decima.] Si contractus fiat †ad
plus reducitur ad hāc ſummam, Bal.cap.
1.col.fin.de iur.iur. pro quo tex.cap.pecu-
nia funebris ff.de vſur. quando eſt ad de-
cem pro cētenario expēſas debet ſ luere
15 emptor † alias eſt ad plus de decem, & ſi
ad plus eſt illicitus ſecūdum Caſſ.conſ.63.
num.3.& 17.vbi plus dicunt quod etiam
ſi in decem pro centenario , tamen vltra
quod conſuetum ſit,cōtractus ſit illicitus
16 † quæ non bene concordant cum dicto
Bal.in d.cap. 1.quem non allegat,requiri-
17 tur decretum † ſecundum communem,
Molin.q.37.nu.273.vide tamen cum ibi
18 In tex.ſuis.] Quid ſi habeat † partem
pro indiuiſo,vide Salic.in l.vnica C.ſi res
com. pign. Paul. in l. Iulianus §. idem
Celſus de Actio. empt.
In tex. immobilia.] Quia ſuper bonis
vt poſſit contra tertios,videtur quod mu
19 tatis †confinibus rerum poſſit petere re-
nouationem inſtrumenti per id quod in
emphytheota tradit Alex.l.ſi finita §.ele
ganter de dam.infect.et dicit Caſſ. cōſ.63.
in 1.quæſito nu.1.& ſeq.quod debet fieri
20 † ſuper rebus certis , alias ſi ſuper incer-
tis,& per generalitatem eſt vſurarius.
In tex.vendere.] Habet locum in da-
21 tione † in ſolutum vltra verbū contrahe
re huius text.d.m.Dec.conſ.586. in cauſa
quæ Mantuæ n.7.vſque ad decimū Pari-
22 ſius conſ.75.lib.4.ſi ſubiugat †ſubiugata-
rius,ſecūdus ſubiugatarius aget vtili con
tra primum ſubiugantem Aret.conſ.124.
& 125. & inde ceſſionarius detentor de-
bet agere contra alios poſſeſſores detra-
cta ſua rata,vide Capic.deciſ.51. nu.8. &
23 quod detentori † ſint cedenda iura con-
tra fideiuſſores, non e contra auth. hoc ſi
debitor §. ſed neque res C.de fid. Bellon.
conſ.44.colum. fin.
24 In tex.decimam.] Sic permittuntur †
vſuræ per conſt. vſurariorum,vide gloſ.fi.
auth.perpetua C.de Sacroſa.Eccleſ.vbi po-
ſui,et Tiraq.et quæ dixi cōſ.1. lib.4.allod.
25 In tex.pretij.]De hac ſolutione †debet
cōſtare,alias poteſt opponi exceptio pre-
tij non ſoluti , & videtur ſufficere negare
etiā ſi inſtrumento cōfiteatur ſibi ſolutū
ita videtur tenere Caſſ cōſ.63.in 2.dubio,
vide Pariſ.cōſ.75.lib.4.Decius 421.col.2.
In tex.exceptionis obiectu.] An admit
26 tatur quod actio† ſit ipſo iure ſublata? vi
detur quod ſic Iaſ.cōſ.7.col.2. & loquitur
quando reſolutum eſt dominium ſubiu-
gantis, & ibi erat excepta exceptio ſolu-
tionis, in cōtrarium facit quod exceptio
ſolutionis eſt talis, Socc. rubr.& l.11. de
except. Iaſ. l. qui ſe debere de condict. ob
cauſ.colum.3.& quæ ait Bened. Bart.1.q.
3.p.per d.m.Dec. conſ 317. iunct. Deciſio
Geminia. in cap.qui ad agendum poſt lap-
ſum,ibi, do.m.in l.1. de reg.iur. Alexand.
qui ait communem in l.fin.quod quiſque
27 iuris. Non poteſt opponi exceptio † ſi-
mulationis Innoc. cap.cum contingat nu.
77. de iur.iur. ſed magis dubitabilis erat

deciſ Rom.& moder.in l. ſi qui ſe præſens
C.vnd. lib. Iaſ. l. ſi cui debetur §. ſi titio
*n.*11.*de leg.*1. & per id quod dicit de diſ-
28 cuſſione,& tertio† quo ad viã executiuã,
quia cõtra venditorem hęredẽ,& fideiuſ-
ſorem dabatur ex forma Ritus, & ſimilis
cõſuetudo eſt Burg.*Caſſ §.6 ſ.*360.*rub.*11
vbi mouet plures quæſt.in materia tertij
detentoris,& quod agitur hypothecaria;
ſic in delphinali *Guid.deciſ.*42.*dicit Ripa*
*l.*2. *§. ſi hæres mei ad Trebell.* vbi an pro
29 tempore †quo nõ poſſidet,& quando agi
tur hypothecaria,& refert verba conſue-
tudinis,ſed ego dixi *alleg. lib.* 2.

In tex.detentorũ.] Eſt contra ius com
30 mune *Angel.l.*11.*C.ſi ex pluribus hæred.*
*Frãcus cap.ex ratione,col.*26.*et* 27. *de ap*
*pell. idẽ in Francia Molin.q.*46.*nu.*336.
31 *In tex.ſpecialiter.*]*Oldr.cõſ.*300.*n.*6.7.
8.*Soce.*301.*nu.*2. *in* 2. *Aret.*113. *Fan.*4.
*mẽb.*2.*par.Ripa reſp.lib.*3.*Bal.*88.*in* 2.*Ga*
*li.in l.ſtipulationũ §.ex his col.ſi.car.*34.*d̃*
*ver.oblig.*nõ tamen cõprehenderet prohi
32 bita†alienari ꝑ teſtatorẽ,*Bar.l.pen.§.iſti*
*tutio de leg.*2.*ſed vide q̃ poſui ad Bar.ibi.*

In tex. ſolutionis .] Excludit cõpenſa-
33 tionem,† ſed an ſi inſtrumentũ non pro-
34 bet ſolutionẽ,ſed confeſſionẽ ſolutionis †
*Imol.in l.ſi.col.*8. *qui et à quibus*,& ſi ſolu
tio nõ probatur per publica documẽta &
ſoluit, iterũ repetet primo loco ſolutum
conditione ſine cauſa *Bart. l. Iulianus*
*verũ debitorẽ.col.*5. *de cõd. indeb. Ant de*
*Canar.de exeq.inſtr.n.*3.*& ſeq.* ſed in Re-
gno forte repetet ſecũdo ſoluta,quia Bul
la differt,non tollit;Et non extenditur ad
35 alias exceptiones †ex paritate,vel maio-
ritate rationis,*Ang.l.et non tantũ §.*1.*de*
pet hæred. & vide quæ poſui ad eum *Bar.*
refert, & ſequitur *Iacob. in eadẽ l.Iulian.*
*col.*2. & ſufficit probare confeſſionẽ ſolu-
36 tionis †.*Bar.l.ſi non fortẽ §. indebitũ col.*
2.*de cond.inde.d.m.Dec. in l.*2.*§.ſi. n.*15.
*ff.ſi cert.pet.*ſed non loquitur per verbum
(realis) quod extendatur a compenſatio
nem,*Iaſ.conſ.*144. *col.*3. *lib.*4. qui loqui-
tur de vera, & manuali .
37 *In tex.ſpecialiter.*]Ideſt expreſ.è†*Paul.*
l.ſi.C.de neg.geſt. vbi vide exemplũ, quia
confert , ex quo excipit exceptionẽ ſolu-
tionis,reijciũtur omnes aliæ etiam inten
tionis,& facti,etiã ſi prætendatur ipſo iu-
re non teneri,vt exceptio nouationis,de-
legationis,*Beltr.conſ* 303.*nu.*3. *in* 3. *lib.*
*Rol.conſ.*5.*nu.*44.*et ſeq.lib.*1. & q̃d *in* ma
teria exceptionis ſimulationis , & multa
ad materiã,*vide per Imol.col.*6. *& ſeq.in*
*l.ſi.qui et à quib.*ad quẽ ſẽper recurratur.

In tex.publicis documentis.] Idem in
quacumque exceptione,quę fortè admit
teretur,*Ant.de Can.q.*10.dicẽtem publi-
28 ca documẽta † ea quibus de conſuetudi-
ne adhibetur fides Innocenti.*ca.*1.*de fide*
*inſtrum.Soce. conſ.*62. *vol.*1. *col.ſi.de.m.*
in rubr. eiuſdem tituli .
39 Et exceptio ſolutionis†probata ꝑ ſcrip
turas ſubiugatarij non recipitur *Roman.*
*in § de viro nu.*62. & loquitur in debitis
nõ ſublatis exceptionibus,quia ita loqui-
tur *clem.vt calũnijs*,& non poterit aliter
debitũ probari *d.m. Dec.in cap.cognoſcẽ-*
*tes col.*2.3.*not.de conſt.* & dicitur probari
40 etiam per ſolutionẽ † trium annorũ,&c.
*l.*3.*C.de apoch.pub.lib.*10. *vbi Bal.*1. *opp.*
qui dat remediũ ei qui ſoluit,& habet te-
ſtes,ſed non inſtrumentum,*ponit Ant .de*
*Cana. tract. de exeq. inſtrum.q.*36.

In tex. nullitatis.] Niſi defectu perſo-
41 næ †cõtrahentis noie proprio, vel alieno
*Ang.conſ.*193.*in ſi.Paul.l.*1.*de conſtit.pe-*
*cun.*ſed an qñ excipitur ſolutionis excep
tio *Ang.i l.videtur de pet.hæred.* vel quia
differt *Ang.l. ſi ſic ff.de leg.*1.*ſeu de ſolut.*

In tex.detentorum.] Quid ſi iure fami
42 liaritatis † *vide Paul.l. qui iure de acqu.*
*poſſ.cõtra Soce.conſ.*113.*lib.*4.vbi de pro-
curatore,& colono, & ꝙ procedat etiam
in poſſidente ciuiliter *Imol.Alex.l.*3 *à con*
trario de acq.poſſ.gl.cap.cũ cauſam de præ
ſcript.& de marito detinente res,ſiue pa-
rafrenales,ſiue tertij generis,*vide quæ di-*
*xi pro Barone Frigintini ſo.*166. *& dua-*
*bus ſequẽtib.& ibi ſol.*168.de cõtrarieta-
te *Paul.et Soce.tex.in cap.cauſam de præ-*
ſcript. appellat detentores decimarũ *gloſ.*
intelligit in poſſidente ciuiliter,in his ta-
men videtur quaſi poſſeſſio , an autem
43 detur poſſeſſorium † iuris percipiendi in
iuribus cẽſualibus ſecundũ formam Bullæ
poſui *ad c.quærelã de elect.* & tertius detẽ
44 tor pręſcribit† *Molin.q.*89.*n.*671.reſpon
di pro vniuerſitate Politij cõtra quã fuit
cauſata executio tanquã detentricẽ areæ
ſubiugatæ,in qua erant apothecæ *per l.*1.
*§.municipes,et notat Afſli. deciſ.*83.*n.*12.

In tex.guidatica.] Aduerte quia nullũ
verbum ſonat de lege,vel pragmatica, &
propterea dixi in conſ. ꝙ poterat Dom.
45 Prorex mandare quod non poſſint †capi
boues,nec carcerari agricolæ ꝓ quocũq;
debito,&tiuxta formã Bullę,&facere prag
maticã pro anno 13.Ind.1539. & 1540.
quia ꝙ nõ poteſt tollere, limitare poteſt
vt in iure diuino,& placuit omnibus dñis
de Conſilio,& ita retulimus ſuæ Excell.&
fuit facta Prag. primo Oct.xii. Ind.1539.

FIDERICI LETI
I. C. CELEBERRIMI
IVDICIS MAGNAE REGIAE CVRIAE
Regijque Conſiliarij.

AD BVLLAM APOSTOLICAM Nicolai V. & Reg. Pragmat. Alphonſi de Cenſibus.

ANNOTATIONES.

SVMMARIVM.

1 *Venditio non poteſt fieri ſine pretio.*
2 *Contractus venditionis reddituum de iure Canonico an ſit vſurarius.*
3 *Dictio, ſuper, quid importet, & ibidem de dictione, Rebus.*
4 *Subiugatio non poteſt eſſe niſi in pecunia numerata.*
5 *Contractus cenſualis in quo pro centum det quinque ſingulis annis an ſit licitus.*

VENDITIONES.]
1 Venditio† non poteſt
fieri ſine pretio deter
minato in pecunia nu
merata *§. pretium in-
ſtit. de empt. & vend.*
An de iure Canoni-
2 co contractus † venditionis reddituum
ſit vſurarius *Abb. & omnes Doct. Cano-
niſt. in cap. in Ciuitate de vſur.* tenent
quod non *Inn. in fin d. cap.* dicit hæc ver
ba formalia, (ſed certè bene conſulendũ
eſt omnibus fidelibus quod ab huiuſmo-
di contractibus abſtineant, ſcilicet quod
de nouo propter hoc conſtitutum reddi-
tum, vel actionem, qua ſe obligat ad plus
dandum, vel in pecunia, vel ſpecie, quam
accipit, *& adde Franc. Aretin. conſ. ſuo
151. vbi pulchrè.*

Super rebus.] *Angel. in l. hactenus in
fin. verbi ff. vſufruct. vide Paul. de Caſtr.
3 conſ. ſuo 289. in 1. part. & Ludou Roma.
conſ.* 388. vbi de dictione (ſuper) † & de
dictione (rebus) vide quid importent.

Decimam partẽ.] Not. principalis re-
4 cepti, ſeu pretij, ergo ſubiugatio† non po
teſt eſſe niſi in pecunia numerata vt vere
ſciatur decima pars principalis recepti,
qnia in alio quam in pecunia numerata
non verè poteſt ſciri decima pars, & ſic
talis contractus eſt vſurarius quia ex ſor
ma Bullę prædictę datnr, vt decima pars,
&c. ſed per M. Cur. in cauſa vertente in-
ter Nobilem Michaelem Latiana, & Ioan
nẽ de Mannella fuit lata ſententia in con
trarium, videlicet quod ſubiugatio facta
pro pretio cuiuſdã muli valeret, qui mu-
lus fuit venditus ad credentiam, & poſtea
adueniẽte tempore debiti fuit factus con
tractus ſubiugatorius.

Detentorum rerum.] *Soc. in conſ.* 113.
in 4. vol. Curt. Inn. cõſ. 108. *in 4. col. n.* 20.

*Authenticis documentis, & alijs ſcrip-
turis.*] *Salicet. in l. 1. quæſtio. vltima C.
de condictio. indebit.* vbi ponit iſtud ſta-
tutum.

Dominus *Abb. in cap. in ciuitate de v-
ſur.* dicit hæc formalia verba *extra gloſ.*
quæritur de notabili, & quotidiana quæ-
5 ſtione numquid ſit licitum † dare alicui
certum vt ipſe ſingulis annis in perpetuũ,
ſeu ad vitam ſuam, ſeu hæredis det ſibi
certum redditum annuum puta quinque?
*Hoſt. & Innoc. & communiter omnes
Docto. ſequent.* dicunt quod ſic, ſiue iſte
annuus redditus conſtituatur ex redditi-
bus alicuius fundi, ſeu domus, ſiue ex la-
boribus liberę perſonæ, ſeu ſerui, quia nõ
poteſt dici quod hoc ſit vſura, cum in rei
veritate non interuenerit mutuum, vnde
licitum eſt iſti emptori petere pretium
ad libitum, ſicut ergo poteſt quis emere
liberè totam poſſeſſionem vel capere poſ
ſeſſionem in emphytheuſim, vel emere
annuum redditum iam conſtitutum ab
antiquo, ita licitum eſt conſtituere vel
emere, nec obſtat ſi dicatur quod curſu

tem-

temporis poterat iſte percipere plus quã ſit pretium, quia hoc etiam contingit in contractu emptionis,& in contractu emphytheotico, item iſte emptor exponit ſe periculo, quia forte ille venditor effici poteſt inops, & per hoc non obſtat iſtud capit. nam hic res erat in præſenti pretium delatum, ſed in quæſtione præſenti, tu vide alia; *Adde per Domin. Abb. & adde extrauagan. incip. regimini in cap. de empt. & vendit. in clement. nouiſſ.* quæ in antiquis non inueniuntur impreſſæ, per quas apparet declaratum quod tales contractus venditionis redditũum ſunt liciti, & iuridici, nec obſtat ſi diceretur quod aliqui Theologi tenent oppoſitum quia in talibus ſtatur deciſioni Canoniſtarum, & non Theologorum *Alexand. conſil. 1. in fin. colum. 4. in princ. volum. 1.*

DON RAI-

DON RAIMVNDI
RAMVNDECTAE
I. C. CELEBERRIMI
IN SVPREMO ITALICO CONSILIO
Regentis Regijque Conſiliarij.

AD BVLLAM APOSTOLICAM
Nicolai V. & Reg. Pragmat. Alphonſi de Cenſibus.

ANNOTATIONES.

SVMMARIVM.

1 *Venditio annui redditus eſt licita.*
2 *Detentor partis rei ſubiugatæ an teneatur in ſolidum, vel pro rata.*
3 *Debitum ex cauſa mutui an poſſit conuerti in cauſam Bullæ, & ibi an ſufficiat ſola confeſſio nu. 4.*
5 *Solutio præſumpta ex l. quicumque C. de apoch. pub. non admittitur in Bulla.*
6 *Dictio præterquam eſt taxatiua, & cuius naturæ ſit.*
7 *Poſſeſſor niſi poſſideat ſpecialiter ſubiugata non tenetur remiſſiuè.*
8 *Dictio quomodolibet quid operetur.*
9 *Tertius non auditur in Bulla.*
10 *Detentio verbum quid comprehendat.*
11 *Priuilegiũ pragm. an cõprehendat tertiũ.*
12 *Pragmatica admittit tãtum exceptionem probatam per publica documenta.*
13 *Exceptio intentionis & facti an excludatur à bulla remiſſiuè.*
14 *Verba illa (omnia & ſingula) apponi ſolita in contractu bullæ quid operentur.*
15 *Obligatio indiuidualis, vel ſpecialis requiritur in bulla.*
16 *Specialiter aliquod fieri quando dicatur.*
17 *Statutũ ꝙ procedatur executio modo tam quã exorbitans non cõprehendit tertiũ.*

1 ET quod venditio † annui redditus ſit omni iure licita, & nõ vſuraria latè diſputat *Paul. de Caſtr. in conſ. 289. incip. præſens dubium per totum in prima parte, vbi vide.*

Et an poſſit agi contra alterum ex poſ-
2 ſeſſoribus † bonorum, vel contra omnes pro rata, *vide quæ not. Afflict. in conſt. ſi quis in poſterum num. 26. vlt. not. per Doct. in l. moſchis ff. de iure fiſc.*

3 *Ibi recepti.*] An debitum † ex cauſa mutui poſſit conuerti in cauſam Bullæ,
4 & an ſufficiat ſola confeſſio † debiti, licet realiter debitum non appareat, *vide Pariſ. conſ. 75. in 4. volum.* qui tenet quod ſic, & conſuluit ſuper Bulla noſtra, & Regia Pragmatica.

Et nota quod non poteſt facere *text.*
5 † *in l. quicumque C. de apochis publ. lib.* 10. vbi dicitur quod qui tribus annis oſtendit ſoluiſſe præſumitur ſemper retro ſoluiſſe, hoc etiam not. *Iaſ. in l. ſi certis annis in 1. colum. C. de pact.* quod quidem non haberet locum in Bulla, quoniam requirit realem ſolutionem, & non præſumptam, adeo quod pro illis annis retro non faceret noſtra Bulla, ita dixit *dominus de Campixano* legendo, ſed in contrarium, *vide Salic. in l. 1. num. 18. C. de fideicommiſſ. in vltimo verſiculo in verbo probatio per præſumptionem etiam ſtante ſtatuto.*

6 Nota quod dictio † (præterquam) eſt dictio taxatiua, & natura dictionis taxatiuæ nõ eſt excludere caſus ſimiles *l. ædes C. de prædio. mino.*

Ibi ſpecialiter onerata.] Quod niſi ter-
7 tius poſſeſſor poſſideat bona ſpecialiter † obligata, non poſſit contra eum agi conſidera in verbo nullitatis.

Ibi quomodolibet.] Dic quod iſta di-
8 ctio † eſt latiſſima, & denotat ſiue abſolutè, ſiue conditionaliter, ſiue realiter,

ſiue

PETRI PITROLI I. C. SICVLI CLARISIMI IVDICIS MAGNAE REGIAE CVRIAE Regijque Conſiliarij.

AD BVLLAM APOSTOLICAM Nicolai V. & Reg. Pragmat. Alphonſi de Cenſibus.

ANNOTATIONES.

SVMMARIVM.

1 *Pragmatica priuilegiat viam executiuã, ſecus ſi ageretur per viam cedulæ.*
2 *Exceptio anterioritatis pariter admittitur in Bulla.*
Limita num. 3.
4 *Nullitas ex defectu iuriſdictionis an excludatur in Bulla.*
5 *Tertius poſſeſſor rei ſubiugatæ an renuntiando liberetur.*
6 *Conſuetudo excuſat à pœna temporali.*
7 *Pretium cenſus poteſt conſiſtere in re æſtimata. Amplia nu.8.*
9 *Specialiter verbum quid operetur.*
10 *Poſſidens partem rei ſpecialiter obligatæ tenetur pro rata.*

1 VBI *quæ quidem executio.*] Nota quod videtur priuilegiare† cõtractus ſubiugatorius quando creditor dirigit ſe via executiua, ſecus ſi forte aliter dirigeret puta ſe per viam cedulæ condemnatoriæ poſt decennium ex forma ritus, & iſto modo diſtinguitur hoc ſtatutum ab illo *l. non eſt nouum, & l. nam & poſteriores eſt de leg. adde Arch. in cap. non ſolum de appell. in 6.*

Ibi onerata.] Ergo poſſeſſio illorum tertiorum fuit poſt ſubiugationem, ſed quid ſi iſti ſingulares ſucceſſores ſucceſſe-
2 runt † in locum alterius creditoris ex ſimili cauſa ſubiugationis, an iſte creditor vtetur priuilegio Bullæ contra tales poſſeſſores altero ſimili priuilegio vallatos ſuccedentes? dic quod ratione paritatis priuilegij cauſa reddit ad ius commune ſecundum Bald. & Salye. in *l. 1. C. de priuilegio fiſci*, quod prior in tempore potior eſt in iure, tu adde *allega. in l. aſſiduis in verſ. exceptis, & quod ibi Doct. notant C. qui pot. in pignor. habe.* Quod
3 tamen intellige † ſecundum diſtinctionẽ not. ſeu limitatam *per Doct. & gloſ. in l. 1. C. ſi antiq. cred.* & hoc paſſim inducat legum correctiones, aliqui ſolent prædicta in meritis reſeruare, ſed prima facie ſoluant, & repetant, & fundant ſe ſuper verbo quantumcumque quod eſt generale ad omnes, tamen prima opinio verior eſt per dicta verba exceptis quia præſtat non ſoluere,&c. *l. 2. C. de compenſat.* non obſtat verbum quorumcumque quia recipit reſtrictionem, vt non comprehendat eodem priuilegio munitos per *d. verſic. exceptis l. ſed ſi lege §. gradatim ff. de mun. & honor. l. 1. C. de Epiſc. & cler.*

Ibi nullitatis.]. An ſit excluſa nullitas
4 † præueniens ex defectu iuriſdictionis, vel apparens ex facie inſtrumenti, *vide Dec. conſ. 8. col. 4. num. 7. par. 1.*
5 *Ibi quamdiu.*] An poſſidens, & † detinens rem ſubiugatam liberetur à penſione, ſi vult renunciare poſſeſſioni rei, vel deſinere poſſidere? *vide per Bal. in l. ſi non vltro in fine ff. de negot. geſt.* ratio quia ſublato emolumento tollitur onus annexum *l. patur filio §. diuus filius ff. de leg. tertio* tamen diſtingue, aut vult refutare, vt non ſoluat præſtationes præteritas, & iam inductas, & non poteſt *argumen. gloſ. not. in l. incola la 2. ad municip. & not. per Bald. in prælud. feud. in 2. col. poſt princip.* aut futuras, & poteſt *Bal. in l. fin. §. 1. C. de iur Dot.* approbat tale ſtatutum de decem pro centenario; & no-
6 ta quod conſuetudo † iſta excuſat à pœ-

nis iuris communis, *vt not. Bart. in l. de quibus ff. de leg. & ibi alij*, quæ conſuetudo quamuis fuiſſet praua excuſat à pæna temporali, *vt not. per gloſ. in cap. denique 4. diſtinct. & per Doct. in cap. cum venerabilis extra de conſuetud. Alexand. conſ.49. 5. volum.*

Ibi recepti.] Nihil refert ſi data ſit res
